JOHANNIS HARPPRECHTI, ... DE PROCESSU JUDICIARIO, ...

Johann Harpprecht, Giovanni Battista Coccini

9

498

JOHANNIS HARPPRECHTI,

U. J. DOCTORIS, ET PROFESSORIS IN FLORENtissima Tubingensi Academiâ Ordinarii,

DE PROCESSU JUDICIARIO, TRActatus:

IN DECADES XXIII. FACILIORIS COGNITIONIS & usus gratiâ, distinctus: Judicibus, Advocatis, Causidicis, omnibusque Praxeos Studiosis, perquàm utilis ac necessarius:

INDICE DUPLICI; UNO Auctorum passim citatorum, altero Rerum & sententiarum memorabilium, locupletissimo ornatus.

TUBINGÆ,
TYPIS CELLIANIS,
ANNO M. DCXI.



I M A G O

IS HARPPRECHTI, JC. ET IN
issima Tubingensi Academia Ante-
cessoris: Anno ætatis 51.

IARPPRECHTI *facies est illa* JOHANNIS;
ed ingenii publica scripta probant. L. F.



GENEROSÆ,

VERAEQVE NOBILITATIS SPLENDORE,

PIETATE INSIGNI, PRUDENTIÂ *singulari, rerum usu & experientiâ multiplici, omniq; Virtute Heroicâ inclyto Viro*: Dn. GEORGIO WOLFFGANGO *à* W*ellvvartt, in Lauterburg, Hohen Roden, Heuvvbach, & Eßingen, &c. Domino suo gratioso,*

S.

D DEMUM, STRENUE & magnifice Vir, Domine gratiose, apud antiquitatem ortu sublime, dignitate augustum, & majestate prorsus divinum esse putabatur; quod primitùs nō hominum, ed Deorum immortalium credebatur esse inentum. At magis piè, magis verè id apud nos, & mnes Christianos, maximo habetur loco, quod on è tripode Apollinis, nec humanæ mentis

itione, aut naturæ ſagacioris molitione;
us Dei Creatoris authoritate, tanquam
ıcipio & fonte primario fluit, & depen-
pſo, ceu fundamento ſuo acquieſcit, &
& ab illo ipſo non modò initia; verùm
ıgmenta & incrementa ſua capit, & con-
:.

ıe ut res exemplo non careat; de univer-
:m jure noſtro hoc loco nihil attinet di-
: meimet ipſius oblitus, & non ſine cauſa
cta denuò acturus eſſe videar) de parte
ɔſius aliquâ, eâque nec ignobili, nec vul-
oceſſu nimirum judiciario, pro inſtituti
nonnihil ſubjungam. Ecquis enim rece-
lum (legitimum putà) in Judiciis foren-
ocedendi ordinem, à Dei authoritate &
te dicat alienum? Imò quis eundem au-
:o non tranſcribat? Quis, niſi ſacrarum
n & rerum à limine ſtatim prorſus igna-

m quamprimùm Protoplaſti nefario Sa-
ı & auſu à primævo illo felicitatis & ob-
ıtu ſeducti, & divinæ legis tranſgreſſio-
l etiam omnium, inde redundantium,
n ac pœnarum rei & participes facti ſunt:
ɔ ipſo Deo conditore & Magiſtratu ſuo
um ſunt vocati. Adam, ubi es? ſupremus
ſe, non incertus admiſſi, nec ignorans lo-
& ſciſcitatur. Sic enim verba habent:
udiſſent vocem Domini Dei, de ambulan-

tis

tis in Paradiso, &c. item: *Vocavitq́ Dominus Deus Adamum, & dixit ei: Ubi es tu? Genes. 3.* Hinc igitur Citatio, tanquam primum præparatorium, & substantiale initium, basis & fundamentum Processus judiciarii, quadantenus originem suam ducere, & ad unamquamque uniuscujusque legitimam causæ cognitionem (sine qua nemo, quantumvis litiget actor, condemnandus) ac processum, primum aditum facere, imò januam & ostium aperire videtur. Cum primis hoc in actu judiciali tempus citationis observandum: nempe aura diei, sive vespera, quâ deambulantis & vocantis Dei citatio, formâ & voce maximè solenni fuit promulgata. Deinde exprimitur Judex, Jehovah Elohim: quæ appellatio etsi tribus in divinitate personis est communis: ab antiquitate tamen Filio Dei seu promisso Messiæ non sine pia ratione adscribitur. Ecce formam Citationis habes.

Porrò præter dictam modò Citationem non minus illustre Comparitionis exemplum his in verbis ante oculos nobis ponitur. Etenim qui animâ horribili deformitate & turpitudine suâ satis exploratè deplorateque animadversâ illicò in fugam conjectus, & cùm paucula ramorum folia parùm sibi prodesse experiretur, ad interiores arbores sese recepit, atque latibulum in medio horti sive Paradisi sub penitioribus arbusti recessibus quæsivit: nunc à supremo Judice, maximè competente, ad tribunal peremptoriè vocatus,

: cellula sua umbratili in apricum pro
judicio comparet, & morigerum sese si-
ocem, respondens, *tuam audivi in Para-*
timui : æterno omnibus reis exemplo,
n Judici debitam reverentiam & obse-
præstandum. En exemplum habes Com-
nis.

per Accusatio seu Libellus, additâ pro-
e, annectitur. Sic enim Dominus inten-
uis indicavit tibi, quòd nudus esses? Nun-
ligno, de quo præceperam tibi, ne comede-
medisti, & hinc indicium capis, te nudum
icque manifestis & expressis verbis accu-
cati peccatorem, quando ex fuga, & pa-
& pudore, tanquam certissimis effectis,
ı ipsam, quam dissimulaturum se cogita-
us Adam, aperit, eumque ex arbore pro-
comedisse arguit. Ecce formam Li-

ert sese præterea Litis contestatio affirma-
annexam habens exceptionem, quâ uter-
cùm Adam, tum Eva, peccati causam &
n à se amoliri, aliò derivare & transfer-
deoque actionem intentatam declinare
o studio annituntur. *Mulier*, Adam
iam dedisti mihi sociam, ipsa dedit mihi de li-
comedi. Mulier verò: *Serpens decepit me,*
edi.

Serpens

Serpens autem à Judice nec interrogatur, nec auditur; ſed prorſus conticeſcit, & obmuteſcit: forſan (alias præter cauſas Theologiças) ob facti evidentiam. Quia enim ἐπ᾽ αὐτοφώρῳ, hoc eſt, in ipſo facto manifeſto deprehenſus eſt, delictum ejus (quod negare non poteſt) pro confeſſo habetur: vigore illorum juris axiomatum & regularum : Qui tacet, conſentire videtur. Et: In confitentem nullæ ſunt partes Judicis, niſi executio. Imò quod amplius eſt, ipſa etiam utriuſque rei confeſſio, quæ vicem probationis obtinet, ex illa litis conteſtatione ſatis evidenter effloreſcit. En umbram vides Litis conteſtationis.

Denique ſententia pro ratione cauſæ, & moderamine Judicis, in delinquentes fertur. Primùm quidem ea, quæ in ſerpentem, tanquam Diabolicæ malitiæ gladium, & inſtrumentum deceptionis manifeſtum (ut Chryſoſtomus vocat) torquetur: cui mox ſubnexa eſt altera, ad antiquum Draconem, inviſibilem impietatis hujus authorem, directa. Et tandem ſua quoque Protoplaſtis correis ex merito pœna denunciatur. Qui enim participes ſimul fuerunt patrati criminis, qui in judicio, & actione criminali fuerunt conjuncti; ijdem etiam in ſententia criminali audiendâ jure copulantur.

itur σκιογραφία seu delineatio quæ-
tius Processus judiciarii, omine nobis
ortalibus inauspicato primitus in mun-
ducti. Etenim si crimen protoplasto-
fuisset: nec actione sive processu cri-
ntra eosdem opus fuisset.

bsimilem Judicii Processum servat at-
et idem Judex, contra fratricidam Cai-
nes. 4. Siquidem Deus ipse, supremus
lime suum Tribunal & Judicium, quod
aliâs dicitur, conscendit: reus citatur:
sistit: accusatur, convincitur, conde-
Citatur his verbis: *Ubi est Abel, frater*
æ non Parentum (ut existimasse quos-
itherus haud obscurè innuit; sed ipsius
tis verba sunt. Comparet, non fretus ju-
æ; sed adactus formidine pœnæ contu-
nò Judicis in omnia imperio & aucto-
cusatur: *quid fecisti?* Non quòd cædem
ignoraret; sed ut criminis confessio-
torqueret. Quanquam autem reus ne-
is contestatioue elapsurum se omnino
Nescio, respondit: *nunquid custos fratris*
go? adducto tamen illo apud Deum Ju-
fallibili fraterni sanguinis, ad cœlum
tis, τεκμηρίῳ & documento, admissi
onvincitur. Atque tandem, ut pœna de-
nmensuretur, propter criminis septem-
missionem, ad septemplicem quoque
pœ-

pœnam (ut eruditi quidam inde eliciunt) condemnatur.

Neque verò existimandum: Processum illum judiciarium hisce solummodò exemplis qualitercunque in Scripturis adumbratum esse. Sed, si pensiculatiùs inquiramus; liquidò deprehendemus, sanctas etiam leges & constitutiones, Justitiæ & Judicio maximè conformes, ab hoc Judice promulgatas esse; ex quibus judiciariæ actiones promanant. Quales non paucæ hinc inde in Mosaico Pentateucho occurrunt, de Magistratibus, Judiciis, Judicum officio, Actore, Reo, Testibus, Advocatis, delictis, pœnis, & id genus aliis, ad Processum judicialem apprimè pertinentibus. Exodi. 21. vers. *Hæc sunt Judicia* (id est, leges judiciales) *quæ propones eis, dicit Dominus.* Levit. 19. vers. 15. ad Judicem: *Non facies, quod iniquum est; nec injustè judicabis. Non consideres personam pauperis, nec honores vultum potentis. Justè judica proximo tuo.* Deuteronom. 1. vers. 16. 17. præcepit Moses Judicibus Israëlis eo tempore, dicens: *Audite illos, & quod justum est, judicate: sive civis sit ille, sive peregrinus. Non agnoscetis facies in judicio: ita parvum audietis, ut magnum. Ne timeatis à facie viri: quia Dei judicium est.* Deuteron. 27. vers. 19. *Maledictus, qui pervertit judicium advenæ, pupilli & advenæ: & dicat omnis populus; Amen.*

Plura ex legibus forensibus Mosaicis huc transcribere supersedeo: ne institutæ præfatio-

lum excedam. Ex his tamen pauculis ſa-
feſtum eſſe arbitror, noſtrum illum in ju-
rocedendi ordinem non ab humana au-
e, ſed divinâ Majeſtate primò introdu-
egibus confirmatum, exemplis illuſtra-
ad noſtra uſque tempora Juriſconſulto-
erâ & ſtudio, tanquam continuâ ma-
aditione tranſmiſſum, adeoq; non mor-
ngeniis, ſed Dei immortalis Genio primi-
ptum ferendum eſſe.
rùm ne longiùs ab inſtituti tramite de-
exponendum mihi porrò eſt, quibus ad-
rationum momentis has, de Proceſſu ju-
, XXIII. Decades in unum opuſculum,
iculum compegerim, & publici juris ac
e voluerim.
nti decurrerunt anni, & amplius, ex quo
mam hanc Tubingenſem Academiam
a Studioſorum Juris practici ſex de Pro-
diciario Diſputationes partim à me, par-
aliis civilis prudentiæ Candidatis con-
evulgavi: cumque haud diu pôſt nullæ
i proſtarent exemplaria, inſtantibus
am votis impulſus, eaſdem reviſas, cor-
& auctariis pluribus locupletatas denuò
ibmiſſi. Cùm verò hujus etiam poſterio-
onis exemplaria, expectatione citiùs eſ-
tracta, & plura hactenus à nonnullis Ju-
nnis avidiſſimè deſiderata: intermittere
nec

nec potui, nec debui (præsertim toties ea de re flagranter interpellatus) quin ad desiderium illorum explendum meditationes meas instituerem, & totum Processum judiciarium planiùs & pleniùs paulò explicarem.

Quamobrem priores illas de forensi Processu lucubratiunculas (quantum quidem per labores meos alios & plurimos & difficilimos fieri potuit) horis succisivis in manus resumpsi, limam adhibui, additamentis necessariis ampliavi, in præsentes XXIII. Decades digessi; idque unicè sategi, ut praxeos Studiosi, viam hanc compendiariam ingressi, ordinem judicialem vel disputando, vel legendo, brevi temporis intervallo cognoscere, adeoque fructum aliquando (ad messem ubi perventum fuerit) longè uberrimum inde percipere possint.

Animus autem nunquam erat, neque etiamnum est, aliorum hoc de materiæ genere vigilias, & operas utilissimas cumulatissimasque unâ quasi liturâ inducere, aut Homerici instar Aristarchi obeliscis notare: non is, inquam, erat animus. Novi enim meaque meque meo metiri modulo, ac pede. Novi labores aliorum suo loco & precio habere. Domesticum thesaurum laudare, alienum traducere nolo. Nec ex eorum sum numero, quibus omnia sua tantùm placent: aliena omnia tantùm sordent.

Imò

pria quandoque ſordeſcunt: aliena vero
ınt. Quòd ſi quis nauſeabundus regerat;
obis eſſe Auctorum, qui hoc argumenti
le Proceſſu judiciario) preſſis veſtigiis
ti: ei reſponſum ſit, nullum propterea
ıtum ex copia naſci. Delicata enim ſunt
ora: delicata etiam ingenia. Non unus
omnium guſtus. Quod ad hujus ſtoma-
ıt: illi nauſeam parit. Quod hunc exci-
ſopit. Quod huic vileſcit: alii charum
lens. Si quem pœniteat hujus lectionis:
nferat. Inſulſum quippe eſſe oportet,
ırere, qui neſcit eligere, quod ſibi eſt
o; aut refugere, quod detrimento. Li-
ſiquidem librorum uſus, ut nummo-
rum hi in hac, illi in illa regione pluris
ır. Verùm ſatis certatum cum malè fe-

uperest, ut ad te potiſſimùm mea diri-
fatio, ſtrenue & magnifice Domine
WARTTE, expoſitura luculentius,
auſæ moverit, & permoverit; ut Deca-
Juridicas, noviſſimè à me augmentatas,
tuæ Nobilitatis patrocinio conſecra-
vit autem me primùm (ut prima priore
ım) præter reliqua G. T. N. totiusque
ıæ WELLWARTTORUM fa-
nen inclytum, generis antiquitate,
& magnificentiâ admodum illuſtre,
& apprimè dignum, ut indelebili lite-
rarum

rarũ immortalitate jam antè donatũ, porrò etiam magis magisque celebretur. Etenim (si quidem volupe esset inveteratum aliorum Scriptorum morem sequi, & G. T. Nis. amplissimis laudibus bonam præfationis partem occupare) haud mihi difficile foret, tum ex Equestrium Germaniæ ludorum, tnm aliorum Historicorum, Suevicorum præsertim Annalibus ad solem demonstrare: Generosam WELLWARTTORUM stirpem sive prosapiam totos septingentos annos Romano in Imperio germinasse, floruisse, fructificasse, sicque ematuruisse; ut singulis exinde centuriis natales suos prælustres novis virtutum maximè heroicarum fructibus, ceu auctariis & speciminibus præclarissimis, amplificârit, exornârit, cumulârit.

De natali solo, primâ radice, & stipite nobilissimi hujus Arbusti nihil dicam: ramum unum & alterum transeundo tantùm attingam. Summa huc redit: quibusvis temporibus WELLWARTTOS & invictissimis Romanis Imperatoribus, ut comprimis RUPERTO Palatino; & potentissimis Imperii Dynastis, Ducibus, Principibus, Comitibus; & præter alios, vel maximè Illustrissimis Württembergicis fuisse gratissimos. Quid de REINWARTTO illo Wellwartto, Equite Aurato proferam; qui annis ab hinc centum, EBERHARDI illis BARBATI, primi Ducis Württembergici celsissimi, & Academiæ nostræ Tubingensis fundatoris pientissi-

(excellentissimæ memoriæ) tempore
& vigore fuit, Heros magnanimus?
ibam de GEORGIO illo WELL-
TO; qui Castri Schorndorffensis Ca-
, ob fortissima sua pectoris heroici
a, & egregia in Ducatum Württem-
ı merita, eo præcipuè tempore, quo
Hispano milite immisso Agrum Würt-
icum occupârat, Illustrissimo Duci
ıbergico ULRICO (beatissimæ
ionis) adeò commendatus & gratus
præ aliis postea inter Ducis reducis
ıumeraretur? Et qualis Pater, tales et-
creavit filios, à patriâ virtute nequa-
egeneres (Haud siquidem imbelles
rant aquilæ columbas) & ob insignem
aris peritiam, & animorum fortitudi-
tiam apud exteros in Hungaria, &
ɹaniâ effusè celebratos, & immorta-
phæis coronatos. Testantur his de o-
& ad oculum clarissimè testantur ar-
xilla, ex Hungariâ, Transsylvaniâ, &
â reportata. Testatur Sacellum Cœ-
ıureacensis, inclytæ huic Wellwart-
miliæ, memoriæ, & monumentis an-
is solenniter dedicatum. Quid me-
de GEORGIO illo REIN-
o, Viro admodum nobili & magni-
, apud Aulam Palatino-Neoburgicam

Vena-

Venationis Magiſter ſtrenuus, Illuſtriſſimoque ſuo Principi ob exquiſitum in conſiliis dandis judicium, & rerum variarum uſum & experientiam tantopere charus erat, ut non ita pridem vix difficulter ab ejuſdem Aula impetrârit dimiſſionem?

Hæc, inquam, & id genus alia moverunt me quidem, ut hoc dedicationis conſilium inirem: ſed multò magis movit & illud, quòd Generoſa Tua Nobilitas in illuſtri illo WELLWARTTORUM ſtemmate, ceu Gemma in annulo, ceu Iaſpis in auro nobiliſſimis virtutum maximarum (fidei nimirum erga Deum, pietatis erga Patriam, beneficentiæ erga ſubditos) radiis coruſcat, & tanto ſplendore coruſcat; ut Eam & in vicinia, & alibi tanquam Suevicæ Nobilitatis ideam inferiores ſuſpiciant, & revereantur: pares prædicent, & exoſculentur: ſuperiores deſiderent, & admirentur. Unum hoc addo:

Principibus placuiſſe Viris, non ultima laus eſt.

Cujus & Generoſam Tuam Nobilitatem participem eſſe, & quotidie magis magisque fieri, res ipſa loquitur.

Et ut

t perantiquæ illius & generosæ familiæ WARTTICÆ Stirps, nõ tantùm genuinâ ice; sed etiam novâ & ascititiâ generosi insitione novum sumeret incrementum: prorsus accidit dispositione, ut G. T. N. è ſimâ & ter inclyta illâ FLECKENSTEI- familiâ Conjugem sibi deligeret exopta- n, omnibus nobilissimarum Heroidum ous & ornamentis maximè conspicuam, AM: cujus Majores in sublimi variarum tum subsellio constituti, multos ante an- . Equestri & Episcopali præeminentiâ cla- t, & ita claruerunt: ut præcellentis sui no- nemoriam conservarent, & ad posterita- rivarent immortalem.

uit haud ita pridem HENRICUS ille Fle- einius, G. T. Nis. Socer amantissimus, con- rudentiâ, fortitudineque bellicâ & togatâ ssimus. Floret etiamnum hodie FRIDE- ; ille Fleckensteinius, Illustrissimi Mar- s Badensis Consiliarius, & Legatus in Bel- inentissimus. O auspicatam, auspicatissi- c mediante conjugio, utriusque hujus fa- Wellwartto-Fleckensteiniæ συζυγίαν & ιctionem! O fortunatam natam hæc inter plendidissima constellationem! Faxit pri- e & supremus, solus Omnipotens, stella- otor, ut hoc in Hemisphærio Suevico lu- erpetuùm: illic autem in omnes infinitas ates sempiternùm.

Cæterùm

Cæterùm si nihil aliud causæ subfuisset: hoc unum reliquorum instar omnium, & solùm, & satis causæ fuisset, quod hoc mihi dedicationis consilium persuasisset: nimirùm G. T. Nobilitatis singularis erga humaniorem literaturam, ejusque cultores & Alumnos amor, & favor, affectio & propensio benevolentissima. Quæ omnia vel ex hoc uno specimine plusquàm luculenter patescunt, quòd G. T. N. tres suos filios dilectissimos, generosâ indole, nobilibus ingeniis, ætate, & omni optimo juventutis flore lectissimos, non in Martis, sed Musarum castra transmittere: & non solùm Argentinæ in humaniorum studiorum officinâ integrum per quinquennium magnis sumptibus alere; iisque privatum Præceptorem, Dn. ANDREAM SAURIUM, pietate, doctrinâ & virtute multiplici præstantissimum, jam Dynastiæ Wellwartorum in Essingen Præfectum dexterrimum, adjungere: sed etiam ante annum duos suos charissimos filios, GEORGIUM REINHARDUM, & WOFFGANGUM CAROLUM, juvenes nobilissimos, natalibus, annis, studiis, geniis & ingeniis florentissimos, meæ disciplinæ, institutioni, & mensæ commendare voluit. Nec dubito, quin Domino conatibus ipsorum favente, ad Generosam WELLWARTTORUM familiam & famam suo tempore (Nam messis eorum adhuc in herba est) insigne aliquod decus sint additturi. Quibus etiam haud dubiè aliquando hæ, de Processu Judicia-

Decades (si Juris studium, quod pleno jam ingressi sunt, debitâ indefessâ vigilantiâ & itate urserint & continuaverint) magnum llaturæ commodum & adjumentum.

s itaque de causis, strenue & magnifice Do- Wellwartte, hasce aliquoties jam memora- : Processu Judiciario, Decades à me succisi- peris congestas, revisas, & amplificatas, in ı opusculum compactas, & publici juris ac factas, tuo generoso & inclyto Nomini, ,, quâ par, animi observantiâ officiosissimè :o, inscribo & offero; non minùs enixè ro- ut G.T.N. tanquam Mecœnas Clientem su- atrocinio & subsidio suo gratioso digne- sereno placidoque animo & vultu accipiat, , tueatur: meque meosque omnes eo, quo t, amore & favore porrò etiam benevolen- iè complectatur. Vale, Vir nobilissime; & funera, quamdiu hic mundus, qui ruinam tatur, adhuc durat, vive & vige. Tubingæ, nd. Septemb. Anno 1611.

G. T. N.

Studiosissimus

Johannes Harpprechtus, D.

προσφώ-



I.

προσφώνησις

AD NOBILEM ET PRÆCLARISSIMUM JC. D. Johannem Harpprechtum:

ACADEMIÆ FLORENTISsimæ Tubingensis Antecessorem celeberrimum, Tractatum suum de Juris Processu & remediis judicialibus, uberiore curâ styloque recolentem.

JUS nostrum geminam spirat locupletius artem; (foro.
Quarum prima Scholis apta, secunda
Illa, subobscuri cognoscere dogmata juris;
Hæc, quid opis præstent cognita jura, docet.
Neutra tamen contenta sui, sine compare vernat,
Aut divulsa suas plena tuetur opes.
Tantus utrique calor, sociâ coalescere cesto;
Ut solidum vincto robore surgat opus.

ùs hæc animo jamdudum HARPPRECHTE volutans,
ui radias TUBIÆ splendida pompa Scholæ;
minam hanc calles Juris, doctissimus artem,
q; tuo resident utraq; nexa sinu;
minam fervens studiosæ tradere pubi,
dubiam perhibent plurima scripta fidem.
primis rediviva tui quæ Codicis urna,
m tibi multifidis exit adaucta typis.

peris, fictum quondam spectabat agona,
uem scriptâ jactant mota Lycéa thesi:
nunc perpetui conversum in schemata libri,
Acrius ingeminat bella, vicesq;, fori.
tii siquidem anfractus, nodosq;, revoluit,
sua quo vibrent spicula Marte REI;
litaq; explanans operosi lemmata juris,
Adstruit, elisis, vera reperta, dolis.

cta quidem Latiam redolent excerpta phalangem,
d sibi quæ noster deputat apta polus.
agnum est artis opus, civilibus eruta causis,
nsona Romano jura docere foro.
ajus; ad Imperii nostras, æquare, diætas,
uæ sunt Ausoniis prodita jura libris.
e meres, HARPPRECHTE, decus, quod utrumque recludis,
riscaq; militiæ digeris arma novæ.

Vivat

Vivat Jò labor aureolus, Themidosq; sacello
Purpuret ingenii nobilioris opus.
Vivat Jò, nomenq; sui prælustre parentis
Differat, hoc patuli, quà patet, orbis iter.

Debitæ gratitudinis & observantiæ causâ, Fautori & Præceptori meo honorando, lubẽs adplaudo, gratulorque Joannes Melbecius, Lunæb. Sax. J. C.

II.

PLinius Iliadas glandi miratur Homeri
Includi doctas sic potuisse cava:
Scriptoremq; bonum miratur Tullius, arte
Tam multos tenui ritè notâsse libros.
Est aliquid: nihil est: magno labor hic vacat usu:
Nil differt quicquam quomodo scripta legas.
Præstitit ast aliquid Vir consultissimus HARPPRECHT,
Plurima dum librum cogit in exiguum:
Diffusè quicquid sinuosa volumina juris
Comprendunt, mirâ dum brevitate docet.
Docta namq; Theses Legum fundamina monstrant,
Nubibus, expromunt, quæ latuêre nigris.
Scriptores densis quæq; involuêre tenebris,
Jam radiis Phœbi cuncta nitere vides.

ꞌicis & vanis completa volumina nugis,
ꞌc admirandis esse resecta modis.
essum Juris cernis pulchro ordine scriptum:
ede mihi, è puro singula fonte fluunt.
ısas cupis atque Reos defendere felix:
inc iterum atque iterum volue, revolue librum.
ꞌtas Juris dicundi noscere leges
utrices: Methodus porrigit illa manus.
rutinâ dubias æquâ decidere causas
tè docet, monstrat Justitiæq; viam.
oidum superant magnorum pondera gemmæ,
ıamvis exiguæ sint gravitate suâ:
ıoque barbarico libros errore refertos,
rspicuâ superat hic brevitate Liber.
cùm praxin methodo des Juris, & usum:
nnibus hoc studium, Doctor amande, placet.
ꞌdici commendabunt te pectore grato:
ıod facili studeas cuncta polire stylo.
ıta teq; canent Doctorem culta Scholarum:
ıudibus & meritò te Schola nostra vehet.
.PPRECHTI nomen studio hoc volitabit in orbem;
ꞌoria supremos effugietq; rogos.
ꞌpe felici renovata volumina juris
ꞌlere, & Auctorem, Lector amice, cole.
ere jussit amor pauca hæc, & fida voluntas:
ı Themidi vivas tempus in omne. Vale.

Alexander Faber, J. U. D.

Quisquis

III.

QUisquis es Astrææ Legum Studiosus: & artem
Desideras qui practicam:
Huc agè: Processus tibi Judiciarius his est
In Disputationibus.
Hic Processus, ais, quis Judiciarius? an sit
Dictum hîc, quod haud sit antea?
Non super hoc sensus scripsit Speculatór acutos,
Ter clarus ille Practicus?
Non plures alii super îsdem plurima rebus?
Non scripta sunt volumina?
Sunt equidem: sed sunt confusè tradita quæque:
Sunt impedita maximè.
Sunt Labyrintheis ità devia cuncta latebris?
Sic involuta ambagibus;
Ut sit opus fidis Ariadnæ ductibus, illis
Redire qui velit locis.
Aut nullum, aut parvum feret hinc, in limine, fru-
ctum
Amator almæ Praxeos.
Sunt Logicæ Methodi, sunt naturalis egena hæc
Operosa Commentaria.
Non sic HARPPRECHTUS; *summis sed viribus*
egit
His Disputationibus:
Ut brevibus, claris, & utroque è Jure petitis,
Conclusionibus bonis,
Legitimâ methodo, servatoq; ordine rerum
Et diligenter, & bene,

m Romani Processus Juris, & usus
Fori universus publici,
la tanquam studiosa cuncta juvente
Daret videnda dogmata.
bore suo, curâ, studioq; sagaci
Bonum juvaret publicum.
quis non Harpprechtum tolleret omni,
In astra nomen evehens?
Juridicos colit agricola impiger hortos:
Themidisq; castra promovet.
le, Harpprechte, tuis cœlo virtutibus ibis,
Famamq; tolles altiùs.
rpprechte, diu vivens; & juris Alumnis
Et voce prosis, & stylo.

M. Erhardus Cellius, Poët. & Histor. Professor in Academiâ Tubing.

IV.

Anagramma.

JOANNES HARPRECHTIUS.
ANNE PERITO HIS CHARUS?

né, ais, HARPRECHTI, *magnum exantlâsse laborem,*
qui Sacerdos inclyte;

Donec

Donec perplexi quæ sit Processio juris,
In Disputandi formulas
Collectum sit: Quæ tamen est tibi propria virtus,
Ultra nihil reposcere;
Dummodò ab ingenuis, qui sunt, rerumq; peritis
(Namque imperitos negligis,
Ceu quibus in toto nihil est injustius orbe)
Possis inire gratiam.
ANNE PERITO CHARUS *sis, petis,* HISCE! *rogare*
Perite juris desine.
Namque typographico quòd rursum subdere prælo
Velis, periti supplicant,
Non tibi sufficiat signum? Fac annue: fies
Brevi peritis charior.

M. Tobias Dauberus.

V.

SÆpe meam fallax tenuit dubitatio mentem:
Curaret terras cælitus annè Deus?
Tanta est cunctarum passim confusio rerum;
Ut nihil in certo stetq; cadatq; loco.
Omnia nutanti procedunt tempora cursu;
Magnificum quavis arte vacillat opus.
Jura jacent: silet omne bonum: Themis alma refugit:
Exigua, aut nulla est ampliùs orbe Fides.
Infausto cessit pede JUDICIARIUS ORDO:
Qui Paradisiaco traditus extat agro.

eus errati si quidquam admiserit; ille
icis haud, proprio jure, tribunal adit.
ncunque locum, vel quomodocunque citetur,
per praconem, seu per epistolium;
ret nunquam. pravâ sed mente rebellis,
toris nihili prodita jussa facit.
m vi rapitur; lex cùmq; humana sequentem
lducit frenis imperiosa suis:
uas fieri ferias volet; usque trahatur
mmodò & ad mortis causa nefanda diem.
confesso res est iterum excipit: Actor
trà cùm replicat, duplicat ille citus.
r adversâ petit hic à parte guarendam;
liq; suæ certum pignus habere rei.
lemum sequitur malè contestatio litis;
n pudet à recto cedere, falsa loqui.
it & ut veri speciem, per Numina jurat,
ra quæq; colunt quæq; superna colunt.
t prodúctis quoque testibus omne probare:
udet Scripturas invehere arte novas.
iè dispositâ quando sententia lata est,
nedio, linguis plebe favente, foro.
rtunato si cesserit alite, victor
atus spoliis mox redit ille domum.
ntrà, quàm sperabat, res evenit: ipse
amvis hanc liquidò noverit esse malam:
s alterius se provocat ante tribunal:
ausam renovat protinus ille suam.
erum amissâ cogetur solvere sumptus,
bita qui vanæ præmia litis erant.

Scilicet

Slilicet hic mos est præsentis degener ævi,
HARPPRECHTE, hoc vulgi est integritatis opus?
Is nunc PROCESSUS stat IUDICIARIUS orbe,
Quem levibus pinxit nostra Thalia modis.
TANCREDI labor, est labor utilis; at malè multi
Usurpant rabulæ, causidicumq; genus.
Jus SPECULATORIS nusquam non exulat: ipse
Nilq; apud hos celebri mente MARANTA valet.
Spreta OLDENDORPÎ vigilax lucubratio torpet:
Vilis HANETONII fama, tacensq; LAGI.
Ridiculus stolido perhiberis, TERMINE, mundo:
Omnibus est studium nausea facta tuum.
Quin ergò accinctus Themidis mucrone potenter,
HARPPRECHTE, indoctum, strenue, funde gregem:
Depromptâ è Thesium pharetrâ citò tela ministres,
Quæq; reformidet Herculeana manus.
Esto Viris vindex probrosâ labe notatis,
Juris ad hoc tempus quos penes ORDO fuit.
Unus enim nobis convulsò cardine lapsum
Restitues, veteri præficiesq; loco.
Non minor est virtus, opus emendare vetustum "
Ingenii ex captu, quàm fabricare novum. "
Quot tibi pro meritis meriti debentur honores?
Quævé tui merces digna laboris erit?
Jura domiq; forisq; animo profiteris acuto:
Te laus ergo domi, fama forisq; manent.

Anagrammatismus
ad eundem.

IOANNES HARPPRECHTUS.
PAN CHARTIS PROVEHENS.

Deus antiquis Naturæ vatibus esse
ed indecenter fingitur:
uia Naturæ sub nomine scilicet OMNE
is tenetur abditum.
um, HARPPRECHTE, *tui quid nominis omen inumbret,*
quo tenentur OMNIA.
uid habent juris sinuosa volumina, certè
N *omne* CHARTIS PROVEHENS:
, inquam, chartis prohibes: nec iniquus iniquum;
quus sed æquum provehis.

Laurentius Frisæus, P. L.



Elenchus

16



Elenchus

DECADUM HUJUS, DE PROCESSU JUdiciario, Tractatus.

DECAS I.

De re-



CON-

CONCLUSIO-
num controversarum,

EX PROCES-
SU JUDICIARIO
UNIVERSO DE-
libatarum,

DECAS I.

COMPLECTENS
DEFINITIONEM, AC
divisiones Iudicij & Iudicum: recusationem Iudicis: qui item Iudicem dare; & qui Iudices dari possint.

CONCLUSIO I.

QUANQUAM Judiciorum vigor, Jurisque publici tutela in medio idcirco est necessariò constituta : ne quisquam rivatâ auctoritate, sed per Judicem injurim vindicet, suumque reposcat: *(a)* non men superstitiosi quidam homines, & faatici desunt: qui Judiciorum civilium tra- 1

ctationem homini Christiano minimè convenire; imò ipsum bonâ conscientiâ Magistratu, cujus est jus reddere, fungi haudquaquam posse, pertinaciter contendunt. Quid igitur de eo sentiendum: mihi, de Judiciarij ordinis modo (diuini Numinis auspicio) disputaturo, quæstionis vice præmittere placuit? Et sanè, quin Christiano homini optimè Iudiciorum conveniat tractatio, Iurisque administratio, prorsus non dubito. *(b)*

a) *l. nullus 14. C de judæis, & cœlicol. l. extat. 13. ff. quod met. caus. gest. l. creditores. 7. ff. ad l. Iul. de vi priv. l. non est singulis. 176. ff. de reg. jur. l. res obligatas. 3 C. vi bonor. rapt. l. meminerint. 6 & l. si quis in tantam. 7. C. unde vi. can. ad hoc. 65. caus. 16. q. 1. & can. nisi bella. 1. caus. 23. q. 1. ibique gloss. super verb. vindicantes. Wesembec. in Paratit. C. de judic n. 9. Vaud. lib. 1. quæst. 13. Donell. lib. 17. Commentar. de jur. civ. c. 2. Anton. Quetta consil. 6. num. 6. Bonifac. Rugerius Eq. consil. 5. num. 14. lib. 2. Matthias Colerus in tract. de processib. execut in præfat. num. 10. & seq.* (b) Idque exempla tam veteris, quàm Novi Testamenti, piorum Magistratuum perspicuè edocent, ut sunt: I. Ex Veteri Testamento, Moses, Princeps populi Israelitici, & simul egregius Propheta, cum quo Deus, tanquam amicus cum amico, ore ad os loquebatur, *Numeri cap. 12. v. 8.* Iosua, Dux Israelitarum: totus Iudicum chorus: Propheta Samuel: Rex & Propheta David: Rex

Asa

Asa, Iosaphat, Ioas, Hiskias, Ezechias, Daniel, &c. Qui omnes licet Dei amici fuerint: tamen, ut in gratia Dei permanere possent, sese Imperio, jurisque administratione non abdicârunt. II. In novo etiam Testamento tales inveniuntur personæ, quæ in Magistra- 5
tus officio vixerunt: & nihilominus pro optimis Christianis habitæ fuerunt. Nicodemus erat unus ex Principibus Pharisæorum: & tamen Christi discipulus, *Ioan. 3.* Ioseph ab Arimathæa, fuit Senator, pars politici Magistratus, & similiter Iesu discipulus, *Matth. 27. v. 57* Centurio Capernaiticus, miles, sub potestate suâ habens (ut ipse fatetur) milites. Is autem factus est Christi discipulus, neque ab eo iussus est Magistratu discedere: *Matth. 8. vers. 9.* Ut & Cornelius Centurio, vir religiosus & integer, à Petro conversus, non deponere, aut relinquere jussus est Magistratum, *Actorum decimo.* III. Huc valde confert, quòd Paulus Magi- 6
stratum *Ordinationem* Dei nominat, *Romanor. 13.* jtem quòd ipse Deus Magistratus politicos appellat Deos, *Psalm. 82. v. 6. Exod. 22. v. 8. 9. & 28.* huncque statum insignibus elogijs exornat, *Psalm. 20* qui integer Psalmus in honorem politici Magistratus est compositus. *Verùm hanc rem (relatâ & confutatâ erroneâ ac detestabili Anabaptistarum opinione) prolixiùs constantiusq; persequuntur D. Ioannes Uvigandus, Episcopus Pomezaniensis, de*

Anabaptismo, pag. mihi 183. cum multis seqq. Conradus Schlüsselburgius lib. 12. de Anabaptistis, pag. mihi 590. cum seqq. D.D. Andreas Osiand. Disp. 13. in Formulam Concordiæ, thes. 21. & seqq. M. Lucas Osiander in Enchirid. controversiar. quæ Augustanæ Confessionis Theologis cum Anabaptistis intercedunt, cap. 9. quæst. 1. & 2. itemq; Conradus Lagus in method. jur. civil. part. 5. in præfat. & Petrus Gregor. Tholos. in Syntagm. lib. 47. c. 20. n. 14. cum seqq. item Eberhard. Bronchorst. cent. 1. Miscell. controvers. assert. 31. Et spectant huc, quæ notavi ad princip. tit. Instit. de actionib. n. 39. & seqq.

II.

Judicium *(a)* nihil est aliud, quàm legitima *(b)* controversiæ, quæ est inter Actorem & Reum, apud Iudicem *(c)* disceptatio, & dijudicatio. *(d)*

a) Judicij nomen alij à dicando derivant: Varro autem *lib. 5. de ling. Lat.* illud rectiùs appellatũ putat à Græco verbo δικάζω, id est, judicandi munus obeo, judicio persequor, causam judico, sententiam dico, &c. Et judicare significat jus dicere, & discernere. Proindeque judicij nomen latiùs patet, quàm ut ad solas causas forenses referri debeat. Siquidem etiam extra fori disceptationes jus dicere & ratiocinari quispiam possit. Ast in forensium causarum tractatione, judicium denotat interdum actionem vel accusatio-

nem.

nem. *l. in omnibus. 14. ff. de judic. tot. tit. ff. de public. judic.* Nonnunquam designat locum, in quo lites tractantur: ut cùm dicitur aliquis habere vel non habere legitimam personam standi in judicio: quomodo etiam actus judiciales opponi solent extrajudicialibus, *docente C. Rittershusio lib. 2. partit. feudal. c. 9. q. 1.* Quandoque verò significat civilem vel criminalem, plerunque de præterito disputationem, vel certè partem hujus disceptationis, apud eum, cujus sententia finem rei imponit: atque in hoc significatu hìc accipitur. *Stephanus Berchtoldus in tract. de judicijs & processu judic. cap. 1. conclus. 3. & 4.* (b) Quia judicium fieri nequit, nisi secundùm leges fiat. *l. nemo judex. 13. C. de sentent.* 4
§ interlocut. om. judic. tot. t. C. de sentēt. ex peric. recitand. Hoc autem tum fit, si ordo & actus judicij à Litigatoribus & à Iudice diligenter observantur: & si Iudex in judicando leges spectat. Tum enim Magistratus Rempubl. rectè gubernat, si leges sequitur, non proprium suum arbitrium, *teste Aristotele lib. 3. politic.* (c) Quoniam judex est tan- 5
quam causa efficiens judicij. Is etenim per jurisdictionem efficit, ut judicium ritè administretur. Et sanè judicium est ceu palæstra, 6
in qua actor & reus inter se pugnant: cui pugnæ judex præfectus est, ut scilicet de ea judicet, & vincenti præmium tribuat: at victo

 plerun-

plerunque damnum inferat. *l. properandum. 13. C. de judic.* (d) *arg. c. forus. 10. ibi, dum discutitur, & c. ext. de verb. significat. l. 3. §. ibidem subjungit. 13. ibi, ipsum debere disceptare. ff. ad exhibend. l. 1. ff. de re judic. l. cùm clericis. 25. in pr. C. de Episcop & cleric. & l. rem non novam 14. C. de judic. Wesenbec. in Paratit. ff. de judic. num. 5. & Paratit. C. num. 6. Cujac. & Duarenus in princ. eod. t. Vultejus lib. 2. Iurispr. Roman. c. 1. Schneidevvin. ad §. omnium. n. 2. Instit. de pœn. tem. litigant. Treutler. vol. 1. disput. 12. thes. 1. Arnold. de Reyger in processu judic. disput. 1. thes. 3. Ioan. Emericus à Rosbach in process. judic. tit. 1 n. 3. Gœdd. tom. 1. disput. 12. thes. 1. Berchtold. d. tract. de judic. & process. jud. c. 1. thes. 5. Iohan. Althusius lib. 2. Iuris Romani. c. 1.* Dissentiunt variè & diversimodè Doctores in definitione judicij. *Aliter quippe definit Hostiensis in summa tit. de judic. Ioan. Andr. in addit. ad Speculat. tit. de actore. Ioan. de Arnono in pract. judic. c. 2. num. 1. & c. 3. num 2. & Chilianus König in process. judic. cap. 1. num. 1. aliter Azo in sum. C. de judic. ibidemq́; Sichard. in Rubr. n. 2. Goffredus in summa ejusd. tit. num. 2. Petrus Termin. in process. juris, cap. 1. Christophor. Brechter. in process. judiciar. cap. 1. & Iustin. Gobler. in process. judiciar. pag. 1. aliter Rainaldus Corsus lib. 3. indagationum jur. c. 1. aliter Guilielmus Hanetonius in tract. de judiciar. ord. in princ. aliter Conradus Lagus in method.*

method. jur. civil. p. 5. c. 1. num. 2. aliter item Iul. Pac. in epitom. jur. disp. 24. thes. 30. & denique aliter D. Collega Bocerus class. 5. disp. 2. thes. 1. Sed vide Schard. & Spiegelium in suis Lexic. in verbo, judicium. Georg. Obrechtum in disp. 11. de judic. thes. 26. cum seqq. Iohannem Calvinum in process. judiciar. cap. 2. thema. 2. & 3. nec non Robertum Marant. in specul. aur. p. 2. à num. 1. usque ad num. 12. qui varias variorum definitiones proponunt & examinant.

III.

Dividitur judicium primò à suâ formâ in ordinarium, (*a*) & extraordinarium. (*b*) 1

a) *c. quoniam. 11. § statuimus. ibi, tam in ordinario judicio, quàm in extraordinario. ext. de probationib. & tot. tit. ff. de extraordinar. cognitionib. & Clementin. sæpe 2. tit. de verbor. significat.* Ordinarium judicium est, quo litigantes de actione vel accusatione solenniter disceptant. *l. 1. C. de execut. rei judic. & l. 1. junctâ auth. offeratur. C. de litis contestat.* & judex de ea disceptatione plenè cognoscit, & legitimè, adeoque secundùm ordinem jure præscriptum pronunciat. *l. judices. 9. C. de judiciis. prolatam. 4. l. cum sententiam. 6. l. cùm judex. 1. & l. seq. C. de sentent. & interlocut. om. jud. l. ab eo. 3. cum duab. seqq. & l. consentaneum. 8. C. quomodo & quando judex sententiam, &c. & tot. tit. C. de sentent. ex peric. recitand. Marant. part. 4. distinct. 9. num. 1. & distinct. 10. num. 1.* 2

D *Bocer.claß.5.disput.11. thes.2.* Etsi enim antiquus judicij ordo magnâ ex parte ab usu recessit. *§.ult. Instit. de interdict. l.1. C. de formul. & impetrat. action. sublat.* tamen in illius locum alius est substitutus. *d. Clement. 2. de verb. significat. d. c. quoniam. 11. extr. de probationib. d.l.1. & d. auth. offeratur. C. de litis cōtest. cum jurib. similib. Berchtold. in tract. de judic. & process. judic. cap. 2. conclus. vlt. Reyger in process. judiciar. disp. 1. sub. th. 5. Calvinus de process judiciar. c. 9. tmema. 1. num. 40. Vide tamen aliter sentientem Hubert. Gipbanium in Commentar de divisionib: jur. th. 119.* (b) quod est, in quo de causa quadam citra subtilem & strictum judicij ordinem disceptatur; & judex summatim cognoscit, & pronunciat. *Clement. dispendiosam. 2. tit. de judiciis, & d. Clement. sæpe. in princ. tit. de verb. signif. c. ea, quæ. 8. §. quod si Abbas. ibi, absque judiciorum strepitu. ext. de stat. monachor. c. olim. 26. §. 1. ext. de accusat. l. 3. §. sciendum. 9. vers. judex igitur summatim. ff. ad exhibend. l. nec quicquam. 9 §. de plano. 3 ff. de offic. proconsul. l. levia. 6. ff. de accusat. l. miles. 11. §. sexaginta. ff. ad leg. Iul. de adult. l. a procedente. 4. C. de dilationib. l. 1. C. ut in possessionem legatorum, &c. Bocer. d. claß. 5. disput. 26. th. 1.*

IV.

Deinde ratione finis partiuntur Doctores

res. (a) judicium in civile, (b) & criminale. (c)

a) *ad l. locatio. 9. aliâs incipient. licitatio. §. quod illicitè. 5. ff. de publican. & vectigal. Marant. in suo specul. part. 4. distinct. 1. n. 1. Azo in summa C. de judic. n. 1. Guiliel. Haneton. in prælud. tractat. de ordine judic. & alij inferiùs citandi argumēto l. ult. ff. de furtis. §. in summa 10. Inst. de injur. l. ult. C. eod. tit. Rubric. Cod. ubi senatores vel clarissimi civiliter vel criminaliter conveniantur. & l. unic. C. quando civil. actio criminali præjudicet.* (b) quo ad privatum 2
propriumque commodum agitur; sive ea actio ex contractu descendat, sive ex delicto. *d. l. locatio. 9. § quod illicitè. 5. vers. alterum enim. ubi Bartol ff. de publican. & vectigal. l. licet 42. in princ. ibi quasi privatæ actionis. & §. 1. ff. de procuratorib. l. quid sit fugitivus. 17. §. noxas. 18. vers. ex privatis. ff. de ædil. edict. l. ult. ibi, si quidem pecuniariter agere velit. ff. de privat. delict. d. l. ult. ibi poterit civiliter agere. ff. de furt. l. injuriarum. 7. ibi, privati continet querelam. C de injur. l. 2 §. 1. ibi, eligentibus privatam persecutionem. ff. vi bonor. raptor. l. 1. §. ult. ibi, ad examinationem civilem. ff. de abigeis. l. 1. § 1. ibi, sed etiam in pecuniarijs litibus. ff. de testib.* (c) quod ad publicam instituitur & 3
exercetur vindictam; sive pœna corporalis reo infligatur, sive pecuniaria fisco adjudicetur. *l. 3. §. adversus. 7. l. sepulchri. 6. & l. fin. ff.*

de sepulch. violat. l. qui sepulchra. 4. C. d. tit. d. §. in summa. 10 Instit. de injur. Atque ita tradunt Dd. communiter: Maranta d. part. 4. distinct. 1. num. 2. post Bartol. Alexand. Felinum, aliosq; ab eo allegatos. Franc. Duaren. lib. 1. disput. anniverf. c. 35. & seq. & ad tit. ff. de judic. c. 2. Zasius consil. 19. num. 1. lib. 1. Iul. Clar. lib. 5. sentent. §. fin. q. 1. num. 2. Ioan. de Arnon. in different. jur. differ. 75. Gomez. tom. 3. var. resolut. c. 6. num. 7. Gail. lib. 1. observ. 65. num. 2. & lib. 1. de pac. publ. c. 15. num. 24. Bernhard. Wurmser. lib. 1. practic. forens. tit. 47. observ. 16. num. 2. Mynsing. respons. 7. num. 10 & seq. decad. 1. & respons. 20. num. 1. & 2. decad. 2. Robert. lib. 4. sentent. jur. c. 9. Menoch. lib. 2. de arbitr. jud. cas. 265. Dambouder. in praxi crim. cap. 2. num. 4. & seqq. Charond. lib. 3. verisimil. 18. Sichard. in Rubr. C. de judic. num. 11. & 12. & in l. 2. n. 5. C. de procurat. & in l. 3. n. 2. C. de condict. ob turp. caus. Vult. lib 2. Iurisprud. Rom. c. 6. n. 2. & c. 25. n. 13. Schneidevvin. ad princip. Instit. de obligat. quæ ex delict. nasc. n. 8. & 9. Calvinus de processs. judic. cap. 9. tmem. 1. n. 33. Brechter. de proces. jud. c. 1. Arnol. de Reyger. de process. judic. disp. 1. thes. 7. D. Obrecht. disp. 11. de judic. th. 133. 156. & seq. Berchtold. in tract. de judic. c. 2. concl. 21. & seq. Emeric. à Rosbach. de process. judic. c. 1. n. 10. & 21. Latè & pulchrè M. Anton. Delrio in repetit. l. transigere. C. de transactionib. n. 8. & seqq. ubi de ista divisione diversas, ac inter se dissi-

den-

dentes Interpretum opiniones exponit. Adde quoque Ioannem Zanger. in tract. de exceptionib. c. 1. n. 8. & seqq. Concennatum lib. 1. quaest. 7. & Treutlerum vol. 1. disput. 12. thes. 1. ad lit. d. qui objectis quibusdam respondent.

V.

Civile judicium rursus, à naturâ petitionis institutae, perhibetur vel universale, (*a*) vel generale, (*b*) vel singulare. (*c*) 1

a) quod est, quando vnius juris petitione plures res simul peti intelliguntur, licèt singulae non exprimantur, *arg. l. 1. ff. de rei vindicat.* cujusmodi est simplex petitio hereditatis. *l. item videndum. 18. §. ult. ff. de heredit. petit.* & possessoria hereditatis petitio. *l. 2. ff. de possessor. heredit. petit.* (b) in quo genus petitur: quod fit in actione negociorum gestorum, tutelae, & pro socio. *l. pro socio. 38. in princ. ibi, sive generalia sunt, &c. ff. pro socio.* (c) in quo res singularis ex singulari contractu petitur: ut fit in actione mandati, commodati, depositi, in rem, & similibus. *d. l. 1. in prin. ff. de rei vindicat. d. l. pro socio. 38. in fine principij. ff. pro socio. Videatur Maranta in speculo aur. part. 4. distinct. 4. judicior. Sichard. ad Rubric. tit. C. de judic. n. 5. & seq. Stephanus Berchtoldus in tractat. de judicijs, & processu judiciar. cap. 2. conclus. 23. & seqq. Arnold. de Reyger in processu judiciar. disput. 1. thes. 8. Zasius in l. 1. num. 18. & seqq. ff. de edendo. Lanfranc.* 2 3 4

de

de Orian. in praxi. c. 5. de petit. num. 10. Speculat. in tit. de judic. §. universalia. n. 1 & 11. & tit. de action. seu petit. §. sequitur. Iason. in l. 3. C. de edend. hosq; referens Ioannes Emeric. à Rosbach. in process. judic. tit. 1. num. 13. & subsequentibus.

VI.

Præterea civile judicium iterum vel petitorium (*a*) est, vel possessorium. (*b*)

a) in quo principaliter de proprietate seu dominio, vel quasi dominio alicujus rei agitur; veluti si rei vindicatio, actio Publiciana, actio confessoria, vel similis in judicium deducitur, *l. cùm fundum. 18. §. ult. & ibi glos. ff. de vi & vi armat. l. sed & si res. 7. §. sed & si quis. 3. ff. de Public. in rem act. c. pastoralis. 5. de caus. possess. & propriet. glos. in l. momentanea. 3. C. qui legit. pers. stand. &c. Menoch. in prælud. Tract. recuperandæ possess. n. 7. & 8.* Hujus judicij natura in eo potissimùm consistit, ut actore non probante, rei dominium ad se pertinere, reus absolvatur. *l. 4. C. de edend. l. 1. & l. actor. 23 C. de probat.* quemadmodum & in possessorio reus possidens illo casu absolvitur, etiamsi res non sit revera possessoris: quoniam scilicet actor non probavit, eam suam esse. *§. retinendæ. 4. vers. commodum autem. Instit. de interdict. Calvin in process. judiciar. c. 9. tmema. 1. num 30. & 31.* (b) in quo de solâ & nudâ possessione rei disceptatur. *Menoch.*

noch. in dictis prælud. tractat. recuper. possess. num. 10. Marant. part. 4 in 7. judiciorum distinct. n. 2. Berchtold. in tract. de judic. c. 2. conclus. 29 Reyger in process. judiciar. disput. 1. th. 9. Idque vel est adipiscendæ, vel retinendæ, vel recuperandæ possessionis. *§. sequens. 2. Instit. de interdict.* Adipiscendæ possessionis est, quādo quis vult acquirere possessionem rei, quam nunquam habuit, *definitore Lanfranco de Orian. in Rubric. de caus. possess. & propriet. §. 1. n. 9.* vel est interdictum prætoris pro adipiscenda bonorum possessione : cujusmodi est, quorum bonorum. *tot. tit. ff. & C. quorum bonor.* quod legatorum, & interdictum Salvianum. *§. adipiscendæ. 3. Instit. de interdict. tot. tit. ff. & C. quod legator. & tit. ff. de Salviano interdicto.* Retinendæ possessionis est, quod redditur inter eos, qui invicem de possessione contendunt, uter possidere debeat; vt sunt, uti possideris, & utrubi. *d. §. retinendæ. 4. Instit. de interdict. Oldendorp. class. 2. act. 4.* Recuperandæ denique possessionis est, quo possessionem, à qua vi dejecti sumus, nobis restitui petimus; ut est unde vi. *§. recuperandæ. 6. Inst. de interdict. ubi Schneidevv. & Mynsinger. Lanfranc. d. rubr. de caus. possess. & propriet. §. 1. num. 12. Oldendorp. d. class. 2. act. 10. Emericus à Rosbach. in process. judic. tit. 1. n. 17. & aliquot seqq. Multiplices & varias judiciorū divisiones atque distinctiones recensent Maranta*

rantad. part. 4. Wesembec. in Paratit C. de judic. num. 5. Sichardus ad rubr. ejusdem tit. num 5. 7. 8. 11. 15. & 16. Calvinus prædicto cap. 9. tmema. 1. 2. & 3. & Giphanius in Commentar. de divisionib. jur. conclus 116. & seqq.

VII.

Constituunt judicium principaliter tres personæ: Judex, Actor, & Reus. (a) Judex, à jure dicendo dictus, est: qui de negocijs sive controversijs litigatorum cognoscendi, pronunciandique jus habet. (b) Communiter autem quinque species Judicum enumerantur: (c) videlicet ordinarij, (d) delegati, (e) subdelegati, (f) arbitri, (g) & arbitratores. (h)

a) *l. inter litigantes. 62. ff. de judic. c. forus. 10. vers in omni quoque negocio. ext. de verb. significat. Wesenbec in Paratit. ff. de judic. num. 9. Rittershus. lib. 2. partit. feud. c. 9. q. 1. Ant. Fab. tom. 1. Jurispr. Papin. tit 1. princip. 4. illat. 4. Rosbach. in proceß. judiciar. tit. 1. num. 35. Reyger. in proceß judic. disp. 1. thes 12. Berchtold in tract. de judicijs c. 3. conclus 30. & 31.* (b) *d. c. forus. 10. vers. judex dictus. de verb. sig. can. 1. 23. q 2. l. de quare. 74. in princ. ff. de judic. l ait prætor. 5. in princ. ff. de re jud.* Et Iudicem esse potissimam partem, Ducem & Imperatorem, imò basin ac fundamentum judicij, asserit Baldus *in Rubr. C. si à non competent. jud. num. 4. & Sebastian. Vantius in tract. de nullitat. ex defe-*

ctu jurisdict. n. 2. hosq; referens Ludol. Schraderus in tract. feud. part. 10. in praeambul. n. 2. Debet autem judex vir esse gravis, sanctus, severus, incorruptus, inadulabilis, contra improbos, nocentesque immisericors, atque inexorabilis, erectusque & arduus, ac potens, vi & majestate æquitatis veritatisque terrificus, *qualem Chrysippus graphicè depingit in descriptione justitiæ apud A. Gellium lib. 14. Noct. Atticar. c. 4. huncq; citans Ioannes Ferrarius Montan. in proces. judic. part. 1. lib. 1. c. 3. Vide Ant. Fab. d. tit. 1. Iurispr. Pap. princ. 4. illat. 7. (c) Petr. Termin. in processu jur. cap. 1. Henric. Knaust. in processu judiciar. c. 1. Vide etiam Tancretum in tract. ordinis judiciarij. libr. 1. tit. 2. de divisione judicum.* (d) Ordinarij sunt: qui propriam Jurisdictionem & perpetuam habent, à Lege, Consuetudine, vel Principe tributam. Tales sunt: Papa, Archiepiscopi, Imperator, Reges, Electores, Duces, Principes, Comites, &c. *l. more majorum. 5. ff. De Iurisd. om. jud. l. pen. ff. de jud. Oldend. in Enchiridio except. fol. mihi 306. Speculat. lib. 1. tit. de offic. ordinar. Sebast. Vantius d. t. de nullit. sent. ex defect. Iurisd. num. 31. Termin. d. cap. 1. Eric. Hedemannus disp. 15. proposit. 4. lit. d. Daniel Venator. in Anal. jur. Pontif. lib. 2. tit. 1.* Tales quoque hodie esse Assessores Cameræ Imperialis, constanter affirmat Gail. *lib. 1. observat. 33. num. 1. & obser-* 4

vat.

vat. 41. num. 5. (e) Delegati (quos vulgò Commissarios vocant) intelliguntur illi, qui vel mandatam Jurisdictionem habent: *l. 1. §. qui mandatam. & l. 3. ff. de offic. ejus, cui mand. est jurisdict. l. cùm prætor. 12. §. 1. & 2. ff. de judic. c. super quæstionũ. 27. de offic. & potest. jud. deleg.* vel judicandi munere tantùm funguntur. Atque hi postremi propriè Judices dati, *l. 2. §. si & Iudex. 2. & l. Iudex datus. 46. ff. de judic. l. penult. ff. judicat. solvi. l. à divo Pio. 15. in princ. & ibi Duaren. ff. de re judic. l. 1. in princ. & l. ult. ff. quis, à quo appelletur.* item pedanei, *tot. tit. C. de pedaneis judicib. l. 3. §. 1. ff. ne quis eum qui in jus voc. vi exim.* & speciales Judices dicuntur. *l. præses. 5. ff. de officio præsidis. l. ult. in princ. C. de judic. D. Bocer. class. 5. disput. 12. thes. 5. Berchtold. in d. tract. de judic. cap. 3. conclus. 39. Reyger d. disput. 1. thes. 17.* Et quidem ordinarius causas judiciales per delegationem alij committere potest: delegatus verò ordinarij nequaquam; nisi à Principe, aut Papa sit datus. *d. l. more. 5. ff. de jurisd. ubi Bartol. num. 2. & 7. & Dec. num. 52. & Iason. num. 2. & 3. c. pastoralis. 11. de offic. jud. ordina. d. c. super quæstionum. 27. §. si verò. de offic. & pot. jud. deleg. c. cùm causam. 62. §. mandamus. de appellat. l. à judice. 5. C. de judic. Gail. practicar. observat. lib. 1. observat. 97. num. 7. 8. & seq. Consulatur item Hieronymus de Cevallos in speculo aur. opinionum commun. contra communes.*

quæst.

quæst. 387. ubi utramq; in partem latè disputat, utrùm delegatus à Principe causas meri imperij subdelegare queat. Et ea de re nonnihil etiam agetur inferiùs conclus. 9. ad lit. a. Sed vtrùm 7
Judex delegatus, si ei subdelegandi potestas à delegante concessa sit, alium subdelegare sive substituere queat, quæstionis est elegantis? Et in magnâ Interpretum dissensione, sententia eorum, qui hoc casu delegatum subdelegare posse negant, probabilior videtur, *per text. in l. cùm Prætor. 12. §. 1. ff. de judic. vbi potestas judicem dandi, sive (ut Dd. loquuntur) delegandi, ac subdelegandi, certis Magistratibus concessa est specialiter lege, vel Senatusconsulto, vel constitutione Principum.*
Quæcunque autem specialiter lege, vel Sena- 8
tusconsulto, vel constitutione Principum certis tribuuntur Magistratibus: ea in alios transferri non possunt ab ipsis Magistratibus. l. 1. ff. de offic. eius, cui mand. est jurisd. Ita tenent Speculat. in t. de Iudice delegato §. 2. vers. sed nunquid subdelegatus. Cynus in prææalleg. l more. 5. ff. de jurisdict. & novissimè Andreas Fachineus lib. 1. controvers. Iur. p. 1. cap 45. vbi contrariam Bartoli, Alberici, Fulgos. Alex. Zasij. Iasonis, & aliorum opinionem eleganter refellit. Illud quoque 9
investigare placet: an delegatus vnum saltem ipsius causæ articulum subdelegare possit? Et communi Dd. calculo probatum invenio: delegatum id non posse. *Alexand.*

B *Iason,*

Iason, & reliqui per l. à judice 5. C. de iudic. vbi
dicitur generaliter: iudicem delegatum, iu-
dicis dandi potestatem non habere. Facit et-
iam ratio: quòd delegatus proprij nihil ha-
bet: sed delegantis iurisdictione utitur. *d. l. 1.*
§. 1. ff. de offic. eius, cui mand &c. Quare ad in-
star usuarij, ius suum in alium transferre ne-
quit, nec in totum, nec in partem. *Egregiè*
Vaconius lib. 6. novar. declarat. Iur. civil. de-
clarat. 84. num. 1. & seqq. vbi num 7. addit, ex eâ-
dem ratione nec eum, cui causarum universitas
delegata est, subdelegare posse. Videatur quoque
Fachineus dicto lib. 1 cap. 46. & Cevallos d. spe-
cul. aureo opin communium contra communes.
1 *quæst. 284.* (f) Subdelegati dicuntur ij:
quibus causa, vel aliquid de causæ meritis,
hoc est, principium, medium, vel finis à dele-
gato, secundo loco committitur. *præd. c. su-*
per quæstionum. 27. § intentionis. de offic. & pot.
2 *iud. deleg. Termin. in Process. Iur. cap. 1.* (g) Ar-
bitri sunt, qui de communi partium consen-
su eliguntur: & in quos compromitti solet
sub stipulatione certæ pœnæ: quam pars à
laudo, seu iudicatis recedens, præstare parti
adversæ cogitur. *Novell. 82. c. 11. §. 1. can. à iu-*
dicibus. 30. caus. 2. q. 6. Auth. decernit ius. C. de
recept. arbitr. Termineus d. c. 1. Bocer. class. 5.
disput. 24. thes 20. & seqq. Tancret. d. tract. ordi-
nis iudic. lib. 1. tit. 6. Duaren. de iudic. c. 2. vers.
3 *deinde sequuntur, &c.* (h) Hi sunt amicabi-
les

les compositores, de communi quidem litigatorum consensu, absque tamen pœnæ stipulatione, designati. *auth. si verò C. de iudic. l. societatem. 76. ubi Bartol. & Dd. ff pro socio. Termin. d. cap. 1. Arnold. de Reyger. d. disput. 1. thes. 20. Chilianus König. in practica iudic. cap. 4.* Atque hi secundùm æquitatem sibi visam, iuris ordine neglecto, pronunciant: arbitri verò ad modum Juris cognoscunt, hoc est, Juris ordinem observare tenentur. *l. 1. ff. de recept. qui arbitr. &c. Wesenbec. in Paratit. C. de recept. arbitr. num. 6. Menoch. de præsumtionib. lib. 2. præsumpt. 76. num. 12. & aliquot seqq. item præsumpt. 77. num 7. & seq.*

VIII.

Cæterùm cùm sine suspicione perversitatis omnes lites procedere, atque exerceri debeant: *(a)* operæprecium visum est, hic quasi obiter attingere: num Iudex, quibusvé de causis recusari queat? Et quidem Judicem delegatum, ut suspectum, iustè recusari ante litis contestationem posse; postea non item, dubium est nullum. *(b)* Varias verò ob causas recusari assolet: quæ tamen omnes eò recidunt: ut vel ob metum, vel odium, vel favorem, vel imperitiam recusetur. *(c)* 1 2

a) *l. apertissimi. 16. ibi, quia sine suspicione, &c. C. de iudic. can. quòd suspecti. 14. caus. 3. q. 5. & gloss. in c. accedens. 4 super verb. nimis faveus.*

vens. in fin. ext. ut lite non contestata non procedatur, &c. Fürst. Würt. New Landtrecht. *part. 1 tit. 4. (b) d. l. apertissimi. 16. ubi, post alios, latissimè Iason & Sichard. num. 1. & 3. C. de iudic. Zanger. in tract. de exceptionib. c. 3. n. 2. & 4. Robertus Maran. p. 6 de appellat. à nu 26. usque ad num. 74. causas 40. commemorat. De ijs videantur etiam Lanfr in c. quoniam contra. de probationib. c. 3. de recusat. n. 14. Speculat. in tit. de iud. deleg. §. restat videre. per totum. Chilian. König in practica sive processu suo cap. 3. num. 7. & novissimè Iacobus Ayrer in processu iuris part. 1. c. 2. observat. 2. num. 7. & seqq. nec non Petrus Augustin. Morla in Emporio iur. part. 1 tit. 2. de iurisdict. in præmiss. num. 200. & seqq.* Enimverò si recusatio est notoriè frivola & futilis: à iudice meritò expellitur, & eâ non obstante, ipse in causa procedere potest. *Ita tenent Innocent. Abbas, & cæteri in c. cùm speciali. 61. ex. de appellat. Augustin. Morla d. tit. 2. num. 213. Ioan. Wamesius in tract. de appellat c. 61. num. 9.* Atque hæc recusationis exceptio non solùm ante litem contestatam, in libello, & sic in scriptis, Iudici suspecto opponenda est: sed etiam omnium prima esse debet inter dilatorias. *d. l. apertissimi. 16. C. de iudic. c. secundò requiris. 41. §. tertiò postulas. & d. c. cùm speciali. 61. de appellat. Andr. Gail lib. 1. observat 33. num. 11. Mynsi. observ. 59. cent. 4 Maran. d. loc. num. 25.* Quod utique

utique obtinet: nisi de novo talis exceptio recusatoria superveniret. Tunc enim in quacunque litis parte obijci poterit, etiam post conclusionem. *Maran.d.p.6.de appellat.n.74. Mynſ. citato loco.* Imò etsi causa recusationis ante iudicium cœptum emerserit, si allegans eam post litis contestationem, iuramento iustam ignorantiam probet: adhuc audiendus erit. *Covaruv.Practicar.quæstion.cap.26.nu 2. Zanger. d. cap.3. num.3. & Mynſ.cent.5. observat.89.* Judex itaque hoc modo recusatus, in 5
causâ vlteriùs procedere nequit: sed à partibus litigantibus arbitri eliguntur: qui de suspicionis causâ cognoscant, *prææalleg. l. apertissimi. 16. C. de iudic.d.c.cum speciali.61.de appellat.c.si contra.4.§.ubi verò.de offic.& pot.iud. deleg.in 6.Bart. in l.quia poterat. 4.ff. ad Senatusc. Trebell.Vant.in Tract.de nullit.tit.ex defectu iurisd.ordin.num.140.* Quòd si verò cau- 6
sa suspicionis probata non sit: suâ jurisdictione Judex recusatus utetur: sin probata fuerit: alius Judex erit impetrandus, vel ad superiorem recurrendum. *d.c.cùm speciali 61. de appellat.ibiq; Baldus & Iacobinus de S.Georgio: hosq; referens Petr. Augustin. Morla d. part.1.tit. 2. de iurisdict. in præmiss. num. 203. Gail. d. libr. 1. observat. 33. num. 14. & seq.* Verùm Judex ordinarius de Jure civili regu- 7
lariter recusari non potest, ad eum effectum, ut removeatur tanquam suspectus: sed si aliqua suspicionis subsit causa, adiunctus ei

lãdus est. *Nov.86. c.2. & Auth. si verò cõtigerit. C de iud. Gail. d. li. 1. obs. 1. n. 58. & d. obs. 33. in pr. Mynſ. c. 2 obs. 52. Sichard. ad d. l. apertiſſi. 16. n. 7. & ibid. Iaſ. n 4. C de iud. Schenck Baro in viridar. cõcl. iurid. concl 45 p. 1. Sonsbec. in Cõment. ad usus feud p. 14. n. 37. Schrad in tract. feud. p. 1. q. 6. n. 7. & 17. Goffr. in ſum. de ap. n. 23. Berber. in viator. iur. p. 4. de iud. Wurmſ. li. 1. Practic. obs. t. 1 obs. 6. n. 3. & ſeqq Schneide. in §. omniũ n. 26. Inst. de actio. Bender. in tract. de reviſion. cõcl. 4. n. 142 Pet. Frid in tract. de proceſ. & mãdat. li. 3. c. 6. n. 10 & c 9 n. 15. Bronch cent. 1.* ἐναντιοφανῶν. *assert. 45. edit. 1 Ioan. Niell. cõtrov. iur feud. diſp. 10. cõcl. 2. Eme. à Rosb. de proceſ. iudic. ti 4. n. 63. & ti. 40 n 19 Diſſentiunt Hotom. & Zaſius in d. l. apertiſſi. 16 C de iud. Cuia. li. 9. obs. c 23. Nebel. diſp. iur. 5. th. 2 Treut. vol. 1. diſp. 12 th. 11. lit b. & vol. 2 diſp. 26. th 2 ſub lit. c. & Ericus Hedeman. diſp. ſemestri. 3. propoſ. 62. & diſp. 15. propoſit. 36.* Planè jure Põtificio nõ modò delegatus, ſed & ordinarius, ſine hæſitatione recuſari poteſt. *c. ſi quis cõt. 4. & c. licet 10. in fine. de foro cõpet. c. ſuſpic 39. de offi. iud. deleg. Maſc. de prob. vol. 2. cõcl 952. n. 13 Maran. in ſpec. aur. p. 4. diſt. 4 n. 40. Zanger præf. c 3. n. 4. Vult. lib. 2. Iuriſpr. Rom. c. 1. n 10. Reyger. in proceſ. iudic. diſp. 1 th 25. Vant. in Rub. de null. ſent. ex defectu juriſd. nu. 140 aliiq; pleriq; ſuperiùs relati.* Cæterùm (niſi de conſuetudine, quà forũ quæritur, aliud appareat. *c. cùm cõtingat. 13. in fin. de for. compet.*) in foro civili, civile jus potiùs, quàm canoni-

cum

cum, quod & ipsum in suo foro prædominatur, servandum esse, crebriùs obtinuit, *per gloss. notabilem in c. 2 super verb. lex civilis. de arbitris. in 6. Panormit. in c. licet ex suscepto. 10. in fin. de for. compet. Bartol. in l. quia poterat. 4. num. 2. ff. ad Senatusc. Trebell. Iason. in d. l. apertissimi. 16. n. 5 C. de iudic. Philipp. Franc. in d. c. cùm speciali. 61. num. 46. in fin. de appellat. Gail. d. lib. 1. observ. 33. num. 16. hosq; noviter referens Nicolaus Reusner. lib. 3. consil. 5 n. 37.* Præterea etiam recusari poterunt Assessores, 9 Senatores, Auditores causæ, Notarij vel Tabelliones, & alij, *de quibus latè post alios, quos citãt, Fulvius Pacianus in tract. de probationib. cap. 65. n. 37. lib. 1. & Augustin. Morla d. part. 1. emporij iur. t. 2. in præmiss. n. 190. & aliquot seqq.* Ut autem ad recusationem iudicis, necessarium est allegare causam: ita & in recusatione Auditorum, &c. expressio causæ requiritur, *docente Hieronymo de Cæval. in specul. aur. opinionum commun. contra communes. quæst. 347.*

IX.

Judices dare possunt: quibus hoc lege, 1 constitutione, senatusconsulto, vel more conceditur. (*a*) At non omnes Judices dari possunt ab his: qui Iudicis dandi ius habent. Quidam enim naturâ impediuntur, ne Iudi- 2 ces sint: ut surdus, mutus, perpetuò furiosus, & impubes: quia iudicio carent. Quidam lege: ut qui Senatu moti sunt. Quidam moribus: veluti servi, & fœminæ: non quia iudi-

cium non habent: sed quia receptum est, ut civilibus officijs non fungantur. (*b*)

a) *l. cùm prætor. 12 §. 1. ff. de iudic. Vaconius à Vacuna lib. 6. declarat. 84. num. 4.* Pedaneus verò sive specialis iudex alium iudcem dare nequit: nisi à Principe sit datus. *l. à iudice. 5. C. de iudic.* vel à Pontifice Romano delegatus. *tot. tit. ext. de offic. & potest. iud. deleg.* Hic ergo uterque iurisdictionem habet: quia iudicis dandi potestas iurisdictionis censetur. *l 3. in fi. ff. de iurisd. Bocer. class. 5. disp. 12. thes. 9. Berchtold in tract. de iudic. c. 4. conclus. 47. Hedemann. disp. 15. proposit. 17. Reyger. in process. iudiciar. disp. 1. thes. 28. Hucq; pertinent, quæ notata sunt suprà, conclus. 7. sub lit. e.*

(b) *d. l. cùm prætor. 12. §. non autem omnes. l. cùm furiosus. 39. l iudex datus. 46. ff. de iudic. l. 2. ff. de senatorib. & l. 2 ff. de reg. iur. Anton. Fab. tom. 1. Iurisp. Papin. tit. 1. princip. 4. illat. 6.* Iudex autem datus in eodem officio permanet, licèt furere cœperit: quia rectè ab initio Iudex addictus est. Sed iudicandi necessitatem morbus sonticus remittit. *d l. Iudex datus. 46. ff. de iudic. l. qui furere. 20. ff. de stat. homin.* Infamis quanquam Iudex esse nequit. *c. infamis. 3. q. 7.* arbiter tamen esse non prohibetur. *l. Pedius 7. ff. de recept. qui arbitr. recep. & c. Termineus in process. iuris. c. 1. Rosbach. de process. iur. tit. 4. num 16.* De cæco inter Iuris Interpp. disceptatur? Ego istum Iudicem constitui quidem non posse: ante cæcitatem verò

rò constitutum manere, eiusque officio fungi, verius opinor. *l.1.§.secundo loco.5. vers.sed melius est. ff. de postul. l.cæcus.6.& ibi glos. Bartol. Angel aliiq; ff. de iudic. Ioan. Robert. lib.3. sent.iur.c.23. D. Bocer. d.class.5. disput.12.th.14. Aliter de hac quæstione sentiunt Duarenus in Commentar. ad tit. de iudic. c.4. & lib.1. disputat. anniversar. c.23. Donell. lib.17. Commentar. de iure civ. cap. 24. Hotoman. quæst. illustr. 28. Wesenbec. in Paratit. ff. de postuland. n.4. & in Paratit. ff. de iudic. num. 10. Rutger. Rulant. in tract. de commissar. & commissionib. lib.1. c. 29. num. 4. Hackelman. quæstionum illustr. disp. 4. thes.3. Treutler. vol.1. disp. 8. thes.2. & disput. 12. thes.7.* Similiter nec puberem minorem decem & octo annis, Iudicem esse posse, nisi 7
vel à Principe datus sit, vel partes scientes in eum consenserint, existimo. *l. quidam. 57. ff. de re iud. Vdalric. Zas. in Paratit. ff. de iudic. num.6. Petr. Faber. in l.2. ff de reg. iur. num. 26. Cuiac. lib.17. observat. c.30. Wurmser. lib.1. practica. observat. tit.1. observat.5. num.5. & observat. 15. num.2. Schenck. Baro lib.1. progymnas. fori. c.1. Bronchorst. cent.1. ἐναντιοφανῶν. assert. 44. Bocerus d. disput. 12. thes.13.* Sed quid de li- 8
terarum prorsus, legumque imperitis, & ijs, qui rerum usu destituuntur, dicendum? Eos iudicandi munere fungi non posse, probabilius videtur: nisi Magistratus sint: qui Assessores, legum peritos, adhibere in consili-

um & possunt & debent. *No. 82. in princ. ubi Cuiac. & No. 60. in fi. Franc. Hotoma in quæst. illustr. q. 28. Ioan. Robert. lib 3. sent. cap. 3. Coras. lib. 5. Miscell. cap. 19. plenè Vulteius lib. 1. disceptation. iur. cap 8. Bronchorst d cent. 1.* ἐναντιοφ. *assert. 43. edit. 1. Althus. lib. 2. Iuris Rom. cap 1. Schrader. in tract. feud. p. 10. sect. 14. num. 52.* Item nisi legum imperitis permittatur illarum causarum cognitio: quarum ipsi peritiam aliquam habent. Vnde milites de re militari: & artifices de rebus sui artificij iudicare posse facilè credo. *l. Magisteria. 6. & l. ult. C. de Iurisdict. l. certi Iuris. 17. C. de iudic. l. ult. C. de re militar. Berchtold. d tract. de iudiciis. c. 4. conclus 57. Emeric. à Rosbach. d. tit. 4. num. 17.* Insuper etiam Sacerdotes prohibentur esse Iudices in causis secularibus. *tot. tit. ff. ne clerici vel monach. negoc. secular. se immisc. l. consulta divalia. 23. C. de testament l. omnes. 33. C. de Episcop. & cleric. l. penult. in princ. ff. de vacat. muner.* In causis namque Ecclesiasticis sicuti Iurisdictionem Sacerdotes habent: ita eos de illis iudicare posse constat. *l. ossa. 8. ff. de religios. & sumpt. fun. l. hæreditas. 50. in fi. ff. de petit. hæred l nulli. 28. §. 1. cum seqq. C. de Episc. & Cler. Videatur Treutler. prædicto vol. 1. disput. 12 thes. 9. & 10.* Pauperes quoque, & eos, qui de suo vivere non possunt, à iudicandi officio arcendos esse, iure probari potest. *l. rescripto. 6. in princ. ff. de muner. & honor. Me-*

tuunt

tuunt enim leges, ne inopes iudicis depradandi occasionem ex officio accipiant. Quod tamen non ſimpliciter admittendum putarem. Melius enim eſt, inquirere: cuius exiſtimationis, fidei, & eruditionis ſit Iudex, quàm cuius patrimonij: *arg. l. non omnes 5. in princ. ff. de re milit. l. nemini licere. 11 §. 1. ff. de advoc. diverſ. iudicior. l. ſuſpectum. 8. ff. de ſuſpect. tutor. Berchtold. dict. tract. de indic. cap. 4. concluſ. 60. & ſeq.*

X.

1 Hoc loco obſervandum eſt & illud: ne ſcilicet is Iudex detur: qui nominatim ab alterâ parte petitus eſt: niſi id ſpecialiter à Principe, ad verecundiam petiti Iudicis reſpiciente, permittatur. *(a)* Unde ſi alter ex litigatoribus Iudicem ſolum heredem, vel ex parte fecerit: alium Iudicem neceſſariò ſumendum eſſe, Iulianus reſpondit. *(b)*

2 a) *l. obſerv. 47. ff. de iudic.* In id. n. ſedulò incumbere debet Magiſtratus: ut ipſe, qui ſuſpicione careat, iudex detur: cuiuſmodi is, quem nominatim altera pars petivit, dici nequit, *tradente Arnoldo de Reyger in proceſſ. iudiciar. diſput. 1. propoſit. 36.* (b) *l. Iulianus ait. 17. ff. de iudic.* Nihil porrò intereſt: in poteſtate, 3 an ſui iuris ſint Iudices. *l. cùm prætor. 12. circa f. ff. de iudic. l. quin etiam. 6. ff de recept. qui arbitr. &c.* Planè Iudicem neque ſibi ius dicere debere, neque uxori, vel liberis ſuis, neque libertis, vel cæteris, quos ſecum habet (niſi

liti-

litigatores posteriorib. hisce casibus consentiant) comperti est iuris. *l. qui iurisdict. 10 ff. de iurisdict. t. t. C. Nequis in sua caus. iud. d. l. quin etiam. 6. ff. de receptis, qui arbit. &c. l. in privatis. 77. ff. de iudic. Vide Donell. lib. 17. Commentar. de iur. civ. c. 25. Bocer. class. 5. disput. 12. thes. 17. Hedemannum disput. 14. proposit. 14. Coras. lib. 4. Miscellan. iur. c. 9. & Nicol. Reusnerum lib 3. consil. 5. num. 43. & aliquot seqq. ubi casus plures recenset, quibus iudex in causa propria quis esse non prohibetur.* Cùm autem Iudex datur: aliquod nomen ei exprimendum esse, certum est: ut, Cassius Iudex esto. *Francisc. Duaren. ad tit. ff. de iudic. cap. 4. fol. mihi 207.* Hinc quæritur: si erratum sit in nomine Iudicis, quis datus esse intelligatur? Et, si ex conventione litigantium Iudex datus est: eum esse Iudicem, de quo litigatores senserunt, respondeo. Secus, si ex voluntate Prætoris sit datus, ac in nomine eius fuerit erratum. Hoc enim casu, de quo ipse Prætor senserit, videndum esse censeo. *l. si in iudicis. 80. ff. de iudic. Duaren. d. loco.* Certo iudicandi loco Iudici non præscripto: eo loco iudicare iussus videtur, quo solet iudicari sine incommodo litigantium. *l. si locus. 59. ff. de iudic. l. quid tamen. 21. § penult. ff. de receptis, qui arbitr. &c.* Est verò commodissimus locus, in quo Magistratus ipse ius reddit, salvâ maiestate imperij sui, salvoque more maiorum. *iuxta l. pen. in fin. ff. de iust it. & iure.*

CON-



CONCLUSIONUM CONTROVERSARUM,

EX PROCESSU JUDICIARIO UNIVERSO DElibatarum,

DECAS II.

EXPLICANS, QUIS dicatur Actor; & qui agere possint: quis Reus; & qui conveniri queant: Iudicis officium quod: personæ Iudici adminiculantes quæ: item quæ res in judicium deducantur: & denique quot modis quis forum sortiatur.

CONCLUSIO I.

ACTOR, ab agendo dictus, is est: qui actionem intendit, sive in iudicio quid à parte adversa petit, & persequitur. *(a)* In tribus duplicibus iudicijs, familiæ erciscundæ, communi dividundo, & finium regundorum quæritur: quis actor intelligatur: quia par causa omnium videtur? At magis placuit:

1

2

placuit: eum videri actorem, qui ad iudicium prius provocavit. *(b)*

a) *l. nihil aliud. 51. ff. de obligat. & act. initio t. Instit. de actionib. §. tertia divisio. vers. nam actoris. Instit. de interdict. l. inter litigantes. 62. ff. de jud. c. forus. 10. §. accusator. ext. de verb. signif. Wesenbec. in Paratit. ff. de judic. n. 11.* Actoris autem est, priusquam in arenam descendat, expendere atq; deliberare de iure suo, quo actionis genere velit experiri, proposita ostendere ac probare: ne desideratis probationibus, & operam & naulum perdat. Cæterum qui litem instauraturus est; si apertus, syncerus & pietatis observans fuerit; nō statim alteri negotium facessere prorumpet: sed prius expendet, quidnam proximo, imò fratri quid debeat: ne dum litigijs illis temerè studet; charitatē, quam proximo debet, paulatim exuat, atq; impietatis reus fiat; in eoq; quod temporali persecutione quærat, æternum judicium ad gehennam sibi struat, *ut piè scriptum reliquit Ioan. Ferrar. in process. judic. part. 1. lib. 1. c. 3.* (b) *l. in tribus. 13. & l. qui appellat. 29. ff. d. tit. l. 2 §. 1. ff. cōmun. divid. Marant. in specul. aur. part. 4. distinct. 17.* Sed cùm ambo ad judicium provocant: sorte res discerni, dirimiq; cōsuevit, *auctore Vlpiano in l. sed cùm ambo. 14. ibiq; Accurs. ff. de judic. Ioan. Emeric. à Rosbach. in process. judic. tit. 10. n. 3. Hedeman. disp. 15. proposit. 37. lit. b.* Et sanè plurimùm refert scire, quis actor sit, vel reus: quia actoris

est,

est, aliquid proponere, idq; probare; quo non probato, reus absolvitur. *l. qui accusare. 4. C. de edend. l. ult. C. de rei vindicat. Berchtold. in tract. de judic. c. 5. concl. 67. Reyger. de proceß. judic. disp. 1. proposit. 45.* Licèt autem ab initio 6
actor semper sit volens, invitus nunquam, juxta tritam regulã; quòd agere vel accusare invitus nemo compellatur. *l. unic. C. ut nemo invitum agere vel accus. cogat.* à lite tamen cœptâ impunè desistere illi non licet, nisi reo consentiente. *Nov. 112. c. 3. in pr. D. Bocer. cl. 5. disp. 11. th. 14. & Vult. li. 2. Iurispr. Rom. c. 1. n. 36.*

II.

Actorũ quidam in iudicio experiuntur suo 1
nomine: quidã alieno. Suo nomine agere, & accusare permissum est omnibus, qui nõ prohibentur. (a) Prohibentur autẽ, qui vel legiti- 2
mã standi in iudicio personã non habent: vel edicto Prætoris de postulando, aliavè legitimâ ratione excluduntur. (b)

a) *arg. l. 1 §. 1. ff. de postuland. pr. t. Inst. de his, qui sui vel alieni jur. l. nec nõ 28. §. 2. ff. ex quib. caus. majores, &c. l. mutus. 43. § 1. ff. de procuratorib. Eleganter Ioach. Hopper. lib. 3. de Iuris art. tit. de processu judiciorum, &c.* (b *t. t. C. qui legit. person. stan. &c. t. t. ff. de postul. l. qui accusare. 8. cum ll. seqq. ff. de accusat. & t. t. C. de his, qui accus. non poß.* Unde infantes, pupilli, mino- 3
res 25. annis, furiosi, mente capti, sine tutoribus vel curatoribus per se agere, ac litigare cupientes, regulariter non audiuntur.

l. 1. &

l.1. & 2. C. qui legit person. stan. in iud. §. furiosus. Inst. de inutil stipul. l. furiosi. 40. & l. ubi non voce. 124. §. 1. ff de R. I. l. 2. ff. de postuland. Fürstl. Würt. ernewert Landtrecht. *part. 1. tit. 18. pag. 101. §.* Item die Minderjärige / ꝛc. Quibus & prodigi, qui neque tempus, neque finem expensarum habent; sed sua dissipando & dilapidando profundunt, meritò annumerantur: adeò, vt quamprimùm quis notoriè est prodigus, per se in iudicio non rectè versari, nec aliud quippiam agere possit: etiamsi bonis à Magistratu nondum ei sit interdictum. *l. 1. ff. de curator. furios. l. Fulcinius. 7. §. idemq́; & in prodigo. ff. Quib. ex caus. in possess. eat. l. 1. C. de curat. furiosi, vel prod. l. is, cui lege. 18. in princ. ff. Qui testam. fac. poss.* Fürstl. Württem. ernewert Landtrecht. *part. 2. tit. 30. §. ult. pag. 319. Hugo Donell. ad l. is, cui. 6. ff. de V. O. ubi num. 5. cum seq. hanc sententiam multis rationibus confirmat: & num. 10. quæ ei adversari videbantur, dilucidè diluit, atque refutat. Et ante ipsum eandem defenderunt, Petr. de Bella Pertica, Raphaël Cuman. & Imola in d. l. is, cui bonis 6. ff de V. O. Bald. in cons. 259. & seq. lib. 2. & cons. 287. lib. 5. & Ioh. Faber in §. Furiosi. 3. Instit. de curator. Quibus novè etiam adstipulantur Ioan. Robert. lib. 2. recept. lect. c. 34. D. Bocer. class. 1. disput. 16. thes. 11. & class. 2. disput. 15. thes. 26. & in tract. de investitura feud. c. 3. n. 36. & seq. Berchtold. in tract. de iudic. & process. iudiciar.*

diciar. cap. 6 conclus. 87. Arumaeus exercit. Iustin. 12. thes. 7. lit. a. & Fachineus lib. 2. controversiar. jur. part. 1. c. 63. Horumq́; traditionem & ego tutatus sum in d. §. furiosi. 3. Instit. de curatorib. num. 7. & aliquot seqq. Quanquam contrariam opinionem plures sunt amplexi; *Accurs. Bart. Bald. Ang. Paul. Castr. Alex. Aretin. Ias. & Zasius. num. 16. in d. l. 6. ff. de V. O. Ant Gomez. variar. resolut. tom. 2. c. 14. n. 31. Gail. lib 2. observ. 51. n. 2. & lib. 2. de pace publ. c. 3. n. 12. Frid. Schenck in conclus. jurid. tom. 1. concl. 6. Idem in Progym. fori. tit. 8. Wesen. in Paratit. ff. de curat. furios. n. 3. Francisc. de Caldas ad l. si curatorem. C. de in integ. restitut. minor. verb. cùm non absimilis. n. 4. & seqq. Gœddeus in Commentar. de contrah. & commit. stipulat. c. 7. conclus. 10. n. 141. cum seqq. Borcholt. in Commentar. de verb. obligat. c 3. num. 56. & & seqq. Bronchorst. cent. 1. ἐναντιοφανῶν assert. 26. edit. 1. Guilielm. Forster. in tract. de pact c. 5. pag. 130. Hœnonius disput. 3. controvers. 14. Wegnerus disput. 3. thes. 6. lit. a. Matthias Stephani cent. 1. q. 90. Roberus disput. 5. thes. 6 Hedemannus disput. 24. proposit. 5. Hieronymus de Cevallos in specul. aur. opinionum commun. contra communes. quaest. 109. in fine. Vigl. in §. 2. Instit. quibus non est permiss. &c. num. 3. P. Gregor. lib. 13 Syntag. c. 6. num 4. Duaren. & Cujac ad l. 6. ff. de verb. oblig. Dauth. in tract. de testament. num. 122. Setser. lib. 1. de jurament. c. 5.*

 num. 17.

num. 17 cum seqq. P. Gilkenius in tract. de præscript. p. 3. cap 2. num. 53. & multis seqq. Verùm videatur Osvaldus Hilligerus in Donello enucleato lib. 12. cap. 22. ad lit. f. ubi novissimè hanc de prodigo controversiam quadruplici distinctione & conclusione accuratè explanat. Sed & illa sæpenumero quæstio ventilatur: utrùm prodigus ex contractu iureiurando confirmato, obligetur; postquam à prætore ei bonis interdictum est? Negativa sententia & communior est, & verisimilior: quia licèt iuramentum obliget, & servandum sit: non tamen obligat, ubi iudicium deficit. *Bart. Bald. Iason, Zasius, Ripa, & reliqui in præalleg l. is, cui bonis. 6. ff. de verbor. obligat. Alciatus in c. cùm contingat. num. 226. de jurejurand. Bertrand in consil. 47. libr. 2. Federic. Senens consil. 31. Covarruv. ad c. quamvis. de pact. libr. 6 part. 2. §. 3. num. 8. Gomez. d. capite 14. num. 22. Arumæus d. Exercit. Iust. 12. thes. 7 Et eandem quæstionem explicatè tractavi ad d. §. furiosi. 3. Instit. de curatoribus.*
6 *num. 22. & seqq.* Illud hic admonendi sumus: prodigum in integrum restitutionem petere posse, adversus ea, quæ gessit, antequam ei bonis interdiceretur. *Glos. in l. patri pro filio. in V. interdici. ff. de minorib. Bartol. ad l. Marcellus. col 1. vers. istud nota. & ibid. Castrens. col. ultim. ff. de fidejuss. Ioan. Andr. ad Specul. in Rubr. de præscript. Bald. in consil. 287.*

fil. 287. Ratio est: quia prodigus & minor æquiparantur, eisdemque privilegijs perfruuntur. *l. 4. in fine. ff. de privileg creditor. vel l. 19. (ut in quibusdam est exemplarib.) ff. de reb. auctor. iud. possid* Sicut igitur minori læso conceditur in integrum restitutio: ita & prodigo concedenda videtur. Ecquid verò prodigus ex delicto obligetur, ad pœnam scilicet delicti, ambigitur? Et magis est, ut ex delicto, si id in faciendo consistat, obligetur tam ad corporalem, quàm pecuniariam pœnam. *Menoch. post alios, quos recenset, de Recup. poss. Remed. 9. num 96. & seqq.* Et ratio est: quia etsi prodigo interdicta sit bonorum suorum administratio: non tamen ei concessum est impunè delinquere. Cùmque in rebus suis administrandis iudicio careat: ideo ei tanquam furioso, à lege succurritur. At si delinquat: legis auxilium non meretur, quam ipse contemnit. *Verùm de istis, alijsq́ue ad materiam prodigi pertinentibus controversiis vide copiosè & egregiè differentem Andr. Fachineum, lib. 2. controversi. iur part 1. c. 63. & 5. seqq.* 7 8 9

III.

Sanè nec pater filium fa. & contrà filius patrem in iudicio convenire potest: nisi ex castrensi peculio, & alijs nonnullis causis. (*a*) Sed veniā prius à Prætore seu Magistratu impetrare filius hic necesse habet. (*b*) Nū verò adversus aliū extraneū fili⁹ in potestate patriā cōstitutus, in iudicio agere possit, dubitatur? 1 2

ét eum sine consensu & voluntate patris agere non posse, palàm est: nisi desit, qui patris nomine agat: vel filiusfam. legationis, studiorumvé causâ absit: & vel furtum, vel damnum injuriâ passus sit. Quibus casibus utili judicio agere potest: ne, dum pater expectatur, impunita maneant delicta: quia pater venturus non est: vel dum venit, se subtrahitis, qui noxam commisit. (c)

a) *l. lis nulla. 4. ibiq. glos. super verb. in potestate. ff. de judic. l. si dubitet. 10. §. ult. ff. de fidejussor. l. si quis uxori. 52. §. sed si filius. 5. et §. seq. ff. de furt. Arnold. de Reyger. in process. judic. disp. 1. proposit 52. lit. e.* (b) *§. ult. Inst. de pœn. temerè litigant. l. 2 C. de in jus vocand. Hedemannus disput. 15. proposit. 39. lit f. Emeric. à Rosbach. de process. judiciar. tit. 10. num. 8.* (c) *l. ult. in fine princ ibi, necessitate per officium, &c. C. de bon. quæ liber. &c l. si longius. 18. §. 1. ff. de judic. l filiusfamilias. 9. ff. de obligat. & actionibus.* Castrensium tamen, & q. castrensium rerum actiones, etiam invito patre, filiofam. competere, juris suadet ratio. *l. miles. 4. §. 1. ff. de castrens. pecul. & arg. l. fin. §. 1. C. ad SC. Maced. & l. 2. ff. eod. tit. l. errat. 3. in f. C. de castren pecul. milit. l. ex nota. 10. ff. de castren. pecul. l. cùm oportet. 6. §. cùm autem. 3 vers exceptis. C. de bonis, quæ liber. Ioan. Vaudus libr. 1. variar. quæst. q. 48. Et hanc rem pleniùs persequitur D. Collega Boccrus class. 5. disput. 11. thes. 24. &*

multis

multis subsequentib. Servus quoque in judicio 4
interesse, & agere non potest. *l. servus 6. cum l. seq C. de judic. l. quotiens. 13 ff. si quis cautionibus in jud. sist. cau. fact.* exceptis certis quibusdā casibus. *l vix certis. 53. ff. de judic. l. nullo modo. 7. ff ad l. Cornel. de fals. l. 1. C. si per vim, vel alio mod. absent. l. ult. C. ubi causæ fiscal. l. ult. C. qui legit. person stand. &c.* Enimverò ho- 5
die quia servitus antiqua cessavit: idcirco fit, ut servi nostri in judicijs consistere, & tam contra alios, quàm ipsos dominos agere possint, *docente Stephano Berchtoldo in tract. de judic. c. 6. conclus. 82.* Neque Monachi, cùm 6
nullum habeant rerum dominium, & ad profana negocia quod attinet, pro mortuis habeantur, in judicio agere possunt. *l. Deo nobis 56. in princ. C. de Episcop. & cler. c. placuit. 52. 2. q. 7. c. un. ext. de syndico. Vide Ummium disp. 1. de process. judiciar. th. 4. n. 24. ubi an, & quatenus monachus in judicio contendere possit, accuratiùs explicat. Videatur item Duar. in Comm. ad tit. ff. de judic. c. qui possunt agere, vel conveniri. circa fi em. & Sebast. Vantius in tract. de nullit. sentent. ex defectu inhabilitatis, &c. num. 47. & seq. Aliter sentire videtur D. Bocer. d. class 5. disput. 11. thes. 22.* Inter vxo- 7
rem etiam, & maritum ultrò citroque actiones famosæ, maximè matrimonió constante, instituí nequeunt: cùm hoc contra matrimonij fidem sit: quâ alter alteri omnem

 amo-

amorem, omnemque benevolentiam, & fidelitatem promisit. *l. 1. & 2. ff. de actio. rer. amot. l. 2. C. eod.* Pari modo pupillus uniuersalem exigere rationem, antequam tutela exspiret, adultus curâ adhuc durante, & debitor ante oblationem, vel debiti solutionem pigneratitiam intendere non potest. *l. nisi finita. 4. l si tutor. 9. §. fin. ff. de tutelæ, & rat. distrah. l. solvitur. 5 & l. seq. ff. quib. mod. pig. vel hypoth sol.* Creditores item, quibus in diem, vel sub conditione debetur, etsi debeatur statim; id tamen petere neutiquam possunt, antequam vel dies venerit, vel conditio extiterit, *argumento l. item quia. 4. in pr. ff. de pact. §. in diem, & §. sub conditione. Instit. de V. oblig. Berchtold. d. tract. de judic. c. 6. conclus. 93.* Tandem agere omninò prohibentur etiam excommunicati. Etenim isti tanquam Satanæ traditi, dirisque devoti, & ceu putrida membra, omni tam Juris, quàm humanæ consuetudinis beneficio privantur. *c. omnis Christianus. 32. caus. 11. quæst. 2. c. si quis à Catholica. 7. caus 23. quæst. 4. c. exceptionem. 12. de except. Reyger d. disput. 1. de process. judic. proposit. 53. Et hac de re prolixè egi ad §. 1. Instit. de ys, per quos agere possumus. num. 38. & seqq.*

IV.

1 Alieno nomine agunt, & in iudicio experiuntur Advocati, (a) Procuratores, (b) Syndici, (c) Defensores, (d) & similes. (e)

a) Ad-

a) Advocatus dicitur, qui alteri adest in 2
causa officij gratiâ, hoc est, qui gloriosæ vocis confisus munimine, laborantium spem, vitam, & posteros defendit. *l. advocati. 14. C. de advocat. diversf. judicior. l. 1. §. advocatos. 11. ff. de var. & extraord. cognit.* Hic aliquando etiam causarum patronus nominatur: aliquando causidicus. *l. 2. d. l. advocati. 14. & l. ult. §. 1. C. de advocat. diversf. judicior. l. quisquis. 6. in princ. & l. seq. C. de postuland. D. Bocer. class. 5. disput. 6. thes. 2.* (b) Procurator hoc loci est 3
is, qui alienam rem mandato domini in iudicio agit, vel defendit. *l. 1. in princ. ff. de procuratorib. l. si quis 3 § procuratorem. 2. ff. judicatum solvi. §. 1. vers. cuicunque enim. Instit. de ijs, per quos agere possumus. c. qui ad agendum & defendendum. 4 de procuratorib. in 6. vide disputationum mearum partem 2. disputat. 22. assert. 1.* Invitus procurator nemo datur: 4
quamvis advocatus de Jure compelli possit, ut patrocinium suscipiat. *l. invitus. 17. C. de procurat. l. nec quicquam. 9. §. advocatos. 5. ff. de offic. proconf. Glos. in l. 1. §. ait prætor. ad V. non habebunt. ff. de postul. l. providendum. 7. C. eod. Gail. libr. 1. observat. 43. Mynsinger. cent. 4. observat. 32.* Advocatus 5
autem, vel procurator licèt regulariter de quotâ litis paçisçi nequeat: nihil tamen impedit, quò minùs ratione palmarij, id est, victoriæ, pactum sive stipulatio valeat:

eoque nomine vel certi condictio, vel ex stipulatu actio, aut officium Judicis competat. *l. si qui advocatorum. 5. & l. seq. § præterea. C. de postul. l. si contra. 20. C. mandati. l. litem 15. C. de procurat. l. sumptus. 53. ff. de pact. d. l. nec quicquam 9. §. 2. ff. de offic. Procons. l. si remunerandi. 6. §. fin. cum l. seq. ff. mandati. d. l. 1. §. si cui cautum 12. ff. de var. & extraord. cognit.* Fürstl. Würt. erneuwert Landtrecht / *part. 1. tit. 17. pagina. 99. §.* Daß auch / ꝛc. *Gloss. notab. in l. vn. C. de suffragio. in V. constrinxerint. Speculat. lib. 1. tit. de salario advocator. num. 4. pulchrè Donell. lib. 18. Commentar. de jure civ. c. 3. Bronchorst. cent. 1. Miscellan. juris controversiar. assert. 21. Idq; ego enucleatè explicui ad d. §. 1. Inst. de ijs, per quos agere poss. num. 183. & seqq.* In exigendo verò salario id, quod in solutum datum est, computari debet cum eo, quod debetur: ne utrumque compositum licitam quantitatem excedat. *d. l. 1. §. in honorarijs 10. & §. si cui. 12. ff. de var. & extraord. cognit.* Licita autem quantitas, Ulpiano teste, intelligitur pro singulis causis, vsq; ad centum aureos. *d. l. 1. d. §. si cui. in fin. ff. eod. Tancret. in tract. ordinis judi. lib. 1. t. 9.* Proinde in Camerâ Imperiali hodie Advocati & Procuratores, quando recipiuntur, jurant: quòd ultra taxatam à Judice summam, nihil à partibus exigere velint. *Ordinat. Cam. p. 1. tit. 62. cum 2. seqq. Gail. lib. 1. obs. 44. num. 4.* Quoniam tamen in Camerâ Procurato-

ratores plerunque etiam Advocatorum, adeoque duplici munere funguntur: rectè, & inculpatè utriusque muneris nomine salaria exigunt: & exacta debitè recipiunt. *Gail. d. observ. 44. num. 8. per text. in l. his scholarib. 14. C. de erog. milit. annon. lib. 12.* Sed nunquid 10
adversùs negligentiam procuratoris, dominus in integrum restituatur, controversæ est quæstionis? Et non restitui, nisi procurator negligens solvendo non sit, communiori Dd. suffragio probatum est, nec non in praxi receptum. *arg. l. ult. §. 1. ff. de eo, per quem fact. erit, quò minus quis in jud. sist. l. itaque. 12. in pr. ff. de furt. l. & eleganter. 7. §. penult. ff. de dol. mal. l. si procuratorem. 8. §. 1. ff. mandati & l. 1. in fin. ibi, item si qua alia mihi justa causa, &c. ff. ex quib. caus. majores, &c. Gail. lib. 1. observ. 45. Hartman. Pistoris in Seuselitz lib. 1. quæst. Iur. q. 36. ubi num. 7. pro hac sententiâ complures Dd. citat. Et eandem diligenter explicui ego ad d. §. 1. Instit. de ijs, per quos agere poss. num. 291. & seqq.* Illud quoque satis expeditum non est: 11
an gesta per falsum procuratorem, etiam post sententiam ratificari possint? Id fieri posse, à plerisque conclusum est. *l. licèt. 56. ff. de judic. Gail. d. lib. 1. observ. 47. num. 3.* Præterea 12
utrùm procurator vel advocatus, bonam & justam fovens causam, falsis eam rationibus tueri, & cavillationibus atque fallacijs adversarium suum circumvenire possit, spi-

nosa & valde intricata est quæstio? Et nullo modo posse, æquitatis ac iustitiæ ratio dictitat. *l quisquis.6 §.1. C.de postul.ubi Sichard. num.6. l. rem non novam.14. §.1. C.de judic. Ordinat. Camer.part.1. tit.63. & 64.* Fürstl. Württemberg. Hoffgerichts Ordnung/*par.1. pag.22. Covarruv.tom.1.var.resolut. cap.2. n.1. Eman. Soarez. in thesaur. recept. sentent. sub lit.a. num.98. Alciatus num.6. & Gœddæus n.7. in l. natura cavillationis. 177. ff. de verb.signif. Treutler.vol.1. disp.12.thes.ult.ad lit.a.Hackelman.disput.4.thes.9.Emeric.à Rosbach.in tract. de process. judic. cap.18. num.19. & seq. itemq; Nebel. disp. jur 3.thes.2.* Dissentiunt *Decius in l.ea est natura.65 ff.de reg.jur.Hippol.de Marsil.sing.177. Rebuff. in l. unic. C.de sentent.quæ pro eo, quod inter. prof. Mynsing. cent.3. observat.6. Wesenbe. in Parat. C.de advocat.divers. judicior. nu.2. in fin. Eandem quæstionem attigimus etiam infra Decad.17. conclus. 8. num.7.*

3 (c) Syndicus is perhibetur: qui à Civitate, Universitate, vel Collegio ad iudicia constituitur: quasi in defensionem communis causæ incumbens, dictus. *l.1. & tot. tit. ff. quod cujusque universi. nomine, &c. Termin. in process Iur. cap.1. Tancred. d. lib 1. tit.12. Ioan. Emericus à Rosbach d. tract. de process. judiciar. tit.12. num.2. & seqq. ubi de syndicis multa notatu digna literis prodidit.*

4 (d) Defensor ille dicitur, cui sine mandato, præ-

stitâ

stitâ cautione, de iudicato solvendo, alium in iudicio defendit. *Speculat. libr. 1. tit. de defensore. in princ. Lag. in method. Iur. civ. parte 5. cap. 8. num. 3. Termin. d. loco. Donell. d. libr. 18. Commentar. de jure civil. cap. 12. pagina 189.* W*esenbec. in Paratit. ff. de procuratorib. num. 12.* Et sanè quemadmodum 15
Syndico obijci potest: quòd non sit constitutus ab Universitate, vel Collegio licito: ita etiam Defensori obijci poterit: quòd non caverit de iudicato solvendo. *d. l 1. ff. Quod cujusque universat. nom. Speculat. d. tit. de defens. Termin. præd. loc. fol. 7. Emeric. à Rosbach. d. tract. de process. judici. tit. 13. num. 23. & seq.* (e) Unde Patres filiorum 16
nomine in bonis adventitijs rectè, consentientibus filijs, agunt: nisi vel absint, vel fari non possint: etiam sine cautione, Judicatum solvi, & de rato. *l. ultim §. ubi autem. 3. C. de bon. quæ liber. Cujac. in Paratit. C. d. tit. fol. mihi 309.* Ut & tutores tam testamen- 17
tarij, quàm legitimi & dativi nomine pupillorum, & curatores nomine adultorum, actiones licitè instituunt. *tot. tit. Instit. de auctor. tutor. l. 1. §. ultim. ff. de minoribus. 25. an. Verùm eâ de re plura notavi ad §. tutores. 2. Instit. de iis, per quos agere possumus.*

V. Reus

V.

Reus à re, cujus causâ convenitur, appellatur: estque is, qui Actoris intentionem sustinet, atque propulsat: sive cum quo in judicio agitur. (*a*) Et possunt omnes Rei fieri tam civilibus, quàm criminalibus actionibus: si paucos cum IC. Venulejo excipias. (*b*)

a) *c.forus.10.vers.accusator vocatus. ext. de verb.signif.§.tertia divisio.vers.reus autem.Instit.de interdict.l.ait Prætor.3. in princ.ff.de jurejurand.Arnold.de Reyger in proceß.judic.disput.1.proposit.44. Ioan. Emeric.à Rosbach. in tract. de proceß judic.tit.11.num.1.* Et hic in jure nostro etiam pars fugiens vocatur. *l.properandum.13.§.2.& 3. C. de judic. l.ult.§.ubi autem.3 C. de bonis, quæ liberis, &c. D. Bocer. claß.5.disput.11.thes.15.* (b) *l.hos accusare.12. ff.de accusat. Wesenb.in Parat.ff de judic.n.12.* Quocirca in causâ civili & pecuniariâ servi, quibus comparantur monachi, conveniri in judicio nequeunt. *d.l.hos accusare.12.§ omnibus autem.ff.de accusat. l.servitutem.209.ff.de R.I l.servus.6. C.de judic.* Sicut infantes, furiosi, mente capti, muti & surdi, ob defectum intellectus, nec suo, nec alieno nomine (*ut supra dixi conclus.2.ad lit.b.*) agere possunt: ita etiam nec ab alijs conveniri queunt: sed requiritur, ut vel tutores, vel curatores illorum nomine compellentur. *l.1.& 2. C.qui legit.*

git. person. stan. §. furiosus. Instit. de inutil stipul. l. 2. ff. de postul. In filijsfamiliâs distinguitur. 6
Aut enim annum ætatis 25. sunt egressi, aut non. Priori casu ut filiofam. nomine suo contrahere, & agere licitum est: ita quoque, exceptis duobus casibus, mutuo scil. & voto, *tot. tit. ff. & C. ad senatusconsf Maced. l. 2. §. 1. ff. de pollicitat. Andr. Alciat. lib. 5. Parerg. cap 9.* conveniri potest. *l. tam ex contractibus. 57. ff. de judic. l. filiusfamilias. 9 & 39 ff. de oblig. & actionib.* Posteriori casu filiusfam. etiam conveniri potest: sed curatorem ad litem ut accipiat, necesse est. *d. l. 2. C. qui legit. person. stan. l. 1. C qui petant tutor. vel cur. Vide D. Bocerum, hanc rem latiùs explicantem, d. class 5. disput. 11. thes. 43. & aliquot insequentibus.*

VI.

1 Porrò Judicis boni officium in deminuendis litibus versatur. (*a*) Eas verò commodiùs definire, ac dirimere nequit; quàm si judicet, quemadmodum legibus, Principum constitutionibus, statutis, & legitimâ iustaque consuetudine est proditum. (*b*)

a) *l. quidam existimaverunt. 21. in fin. ff de reb. cred. si cert. pet. l. 2. in princ. ff. de aqua, & aquæ pluv. arc. l. Pomponius. 13. §. recepisse. ff. de recept. qui arbitrium, &c. & l. 1. ff. de re judicat.* (b) *Instit. de offic. jud. in princ. Novel. 82. c. 10. & 13. l. non quicquid. 40. §. 1. ff. de judic. l. 1. l. unius. 18. ff de quæst. Gail. libr. 1. observat. 36.*

Hinc

Hinc dubia oritur quæstio: utrùm iudex, qui ex forma commissionis debet procedere secundùm ius, vel leges; possit secũdùm statuta & consuetudinem locorũ iudicare? Et posse, evidens dictat ratio: quia appellatione iuris sive legis venit consuetudo, *arg. §. constat autem. 3. juncto §. sine scripto. 9. Instit. de jur. nat. gent. & civil. & juxta glos. 1. & 2. in cap. 1. ex. de sponsalib. ubi latè Felinus notabili 2. & hunc, aliosq; plures referens Hiernonymus de Cævallos in specul. aur. opinion. commun. contra communes. quæst. 238. num. 3. & seq.* Hinc & illa anxiè satis à Dd. disputata quæstio emergit: an Iudex secundùm acta & probata, vel secundùm propriam conscientiam iudicare debeat? Et eum ex fide eorum, quæ legitimè probabuntur, iudicare debere frequentiùs obtinuit. *l. illicitas. 6. §. veritas. ff. de offic. præsid. ubi Petr. Costal. l. properandum. 13. §. & si quidem. 2. ibi, judicem negocij acta apud se confecta conspicere censemus. & l. rem non novam. 14. C. de judic. l. nemo judex. 13. C. de sentent. & interlocut. om. judic. can. judicet. 4. vers. bonus judex. caus. 3. quæst. 7. Clement. sæpè. §. verùm quia. & §. sententiam verò definitivam. ext. de verb. signif. Cujac. libr. 12. observat. 19. Didac. Covarruv. lib. 1. variar. resolut. cap. 1. Wesenbec. in Paratit. ff. de probationib. num. 10. Pinel. ad l. 2. C. de rescind. vend. part. 3. cap. 3. num. 32. Mascard. de probationib.*

vol. 1.

vol. 1. quæst. 1. num. 21 & q. 2. num. 15. Delrio ad l. transigere. n. 139. C. de transact. Iul. Clar. lib. 5. sect. § fin q. 8. num. 5. & q. 66. num 2. Decian. in praxi crim. lib. 2. c. 14. Cravett. in tract. de antiquit. temp. part. 1. §. octava datur limitatio. num. 11. pag. (mihi) 113. Brechter. in proceß. judiciar. c. 8. Menoch. lib. 2. de arbitrar. jud. cas. 339. num. 31. P. Gregor. Tholos. lib. 48. syntag. cap 9. & lib. 50. cap. 1. Thoming. decis. 16. Marquard. Freher. in tract. de fam. & existimat. lib. 1. cap. 5. num. 2. Gail. lib. 1. observ. 107. num. 13. lib. 2. observ. 16. num. 5. & lib. 1. de pace publ. c. 11. num. 26. Sichard. in rubric. C. de probat. n. 10. & ad tit. C. ut quæ des. advocat. num. 7. Ruland de Commissariis. lib. 2. cap. 19. num. 17. Reyger de proceß. judic. disputat. 1. proceß. 43. Hackelman. disput. 4. thes. 4. & disput. 5. thes. 8. Bronchorst. centur. 1. ἐναντιοφανῶν. assert. 9. edit. 1. Olemannus ad libr. 4. disputationum jur. civil. Giphanij. disputat. 49. num. 61. & aliquot seqq. Andreas Cludius in Commentar. de condict. indeb. cap 10. num. 12. & seqq. Petrus Augustin. Morla in emporio jur. utriusque. part. 1. tit. 2. quæst. 1. Hedemannus disputat. 15. proposit. 29. aliiq; ab his relati. Sunt tamen, qui censent, iniquissimum esse, conscientia neglecta iuxta acta iudicari. *Coras. libr. 4. Miscel. Iur. cap. 20. Oldendorp. in libr. de jur. & æq. tit. 13. Hotomann. in illustr. quæst. q. 27. Vasqui. libr. 1. illustr. controversiar. cap. 14. Arn-*

Arumaus Exercitat. Iustin 6. in parerg. & Exercit. 20 thes. 3 Ioannes Celichius in lib. de æquitate. c. 4. & Alberic. Gentil. decad. 1. disputat. 6. Huc q; conferunt, quæ tradidi ad §. si minus. 34. Instit. de action. num 2. & seqq. Quin etiam placuit: in omnibus rebus æquitatem magis esse spectandam, quàm jus strictum. *l. placuit. 8. C. de judic. l. si res tuas. 8. C. ad exhibend. l. & si quis. 14. §. idem Labeo ait. 13. circa f. ff. de religio & sumpt l. penult. ff. de in integr. restitut. l. si servum. 91 §. sequitur. 3. vers. esse enim. ff. de V. O. l. quòd si Ephesi. 4 in fin. ff. de eo quod certo loco, &c. Schenck lib. 2. progymn. concl. 14. 21. & 64. Coras. in tract. de juris art. part. 1. c. 15. Stiatic. in practic. observat. c. 22. num. 95. & seqq. Goffred. in sum. de hæretic. num. 8. Coman. lib. 1. Commentar. jur. civ. c. 11. num. 6. Lagus in method. jur. civ. p. 1. c 7. num. 24. & cap 14. num. 12. Duaren. in tit. de judic. cap. de var. judic. præcept. &c. Videatur Fachineus lib. 1. controvers. jur par. 1. cap. 3. ubi ad ea, quæ huic sententiæ opponi solent, trimembri distinctione respondet. Videatur item P. Gregor. Thol. lib. 48. syntag. cap. 9. num. 6. & Ernestus Cothman. disput. jur. civ. 1. coron. 1.* Necessum quoque est: ut plenâ inquisitione causæ discussio fiat. *l. judices. 9. ubi Sichard. C. de judic. Tancret. in suo process. lib. 1. tit. 3.* quibusdam casibus, in quibus semiplena vel summaria cognitio sufficit, exceptis. *l 3. §. causæ cognitio. ff. de Carbonia. ed. l. 1. §.*

si ea

si ea. ff. de vent. in poss. mitt. l. 2. circa f. C. ubi in rem act. exerc. deb. l. si is, à quo. 3. §. 1. ff. ut in possess. legat. l. in hac actione. 3. §. sciendum. ff. Ad exhibend. l. si quis à liberis 5. §. si vel parens. ff. de agnosc. liber l. à Divo Pio. 15. §. si rerum. vers. sed sciendum. ff. de re judic. Judici præterea officium earum rerum duntaxat incumbit, quæ 6
in judicio versantur. *l. ædiles. 35. §. item sciendum 8. vers. judici enim. ff. de ædil. edict.* Ea autem, quæ ante judicium contingunt, veluti fructus, ante judicium datum percepti, non valde ad eum pertinent: nisi ei nominatim injuncta fuerint. *d. l. ædiles. d. §. item sciendum. ff. de ædil. ed. ubi Costalius.* Imò nec ea, quæ 7
post judicium acceptum, hoc est, litis contestationem acciderint: quæ non sunt in accessionibus rei petitæ, sed ex se stant, siquidem non possint videri in judicium venisse, ad Judicis officium pertinent. Ideoque aliâ interpellatione opus est. *l. non potest. 23. ff. de judic. Costal. ad d. l. ædiles. & ad l. quæsitum. 30. ff. de pecul. Ioan. Robert. lib. 2. sent. cap. 15. Menoch. de recuper. poss. in 1. remed. num. 413. 414. 419. & seq.* Adhæc expensarum etiam rationem, Ju- 8
dicem habere omnino oportet. *Novell. 82. cap. 10. Auth. post jusiurandum. C. de judic. l. constitutio. 5. C. de fructib. & lit. expens. Verùm de materiâ expensarum latiùs infrà Decade 17. conclus. 7. & seq.* At non omnis, qui vincitur: 9
sed qui temerè adversario litem intendit

D adeo-,

adeoque justam litigandi causam non habet; damno expensarum afficitur. *l. eum quem. 79. in pr. ff. de jud. ubi Costal. fac. l. qui solidum. 78. §. etiam Respub. vers. nec aliud. ff. de legat. 2. Sichard. ad Auth. jubemus. n. 13. & ad l. properandum. 13. §. sive autem alterutra. n. 7. & seqq. C. de judic. Iason in d. Auth. jubemus. nu. 8. & seqq. Gail. lib 1. obs. 152. num 3.* Quid autem pronunciandum est: quando reus justam quidem litigandi habet causam, vsque ad certum tempus, quo judicium agitur, sed postea non habet: utrùm si pergit in lite, & succumbit, in omnibus expensis est condemnandus: an verò in ijs duntaxat, quas actor fecit, posteaquā reus justam causam litigandi habere desijt? Et non in omnibus reum expensis condemnandum esse, sed tantùm in ijs, quæ factæ sunt post illud tempus, quo desijt habere justam litigandi causam, verius est, & æquius. *Bartol. in l. si quis inficiatus. 13. ff depositi. & in d. l. properandum. 13. §. sive autem alterutra. C. de judic. & ibid. Alexand. & Iason. & Cagnol. ad l. qui in alterius. 42. ff. de reg. jur. nu. 22. Quibus novissimè accedit Fachin. libr. 1.*
1 *controvers. Iur. part. 1. c. 41.* De eo non levis est inter Dd. concertatio: si quis in priore instantiâ victor fuerit, sed in causâ appellationis victus, an expensarum condemnatione sit mulctandus? Ego dogma Baldi, existimantis, totam hanc rem Judicis arbitrio committendam esse (qui ex varijs rerum causarumq;

circumstantijs haud difficulter dignoscet: num victus sive appellatus justè litigaverit, nec ne) amplectendum arbitror. *Bald. in l. generaliter. 12. § sed juramento. C. de reb. creditis. Cujus traditionem ut plurimum Camera Imperialis sequi solet: & cõmuniter, succumbente appellato fit expensarum, propter prioris sententiæ auctoritatem compensatio, teste Gailio præalleg. lib. 1. obs. 152. n 5.* Sed nunquid in causis criminalibus victus victori condemnandus sit in expensis, prolixè quoq; disputatum est ab Interpretibus? Et licèt cõmunis opinio (à quâ in judicando nõn facilè recedendum est, *per notata Gailly d. lib. 1. obs. 153. n 5. & seq.*) id nõ absq; rationibus affirmet: *Vide Iul. Clar. lib. 5. receptar. sentent. §. fin. q. 62. n. 4. ubi opinionis istius auctores adducit Bart. in l. 1. ff. ad SC. Turpill. Socin. Iun. cons. 36. n. 14. lib. 2. Hippol. de Marsil. in pract. crimin. §. superest. n. 1. & in l. patre vel marito. 6. n. 14 ff. de quæstionib. Vivium in lib. cõmunium opin. in verb. Iudex tenetur condemnare, &c. Covarr. practicar. quæst. c. 27. n. 2. & nonnullos alios. Quib. adde Ias. in l. properan. 13. §. sive autem alterutra. C. de judic. Imol. in c. finem litibus. 5. de dolo, & contumac. Riminald. consil. 303. lib. 3. Gail. d. lib. 1. obs. 152. in princ. & D. Bocerum class. 5. disp 21. ad lit. b.* contrarium tamen probabilius esse crediderim, *per text. in l. non ignoret. 4. C. de fructib. & lit. expens. § c. calumniam. 4. ibi, præcipimus; ut de cætero in causis pecuniariys, victus victori in* 12

D 2 expen-



expensis condemnetur. ex. de pœnis. Præterea in calumniatorem, qui scilicet scienter falsa crimina in alium intendit, pœna Jure constituta est. *l. 1. § 2 ff. ad S.C. Turpill. & l. ult. C. de calumniatorib.* Quòd verò expensæ ei imponendæ sint, nullo jure expressum est. *Ita docuerunt, Anton. Butr. in c. finem litib. 5. de dol. & contumac. Alberic. in l. Athletas. 4 §. calumniator. ff. de his, qui notant. infam. Mynsing. in Respons. 59. Decade 6 plenissimè Fachineus præfato lib. 1. controvers. jur. c. 42. & Hieronymus de Cævallos in specul aureo opinionum commun. contra communes. quæst. 539. num. 6. & seqq.* Porrò si expensæ petitæ non fuerint: adhuc judex ex officio super illis condemnare, vel absolvere poterit. Quod etiam procedit in interesse, & fructibus, propter clausulam illam salutarem, libellis hodie adijci solitam: Peto mihi jus, & justitiam administrari, &c. *Sichard in præd. l. properandum 13. §. sive autem alterutra. num. 18 & inibi Iason. num. 30. C. de judic. facit gl. in l. ult. C. quando provoc. non est nec. Imol in l. Paulus. 42. ff. de re judic Mynsing. cent. 4. observ 55. & Gail. d. lib. 1. observ. 151. num 21. ubi ita in Camerâ observari, subijcit.* Quòd si fortè judex impensas litis prætermiserit: & de ijs nihil pronunciaverit: victori adversùs victum earum nomine nulla actio erit. *l. terminato. 3. C. de fructib. & lit. expens.* sed judex eo nomine victori tenebitur.

d. l pro-

d. l. properandum. 13. §. sive autem alterutra. 6. C. de judic. ubi Sichardus. num. 17. Speculat. in tit. de expens. §. ult. num. 1. Ioan. Emeric à Rosbach. in process. judic. tit. 78. num. 14. Demum 16
evigilabit Judex; ut omnino, quantum possibile ei sit, certæ pecuniæ vel rei sententiam ferat: etiamsi de incerta quantitate apud eum actum fuerit. *§. curare. 32. ubi latè Donellus, & plerique Interpretes. Instit. de actionib. l. ult. ff. de prætoriis stipulat. tot. tit. C. de sentent. quæ sine cert. quant. profer. ibiq; Cujacius in suis Paratitlis. Et huc referenda sunt quæ annotavi infra Decad. 16. conclus. 3. ad lit. N. num. 4.*

VII.

1 Quò autem feliciùs, rectiusque litigantium controversiam judex expedire possit: assessoribus, *(a)* scribis, *(b)* & viatoribus *(c)* uti consuevit.

2 a) Assessores (quos jurisperitos esse oportet, spectatæ probitatis, & integræ famæ, itemque ex justo & legitimo matrimonio natos. *l. 1. & 2. ff. de offic. assessor. ibiq; Duaren. l. 1. C. de assessor. Ordinatio Camer. part. 1. tit. 3.* §. Dergleichen sollen/ꝛc. *Mynsinger. cent. 4 observat. 31. D. Bocerus class. 5. disput. 7. thes. 12. & seqq.)* sunt ij: qui assident in judicio Judici seu Magistratui; & eum, si fortè imperitus est, ad rectè decidendam causam instruunt: aliâs Consiliarij vocantur. *l. penult. ff. de offic. assessor. l. consiliarios. 3. l. velut. 7. l. in consilia-*

 riis 10.

riis.10. & seqq. C. de assessorib. Novell.60.c.2.& Novell.82.c.2. Specul.lib.1 tit.de assessore. in pr. Termin.in process. Iur.c.1. Arnold.de Reyger in process. judic. disp 1.proposit. 56.latè Ilico Ummius disput. 2. de process. judiciar. thes.1. & 2.

3 Quamobrem causas audire absente judice non possunt: ipsisque imprudentia, non judici Magistratui imputatur. *l. nunquam.13.C. de assessor d.Nov.60.c.2.l.2.ff.quod quisque Iur.*

4 *in alt.stat.ut ipse eod.ju.utatur.* Nec licere illis per advocationem causis patrocinari; aut duobus Magistratibus assidere: & utriusque judicii curam peragere, Imper.Iust. non absque ratione sancivit. *l. ult. C. de assessorib. ubi dicitur: non facilè credendum esse, duabus necessarijs rebus unum sufficere. Nam cùm uni judicio adfuerit, alteri abstrahi necesse est. Facit l.*

5 *si plures.9. in fine principij.ff.de pactis.* (b) Scribæ (qui aliâs exceptores, seu Amanuenses, alias Cancellarij, item Tabelliones, hodie Secretarij sive Notarij vocantur. *l.ult.§.ult.C.de Castrensianis. lib.12. d.l.3. & l.nemo.5 C.de assessorib. l.moris.9. §. nonnunquam.4 in fin.ff.de pœn.l.jubemus 14 §. his tabellionib. C.de sacros. Eccles. glos.in c.quoniam contra.11.in verb. duos viros. ext. de probationib.)* illi sunt: qui universa judicij acta excipiunt, & bona fide conscribunt: videlicet citationes, dilationes, recusationes, exceptiones, petitiones,

re-

responsiones, interrogationes, confessiones, testium depositiones, instrumentorum productiones, interlocutiones, appellationes, renunciationes, conclusiones, & cætera, quæ occurrerint competenti ordine conscribenda, loca designando, tempora, & personas. *d. c. quoniam contra. eod. D. Bocer. d. claß. 5. disputat. 7. thes. 61. Quibus porrò virtutibus & qualitatibus ornati esse debeant Scribæ, egregiè declarat Ius novum provinciale Wirtembergium part. 1. tit. 6.* (b) Viatores (qui etiam nunci, litiumque executores, apparitores item, præcones, & vulgò Pedelli sive Cursores appellantur) illi dicuntur: qui aliquem in jus vocant, & judicata exigunt: quibusque solicitudo imminendi litibus injuncta est: quorum merces sportula nuncupatur. *l. omnes, qui. 33. §. executoribus. C. de Episcop. & Cler. l. in sacris. 12. §. 1. C. de proximis sacror. scrin. &c. l. ult. C. de fruct. & lit. expens. §. tripli verò. Instit. de actio. ubi Wesenbec. in V. viatores. & ibid. Cujac. & Hotoman. Vultejus libr. 2. Iurisprudent. Rom. cap. 1. num. 51. Reyger prædicta disputat. 1. proposit. 61. Hedemannus disputat. 15. conclus. 42. ad lit. c.* Fürstl. Würt. ernewert Landtrecht / *part. 1. tit. 7. De sportulis est tot. tit. C. de sportulis, &c. & de iisdem videatur Wehnerus in observationibus practic. lit. S. in verb. sportulæ, &c.*

VIII.

In judicium variæ res, & negocia deduci possunt, & solent. In eo namque vel de muneribus & honoribus gerendis agitur: vel de re pecuniariâ disceptatur: vel de existimatione alicujus cognoscitur: vel de crimine capitali quæritur. *l. cognitionum. 5. in pr. ff. de var. & extraord. cognit.* Cuilibet autem semper rem suam tantùm, vel sibi debitam, non alienam in judicium deducere licet. *l. nihil aliud. 5. ff. de O. & A. Instit. de actio. in pr. l. si petitor. 31. ff. de judic.* Et tametsi quod nondum debetur, in judicium non venit: ex justâ tamen causâ ad interponendam cautionem agi potest, die vel conditione adhuc pendente: si nimirum periculum sit, ne debitor solvendo esse desinat. *l. in omnibus. 41. ff. de judic. l. inter omnes. 12. ff. Qui satisda. cog. l. pro socio arbiter. 38. in pr. ff. pro soc. l. si creditores. 31. §. quòd si. ff. de reb. auctor. judic. possid. In quibusdam exemplarib. est l. 16. ff. de privil. credit.* Quinimò Ulpianus dicit: id venire in judicium, non de quo actum est, ut veniret: sed id non venire, de quo nominatim actum est, ne veniret. *l. solemus. 61. ff. de judic.* Exempla sunt in actione tutelæ, in actione negociorum gestorum, & similibus judicijs, quæ sunt generalia vel universalia. *l. pro socio. 38. ff. pro socio.* In hæc enim judicia veniunt, quæ nominatim non sunt excepta, vel de quibus speciali

ciali

cialiter nihil est inter litigantes actum, ne venirent, non de quibus in specie inter contrahentes actum est, ut venirent. *Et ita docet Stephanus Berchtoldus in tract. de judicijs, & process. judic. cap. 8. conclus. 122.*

IX.

Cæterùm Judex inter eas tantùm personas, & de ijs duntaxat rebus suam jurisdictionem exercet, ad quas ea pertinet: quippe cùm personas, & res forum competens habere constet, ubi earum causæ cognosci debent, & examinari. (*a*) Forum autem reus sortitur, vel ratione domicilij: (*b*) vel ratione contractus: (*c*) vel ratione delicti: (*d*) vel ratione rei petitæ. (*e*) 1 2

a) *c. Petro & G. per literas. 40. ext. de offic. & potest. jud. deleg. tot. tit. ff. de judic. & ubi quisque agere, &c. tot. tit. C. de jurisdict. om. judic. & foro compet. item tot. tit. de for. compet. in 6. & in Clement. de for. compet. Arnold. de Reyger in process. judic. disput. 1. proposit. 74.* (b) Quia eo loco quis conveniri debet, ubi domicilium habet, vel tempore contractus habuit: licèt postea id transtulerit. Nam regulariter Actor forum Rei sequitur. *l. incola. 29. ff. ad municipal. l. heres. 19. §. ult. ff. de jud. l. 2. C. de jurisd. & ibid. Sichard. num. 2. cum 4 seqq qui hujus regulæ aliquot notat fallentias. l. fin. C. ubi in rem actio. & c. c. cùm sit generale. 8. de for. compet. Ioan. Gœddæus ad l. Provinciales. 90. n. 3. ff.* 3

de verb.sign. Nicol. Reusner. lib.3. consil.5. nu.4. Donell. libr. 17. Commentar. de Iur. civ. cap.12.
4 Imò ibi quem domicilium habere non ambigitur: ubi larem fovet, vel majorem fortunarum suarum, & bonorum partem possidet. *l. cives. 7. & t.t. C. de incol. & ubi quis domicil. hab l.2. C. ubi Senato. vel clar. &c. Gœdd. ad l in l. censoriâ. 203. n 2. ff. de V.S. Gail. lib.2. observat.35. num.8.* Quanti autem temporis habitatione domicilium contrahatur, arbitrio Judicis relinquendum putat Menoch. *lib. 2. de arbit. jud. quæst. cent.1. cas 86. n.16. Iohan. de Monte Sperello, consil.39. num.2. & alij, quos refert & sequitur novissimè Ioan. Stuckius in exe-*
5 *gesi Iurisdiction. conclus.7. ad lit. d. pag.529.* Inde fit: ut, si Actor aliò Reum vocet, quàm ubi domicilium habeat, Reo jus revocandi domum competat, *auctore Ulpiano IC. in l.2. §. legatis. ff. de judic. Berchtold. in tract. de judicijs,*
6 *& proceß. judic. cap. 5. conclus.72.* Veruntamen fideicommissum non modò ubi heres, aut fideicommissarius, habet domicilium, etiamsi res ibi nõ sit, petendũ est: sed etiam ubi hereditas relicta, aut major ejus pars esse dicitur, peti potest. *l. un. C. ubi fideicommiss. pet. opor. & ibi Iacob. Cujac. in Parat. l. si fideicommissum.*
7 *50. in princ. ff. de judic.* Sic etiam controversia hereditatis terminanda est, non tantùm ubi domicilium habet is, qui convenitur: verùm etiam ubi sunt res hereditariæ, de quibus agitur,

tur, si ibi possessor reperiatur. *l. un. C. ubi de hered. agat. & ibid. Cujac. l. si suspecta. 29. §. ult. ff. de inoffi. test. D. Collega Bocer. claß. 5. Disp. 12. thes. 49.* (c) Quia ubi quis cõtraxit: conveniri 8
ibidem etiam, non minùs, quàm in loco domicilij potest. *d. l. heres. 19. & l. argentarium. 45. in pr. ff. de judic. l. cõtraxisse. 21. ff. de oblig. & act. Gail. d. lib. 2. obs. 1. n. 4. & obs. 36. n. 14.* Omnem 9
aũt obligationem pro cõtractu habendã, existimandũ est: adeò, ut ubicunq; aliquis obligetur, etiã cõtrahi videatur: quamvis ex crediti causâ nõ debeatur. *l. omnẽ. 20. ff. de judic. l. neq;. 54. inf. ff. de procurat. l. 1. C. ubi de ratiociniys tam publ. quàm privat. &c. Videatur noviter Ummi. disp. 4. de proces. jud. th. 1. n. 4. ubi cõtra Alberic. de Rosate & alios quosdã docet, reum etiam propter quasi contractum, nõ minùs in loco contractæ obligationis, quàm domicilii conveniri posse. d. l. 19. §. 1. & d. l. 20. ff. de jud.* Quòd 10
si quis in loco, nõ tanquã domicilio, tabernulã, horreũ, armariũ, seu officinã cõduxit, ibiq; cõtraxit, & egit: eo loci cõveniri quoq;, & se defendere debebit. *d. l. heres. 19 §. proind. vers. at si quo constitit. ff. eod. Berchtold. c. 5. concl 74.* Mulier tamẽ repetere, & exigere dotem de- 11
bet illic, ubi maritus domicilium habuit: non ubi dotis promissio facta, ac instrumentũ dotale conscriptũ est. *l. exigere. 65. ff de judic. Donell. d. lib. 17. Commentar. de jure civ. c. 14. pag. 64. n. 30. vide Robert. lib. 1. sent. c. 4.* (d) Quia eo 12
loco aliquis, quo deliquit, conveniri debet.

l. de-

l. desertorem. 3. in pr. ff. de re milit. l. 1. C ubi senator. vel clariss. l. un. C. ubi de possess. ag. oport. l. 1. & tot. tit. C. ubi de crim. ag. Enimverò criminis reus præter forum domicilij, & delicti commissi, competens quoque habebit judicium, ubi fuerit deprehensus. *d. l. 1. C. ubi de criminib. &c. & l. 1. C. ubi quis de Curiali, &c. Eleganter Duaren. ad tit. de judic. cap. de foro compet. &c. Emericus à Rosbach de process. judic. tit. 3. num. 20. Ummius d. disput. 4. thes. 2. n. 9. & seqq.* Hìc tamen non ignorandum est: delinquentem alibi repertum, ad petitionem judicis ejus loci, ubi delictum patratum est, ad hunc ipsum judicem remitti debere. *Novell. 134. c. 5 c. 1. ext. de raptor. Clement. pastoralis. 2. de sen. & re jud. cum juribus similib. Et hanc esse communem opinionem, testatur Iul. Clar. lib. 5. sentent. §. fin. q. 38. num 19. De quâ videatur etiam Didac. Covarruv. practicar. quæst. cap. 11. num. 3 & seqq. Wurmser. lib. 1. practic. for. tit. 1. observ 9. num. 1. Rauchbar. part. 1. quæst. 50. Stuckius in d. Exegesi Iurisdict. conclus. 7. ad lit. d. pag. 530 Hartman. Hartmanni lib. 2. practic. forens. tit. 30. observat. 7. Gomez. tom. 3. var. resolut. c. 1. num. 87. Socin. regul. & fallent. jur. reg. 335. Theming. decis. jur. 5. n. 3. Theodo. Petreus in thesaur. controversiar. crim. concl. 19. Treuler. vol. 1. disput. 3. thes. 8. sub lit. f. ubi & dissentientes citat.* Ecquid autem Judex originis seu domicilij de ejusmodi delicto,

extra

extra territorium patrato, inquirere; &, intermissâ remissionis petitione, contra reum procedere possit, mirè Dd. judicia variant? Et omnino posse, juri & usui magis consentaneum videtur, *arg. d. l. 1. C. ubi de criminib. agi oporteat. Covarruv. d. c. 11. num. 6. Clarus d. §. fin. q. 39. num. 4. Hippolyt. de Marsil. in practic crim. §. opportunè. num. 32. & seqq. & in l. unic. C. de rapt. virgin. num. 123. Thoming. d. decis. 5. num. 8. Vultejus lib. 2. Iurispr. Rom. c. 1. num 43. & Fachin. lib. 9. controversiar. jur. c. 20. aliiq; ab his adducti.* Dissentiunt *Rolandus à Valle cons. 19. num. 20. lib. 2 Francisc. Vivius in communib. opinionb. lib. 1. in verb. judex domicilii, &c. Laurent. Kirchovius cent. 4. commun. opinion. conclus. 58. Soarez. in thesaur. recept. sent. lit. I. num. 237. Ioan. Robert. lib. 4. sentent. jur cap. 13. Tibe. Decian. in praxi crimin. lib. 4. c. 16. num 2 ac complures alii, ab his, & Vultejo preallegato loco relati.* Generali tamen quadam Germaniæ consuetudine à jure remissionum recessum putatur: adeoque delinquens non ampliùs remittitur: verùm in loco captivitatis judicium & forum competens sortitur, ibique plectitur. 16 *Andr. Gail. lib. 1. de pace publ. c. 16. num. 30. Soarez. d. thesaur. lit. R. num. 47. Covarruv. d. c. 11. practicar. quæstion. num. 10. Decian. d. lib. 4. c. 19. num. 10. & 11. Vultejus d. cap. 1 sub num. 43. Petreus prælicta conclus. 19. lit. e.* Aliter sentiunt *Clarus d. lib. 5.*

lib.5.sent.§.fin.q.39.nu.7. & Matth. Colerus de process.execut.part.2.c.1.n.79. & seqq.qui id solum de vagabundo exaudiunt. De eodem videatur Fachineus d lib.9.cap.24. (e) Nam eo in territorio, conveniri quis debet, in quo res litigiosa sita est. *l.quod legatur 38. ff.de jud.l.1. & ult. C.ubi in rem act. c.sane.3. & ult. de for. compet. l.un. C. ubi de possess. agi oport. l.un. C. ubi de heredit.agatur, & c. Vultejus d. lib.2. Iurispr. Rom. c.1.n.45. Haneton. in tract. de judiciorum ord. part. 1. de foro compet. pag. 9. Tancret. lib.2.de ord. judic. tit. 1. Zanger. in tract. de Except. part.2.c.1. num.4. & seqq. ubi hanc totam rem plenius persequitur. Videatur quoque Ioannes Stuckius in d. Exegesi Iurisdiction.conclus.7.ad lit: c:*

X.

Præterea competens forum & judicium ratione personæ, quæ convenitur, æstimatur. Clericus enim coram Ecclesiastico convenitur Judice: laicus coram laico: Scholaris sive Studiosus coram Rectore.

c.si diligenti.12.de for.compet. c:Clerici.8. & c.cum non ab homine.10 de jud. l.cum Clericis. 25 l.omnes 33 C.de Episcop. & Cler. Nove.123. c.21. Gail. lib.1 de pac.publ.c.1.num.15.17. & 19. Auth.habita.inf.C Ne filius pro patre, & c.ibiq; videatur Sichardus.n.16. & seqq.D.Bocer.class. 5.disp.12.th.43. & 81. nec non novissime Ummius disp.4.de process.jud.thes.6. & 12. Clericum tamen

men, actione reali à laico conventum, privilegio fori (cui ne juratò quidem, cùm toti clericorum ordini concessum sit, renunciare valet. *d. c. si diligenti. 12. §. fin. de foro compet.)* non obstante, ad seculare tribunal protrahi posse, jure obtinuit. *l. sed & loci. 4. §. si alter. 5. ff fin. regund. l. fin. C. ubi in rem actio, & c. c. ex transmissa. 6. & seq. de for. compet. Gail. lib. 1. obs. 37. n. 4. Mynsinger. cent. 1. observ. 22. n. 2. cent. 4. obser. 95. & respons. 47. n. 26. decad. 5. Rosbach. in proceß. judic. tit. 11. n. 15. Treutler. vol. 1. disp. 12. thes. 10. & aly.* Num autem lis & instantia, cum defuncto laico coram judice seculari cœpta, in clericum illius heredem vel successorem transeat & continuetur, non levis est altercatio? Et transire plerisque placuit: quod & mihi probatur, si modò lis cõtestata cum defuncto fuerit. *l. heres absens. 19. in pr. ubi Angel. Castrens. & Costal. & l. ubi acceptum. 30. ff. de judic. Covarruv. quæstionum practicar. c. 8. n. 3. Soarez. in thesaur. recept. sent. lit. c. nu. 104. Vivius lib. 2. opin. 48. König in proceß. jur. p. 3. c. 1. Boër. decis. 69. n. 32. Gail. d. lib. 1. observ. 37. nu. 8. & 9. Petr. Friderus libr. 3. de continent. caus. cap. 5. num. 7.* Refragantur *Maranta in specul. aur. de ord. judic. part. 5. num. 13. cum seq. & Mynsing. post alios, à se citatos, cent. 3. obs. 45. qui tamẽ circa finem in priorem sententiã concedere videtur.* Porrò reus quoq; forũ sortitur ratio-

3 (margin, beside "thes. 10.")

4 (margin, beside "dere videtur.")

ratione causæ. Namque Ecclesiasticæ causæ coram Judice Ecclesiastico examinandæ sunt, atque excutiendæ. *c. si clericus. 5. & seqq. c. licet. 10. & seq. cum simil. de for. compet. Reyger de process. judic. disput. 1. proposit. 88.* Causæ verò feudales per dominum, si lis inter ipsos vasallos oriatur, terminari debent. At si inter dominum & vasallum de feudo contentio fuerit: Pares Curiæ Judices erunt. *c. Imperialem. §. ult. inf. de prohib. feu. alien. per Frid. c. un. de controvers. feu. ap. par. term. cap. un. §. fin. Quo temp. mil. invest. pet. deb. Curt. Iunior tract. feudor. p. ult. n. 34. Mynsing. cent. 5. observ. 75. latissimè Ludolph. Schrader. in tract. feud. part. 10 sect. 1. & seqq.* Cæterùm an coram Paribus Curiæ locum habeat reconventio, licèt ea fiat de causâ non feudali, vide eundem Mynſ.. *cent. 4. observ. 90.* ubi negativam in Camerâ crebriùs probatam fuisse sententiam, astruit. *Eandem probant D. Collega Bocer. class. 5. disput. 12. thes. 54. Vultejus in tract. feud. lib. 2. c. 3. num. 9. pag. mihi 893. Schenck Baro in c. unic. de controvers. feud. ap. par. term num. 12. Zas. in epit. feud. part. 11. num. 18. Sonsbecc. in Commentar. feud. part. 14. num. 38. Wesenb. in tract. de feud. c. 17. num. 14. Rosenthal. in synops. jur feud. c. 12. conclus. 48. Christoph. Schvvanman. in process. Camer. lib. 1. c. 67. num 3. Gœdd. disput. feud. 11. conclus. 13. & Niell. disp. feud. 10. conclus. 5.* Sunt tamen multi, quibus contrarium

rium arridet, Gloss. Alvarott. & Praeposit. in d. c. unic. de controvers. feud. & c. Iacobin. de S. Georg. in tract. feud. Rubr. Iudices in caus. feud. Mozz. in tract. feud. cap de natur. feud. n. 114. in fin. Haneton. de feud. lib. 4. cap. 3. vers. tumq; reus in hunc modum, &c. Borcholt. de feud. c. 10. n 34. Gail. lib. 1. obs. 1. num. 57. & Nicol. Vigel. in meth. feud c. 3. q 3. reg. 3. Sed & competens forum quantitate rei, quae petitur, definitur. Defensores siquidem civitatum in causis omnibus pecuniarijs, usque ad aureos trecentos, non ultrà, cognitionem habent. *l. si idem. 11. in princ. l. pen. §. ult. ff. de jurisd. §. sed hoc jure. Instit. de Attil. tutor. Novell. 15. cap 3. circa finem.* Unde quaesitum fuit: An Iudex jurisdictionem ejusmodi limitatam, & ad certam quantitatem (putà in causis ad centum aureos) restrictam habens, si pendente lite valor rei creverit, nihilominùs de causâ cognoscere, & judicare possit? Et posse in supremo Imperij judicio obtinuit. *Ioachim. Mynsing. cent. 3 observ. ult.* Neque enim tali in casu incrementum aestimationis excludere debet Iurisdictionem, *secundùm Guid. & Bart. in l. si idem cum eodem. 11. ff. de jurisdict. per l. ampliorem. 39. §. fin. & ibi Salicet. C. de appellation. Hucq; pertinere videntur, quae tradit Hieronymus de Cavallos in speculo aureo opinionum communium contr. comunes. quaest. 60. ubi explanat; utrùm judex, limitatam jurisdictionem*

7

8

E nem

nem habens usque ad centum, si proferat sententiam in ducenta, in concurrente saltem quantitate sententia sustineatur. Postremò & litis contestatione competens quis Judex efficitur. *l. nemo. 4. C. de jurisdict. l. 1. C. ubi de crim. ag. oport.* Itemque si partes aliquem Judicem eligant: ejus jurisdictioni se subiiciant, atque in ipsum consentiant. *l. 1. C. de jurisd. l. est receptum. 14. ff. eod. l. 1. ff. de jud. l. ille, à quo. 13. §. tempestivum. ff. Ad SC. Trebell. l. inter 28. ff. ad Municipal. Donell. lib. 17. Commentar. de jur. civ. cap. 10.* Prorogatione autem factâ, pœnitentiæ locus non est: nisi re adhuc integrâ, id est, ante litem contestatam. *Glos. & Dd. in l. si convenerit. 18. ff. de jurisd. ibidemq; Cujac. 7. tract. ad African. Vide fusiùs ea de re differentem Ummium disput. 4. de proceß. judic. thes. 18. num. 100.* Ac licèt quis lite contestatâ, vel sententiâ jam latâ, fori alterius esse cœperit: in ea tamen causâ jus revocandi forum nequaquam habebit. *l. cùm quædam. 19. ff. de jurisdict. l. si quis. 7. ff. de judic. ibiq; Duaren. in cap. de foro competent. &c.* Quid verò, si Reus pluribus in locis forum sortiatur? In electione Actoris positum esse arbitror: ubi illum convenire, & litigare velit. *l. 2. §. non utique ea. 3. ff. de eo, quod cer. loc. da. opor. Bald. in l. cum clericis. 25. num. 1. C. de Episcop. & cler. Wesenbec. in Paratit. ff. de judic. num. ult.*

CON-

CONCLUSIO-
num controversarum,
EX PROCES-
SU JUDICIARIO UNIVERSO DE-libatarum,

DECAS III.

CONTINENS DEFI-nitionem, species, & requisita, adeoq; totam materiam Citatio-nis.

CONCLUSIO I.

HACTENUS de foro, sive Judice competente dictum: sequitur, ut de Citatione, quæ principium instituendarum actionum est, & fundamentum, sermo instituatur. (*a*) Ea non incommodè definitur: ut it actus iudicialis, quo quis mandato iudicis 1

in iudicium vocatur, iuris experiundi causa. (*b*)

a) § *omnium autem. Inst. de pœn. tem. litig. Marant. in spec. p. 6. de citat. in princ Speculat. lib. 2. tit. de citat. in pr. Termin. in process. jur. cap. 4 Wesenbec. in Parat. C. de in jus voc. n. 11. Gail. lib. 1. observ. 48. num. 1. & per jura ab eod. ibi allegata. Vant. de nullit. ex defect. citat. in pr. Schurpff. consil. 9 cent. 1. in pr. Stephan. Berchtold. in tract. de judic. & process judic. cap. 11. conclus. 200.* (b) *c. quoniam contra. 11. in V. citationes. ext. de probat. l. fina. C. de exhibend. & transmit. reis. l. 1. ff. de in jus voc. & l. ult. C. d. t. Vide Wesenbec. in Paratit. C. eod. num. 1. Arnold de Reyger. de process. judic. disput. 2. thes. 8. Duarenum lib. 1. disput. anniversf. c. 1. Althusium lib. 2. Iuris Romani. cap. 18. & Emericum à Rosbach. in process. judic. tit. 22. num. 2.* Quæ licet quoad defensionem partis, causam à natura trahat: ideoque nullo modo in quolibet actu, cognitionem desiderante, etiam à Principe, omiti tollive debeat, *arg l. ut vim. 3. ff. de justit. & jur. ibiq. Barthol. Romuleus nu. 6. l. ult ubi Donell. C. si per vim, vel alio modo, &c. cap. 1. ext. de caus. possess. & propriet. Clement. pastoralis. §. cæterum. de sent. & re judic. Marant. part. 6. tit de citat. num. 3. & 4. Gail. d. lib. 1. observat. 48. num. 2. & observat. 75. num 9. Arius Pinel. ad rubr. C. de rescind. vendit. part. 1. cap 2. num. 21. Noë Meurer. in process. Camer.*

p. 7.

p.7. Vantius d. rubr. de nullit. ex defect. cit. n. 6. & 9. Wurmser. lib. 1. tit. 22. observ. 13. Ruland. lib. 5. de commiss. cap. 10 num. 21. Rosbach. d. tit. 22. num. 43. tamen si adversarius talis sit, qui ne præsens quidem impedire actum, eive contradicere possit: ad validandum firmandumque istum actum, citationem non requiri, magni nominis Doctoribus placuit. *Inter quos est Robertus Marant. d. loc. num. 5 ubi Alexand. in l. recusare. 6. in princ. ff. ad SC Treb. Paul. de Cast. in consil. 34. col. pen. vol. 2. Bald. & Iason. in l. nec quicquam. 9. §. ubi decretum. ff. de offic. procons. adducit: & num. 6. 7. & seqq. plures alias limitationes ponit. Facit l. ergo. 4. §. illud; videamus. 3. & l. si eum servum. 28. in princ. ff. de fideicommiss. libertat. Adde Vultejum lib. 2. Iurispr. Rom. cap. 28. num. 16. & seqq. Mynsinger. cent. 6. observat. 6. num. 6. Gail. lib. 1. observ. 13, num. 3. observat. 75. num. 11. & observat. 77. in fin. & Ioannem Calvinum in tract. de process. judic. cap. 2. tmem. 4 num. 58. & seq.* Quid? an non 4
Judex facultatem procedendi ex arbitrio habens, omittere citationem potest? Non posse, magis est. *Menoch. lib. 1. de arbitr. Iud. q. 17. num. 4. ubi ad hujus sententiæ confirmationem allegat Bart. in l. Theopompus. num. 9. in f. ff. de dote præleg. & in consil. 166. num. 5. lib. 1. Ruin. consil. 21. num. 2. lib. 2. Curt. seni. in l. admonendi num. 380 ff. de jurejur. Angel. in l. milites. ff. de milit. testam. Bologn. consil. 38. colum.*

 ult.

ult. Alexand. consil. 218. num. 6. lib. 2. Iason in l. si quis arbitratu. n. 23. in f. ff. de verb. obli. & consil. 147. col. penult. in pr. lib. 2. & complures alios.

II.

Citationis variæ, & diversæ à diversis constituuntur species. Sed eam in generalem ad totam causam (quales in Camerâ regulariter sunt omnes) *(a)* & specialem, seu particularem, ad singulos causæ actus, non inscitè quis (meo quidem judicio) diviserit. *(b)* Utraque Realis sive Personalis, *(c)* & Verbalis *(d)* perhibetur. *(e)*

a) *Mynsing. cent. 4. observ. 33. Gail. lib. 1. observ. 51. n. 10. Hieronymus de Cævallos in speculo aureo opinionum communium contra communes. quæst. 22 ubi utrùm in singulis actibus judiciarijs sit necessaria partis citatio, an verò citatio generalis ad totam causam sufficiat, diligenter explicat.* (b) *Wesenb. in Paratit. C de in jus voc. n. 4. vers. deinde à materia, &c.* (c) quâ personæ, propter delictum, æs alienum, aut aliam justam causam apprehenduntur, & arrestantur. *c. si clericos. 15. de sent. excomm. in 6. l. injuriarum 13. §. 2 ff. de injur. l. plerique. 18. ff. de in jus voc. ubi Iason. n. 33. Wesen. d. loco. n. 4 vers. realis est, &c. Gail. d. lib. 1. observ. 48. n. 12. Marant p. 6 membr. 1 tit. de citat. n. 58.* Idque fit regulariter in criminalibus: in civilibus verò non, nisi certis quibusdam casibus: putà, si reus de fugâ sit suspectus, quem etiam pro-

priâ

priâ auctoritate creditor capere potest: vel si Reus post acceptum judicium improbè litem deserat. *Nov. 134 cap. 5. l. ait prætor. 10. §. si debitorem. 16. ff. Quæ in fraud. creditor. l. generali. 54. C. de decurio. Marant. d. tit. de citat. n. 58. & seqq. Gail. lib. 2. obs. 44. & lib. 1. d. obs. 48. n. 14. & seqq. Termineus in proceß. jur. c. 11. de citat. reali. König in proceß. judic. c. 28.* Utrùm 4
autem cuivis privato, absque permissu Judicis, adversarium suum invitum, hoc modo in jus vocare, & ducere, integrum in omni casu fuerit, controverti solet? Ego negativæ, ceu benigniori, sentētiæ astipulor. *l. quamvis. 11. l. satisq; pœnæ. 19. l. sed & si 21. l. sed si hac. 10. §. prætor ait. 12. ff. de in jus voc. Io. Vaud. lib. 2. var. quæst. q. 26. Io. Robert. lib. 3. sent. cap. 1. Petrus Gregor. syntag. jur. lib. 48. de citat. n. 2. & 3. Tametsi, post plures à se allegatos, reclamet Arnoldus de Reyger. in proceß. judic. disput 2. thes. 2.* (d) quæ 5
verbo seu denunciatione fit, per apparitorem, aut literas. *l. ea, quæ. 7. ibi, denunciationib. &c. & l. tres denunciationes. 9. C. quom. & quan. jud. c. cùm dilecti. 6. ibi, injunximus viva voce, &c. De dol. & contum. cum simílib.* Hæc 6
rursus aut privata est: cùm quis privatim ad domũ per apparitorem sive ministrũ publicũ, vel per scripturã citatur: aut publica, quæ publicè fit per præconem, tubã, campanam, vel edicto, h. e. literis publicè affixis, *uti vocant*, citatoriis. Quod eo loci fieri necesse est:

 ubi

ubi verisimiliter ad notitiam citati pervenire potest. *Auth. qua in provincia. d. C. ubi de crim. ag. opor. c. ult. de eo, qui mitt. in poss. l. ult. §. 1. C. de feriis. Novell. 69. cap. 3 in pr. ubi Cujac. fol. mihi 267. & Novell. 112. cap. 3. l. 1. §. 1. ff. de agnosc. liber. l. consentaneum. 8. ibi, ternis literis, C. quom. & quand. Marant. d. t. de cit. num. 73. & 95. & seqq. Gail. lib. 1. observ. 57. & observ. 55. num. 3. Specul. lib. 2. de citat. §. jam de citatione, &c. Paul. lib. 5. sent. t. 5 §. trinis literis, &c.* Quamdiu autem affixa esse debeat in loco publico scriptura: cùm jure definitum non reperiatur: Judicis arbitrio relinquendum esse judico. *Menoch. de arbit. jud. lib. 2. cent. 5. casu 463. num. 2. & 3. Marant. d. loc. num. 96. quos etiam refert & sequitur D. Bocerus class. 5. disput. 3. thes. 25. lit. c.* (e) *Wesenbec. in Paratit. Cod. d. tit. de in jus vocand. num. 4. & digest. eod. tit. num. 13. vers. species citationum, &c. Vultejus lib. 2. Iurispr. Rom. cap. 28. num. 48.* Et in hanc divisionem, à forma desumptam, omnes ferè Doctores consentire, testatur novissimè Ilico Unumius *disput. 5. de proceß. judic. thes. 4. num. 19.*

III.

Tria in omni citatione, cujuscunque sit generis, necessariò requiruntur: commissio Judicis: executio commissionis: & relatio executionis. (*a*) Committere autem citationem potest, & debet Judex competens, non

non solùm ordinarius, sed & delegatus: (b) & quidem ad instantiam & petitionem partis: (c) nisi causa publica fuerit. (d)

a) *Robert. Marant. part. 6. de ordine judicior. tit. de citat. num. 51. Mynsinger. cent. 1. observat. 77. & cent. 6. observat. 10. Arnold. de Reyger in proceß. judic. disput. 2. thes. 22. Bocer. claß. 5. disput. 3. thes. 35. Bellè & peritè Vultejus lib. 2. Iurispr. Rom. cap. 28 num. 35. & multis subseqq.* (b) *arg. l. 2. ff. de jurisdict. c. præterea. 5. & c. prudentiam. 21. de offic. & potest. judic. deleg. Iacob. Ayrer. in historico proceß. jur. c. 3. observat. 2. num. 15. Gail. lib. 1. observat. 48. nu. 13. & 17. Wesenbec. in Paratit. de in jus voc. nu. 13.* (c) *l. ad peremptorium. 68. ibi, ut primò quis petat. ff. de Iudic. c. 1. ibi, petiisset. eod. l. 4. ibi, ex una postulatione. C. de accusat. Marant. d. loco, num. 115. Gail. d. lib. 1. observat. 50. num. 3. & 4. Vant. de nullit. ex defect. citat. num. 32. Asinius in praxi rer. criminal. §. 8. cap. 1. num. 4.* (d) *l. 1. in princ. C. de custod. reor. c. qualiter & quando. 24 de accusat. Duaren. lib. 1. disput. cap. 38. Ioan. Robert. lib. 4. sent. Iur. c. 12. & seq. Socin. de citat. art. 6. num. 2. & 7. Arnold. de Reyger d. disput. 2. thes. 10. lit. c.* Hìc non inconvenienter quæritur: an in dubio ad petitionem partis citatio facta præsumatur, nec né? Ego affirmantibus non sine ratione astipulor. Tum quia communiter non, nisi partis instantiâ, expediri citatio solet; ut proinde extrinseca

illa solennitas præsumatur. Tum quia citatio pertinet ad commodum & interesse partis, quæ ipsam fieri petit. *Felin. ad d.c.1.ext.de judic. Sebast. Vant. de nullit. sent. ex defect.citat. n. 45 hosq; referens Bocerus d.class.5.disp.3.th.13.* Verùm enimverò Judicem delegatum, citationi tenorem suæ delegationis inserere teneri, frequentiori Dd.calculo probatum est, *per c cùm in jure.31. de offic. & pot. jud. deleg. & c.2. de dilationib. Hieronym. Schurpf. consil.60. centur.1. num.5. Gail.d.observ.48.lib.1.num 17. & 20. ubi pro hac conclusione Panorm. Felin. Innocent. Bart. Bald. aliosq; nonnullos citat.* Ipsum autem Authenticum, sive *(ut nunc loquuntur)* Originale exhibere non necesse habet: nisi reus comparens ab ipso illud postulaverit, *Mynsinger. cent.3. observ.1. D. Bocer. d. class. 5. disp.3. th.8. lit. c.*

IV.

Ordo in citando regulariter iste observatur: ut primò Reus in propriâ persona, vel ad domum solitæ habitationis, per nuncium, aut epistolam citetur: dein si ejus copia haberi nequeat, vel aliâs absit, ad edictum publicum perveniatur.

c. ult. in fin. & ibi glos. de dol. & contum. Gail. lib.1. obs. 57. in pr. Marant. p.6. de ord. jud. tit. de citat. n.126. Reyger. de process. jud. disp.2. th.22. lit. b. Wurms. lib.1. pract. foren. t.6. obs.8. Fürst. Würt. New Landtrecht/ *p.1. t.11. §.1. & §.* Und

von

wa man. *item §.* Wollte dann/ rc. *pag. 65. ubi citationis edictalis formulã præſcriptã cernere licet.* Et licèt executio apparitoris ſive nuncii impedita fuerit: attamẽ ſi ipſa citatio in notitiã citandi devenerit, haud dubiè arctat eum. 2
Proindeq; poteſt & debet viator ſeu nuncius citationẽ ad ædes citãdi proponere; ſi occultet ſe, qui citari debet, aut abſit, nec ejus familia recipere citationẽ velit. *l. dies caution. 4. §. totiens. ubi Bart. & aly. ff. de dam. infect. Gail. lib. 1. obſ. 55.* Quamvis item extra territoriũ citanti impunè nõ pareatur. *l. ult. ff. de juriſd. ubi Hipp. de Marſil latiſſimè id declarat & limitat. Iacob. Ayrer. in hiſtor. proceſ. jur. c. 3. obſ. 2. n. 4. & 37. Bronchorſt. cent. 1.* ἐναντιοφανῶν. *aſſert. 16. ed. 1. & Hierony. de Caval. in ſpeculo aureo opinionũ cõmunium contra cõmunes. quæſt. 59. ubi hãc rem diſtinctionis moderamine explicat.* tamẽ cõtra nõ ſubditũ, extra territoriũ nõ ſolùm per edictũ (qui citandi modus omniũ videtur tutiſſimus) fit citatio: ſed etiã Judex rei ſitæ, aut per nunciũ, aut datis ad Judicẽ alterius territorii, in quo citandus domiciliũ habet, literis, Reum evoçare poteſt. Quibus caſibus in contumaciam citati non comparentis, ad immiſſionem bonorum procedere Judici conceſſum eſt. *Gail. d. lib. 1. obſervat. 56. per tot. Vide ea de re, poſt alios, quorum meminit, ſatis prolixè diſputantem Dn. Collegam Bocer. claſſ. 5. diſputat. 3. theſ. 9. & ſeqq.* 3

Pari-

Pariter licèt à Judice incompetenti citatus comparere non sit obligatus, *l. contumacia. 53. § fin. & ibi Dd. ff. de re judic.* si tamen probabile fuerit dubium: an vocatus eximi â Judice citante, & excusari possit: tunc vocatus comparere, suumque allegare privilegium debebit. *l. si quis ex aliena. 5. ff. de judic. l. 2. in princ. ff. si quis in jus voc. non ier. Mynf. cent. 6. obs. 7. n. 7. Gail. d. lib. 1. obser. 16. num. 3. & obs. 48. num. 8. & 11.* At quid faciendum: si quis ad unum eundemque diem & terminum, à diversis Judicibus, putà inferiore & superiore, fuerit citatus? Et apud superiorem se sistere debere citatum, Juris veritati est consonum: dummodo is Jurisdictionem immediatè in subjectum inferiori Iudici seu Magistratui habeat: secus verò, si superior immediatè adiri nequeat: sed tantùm viâ appellationis. *l. contra pupillum. 54. in fin. ubi Zasius. ff. de re jud. Mynsing. cent. 6. observat. 8. Socin. de citat. art. 31. num. 7. Videatur* Wurm*ser. lib. 1. pract. forens. tit. 6. observat. 13.* Quia porrò citationis executori sportulæ debentur: dubitari solet; an actor etiam, ad cujus petitionem reus evocatur, eas præstare teneatur, necné? Et eas reum duntaxat conventionis executori debere, rectè concluditur, *per texum in §. tripli. 24. Inst. de actionib. l. ult. C. de castrensianis & ministerian. & l. ult. C. de principib. agent. in reb. lib. 12. Cujac. ad Nov. 53. pag. 236.*

Etsi

V.

Etsi verò nuncio asserenti, sibi mandatam esse citationis executionem, nō creditur, nisi id probetur: tamen referenti se legitimè citâsse, credendum: ejusque relatio actis inserenda erit.

Mynsinger. cent. 6. observat. 10. num. 4. & 7. Gail. lib. 1. observ. 54. num. 4. & 5. & 7. Videantur quoque Ioannes Andr. ad Speculat. intit. de citat. §. primò. vers. sed nunquid credatur. Ioan. de Imola in l. ex consensu. 23. §. eum, qui. ff. de appellationib. & relat. hos aliosq; citans Vantius de nullit. sentent. ex defectu citat. num. 40. & 41. Item Iacobus Ayrer. in historico proceß jur. c. 4. observ. 2. num. 15. & seqq. necnon Hieronymus de Cævallos in speculo aur. opinionum communium contra communes. quæst. 380. & seq. item novissimè Ummius disput. 5. de proceß. judic. thes. 11. num. 63. Sed si Iudex ante relationem nuncij, citatum contumacem esse pronunciet: sententia, & processus nullus est: etiamsi relationem nuncij postmodum recipiat. *Marant. part 6. tit. de citat. num. 56. Bartol. in l. hæc autem 5. §. 1. ff quib. ex caus. in possess. eat. & in l. multum. 21. in fin ff. de condit. & demonst. & Alexand. in l. sed si de sua. 34. ff. de acquir. hered.* Quid verò, si executor sive nuncius, cui citationis insinuatio commissa est, alij eam exequendam committat? Et hanc per alium factam, executionem minimè valere,

lere certum est. *Mynsinger. cent. 1. obs. 77. Bocer. class. 5. disp. 3. thes 36.* Itaq; si culpâ vel imperitiâ nuncii, rectè citatio facta non sit: eam suis sumptibus denuò facere cogitur. *Gail. d. obs. 54. n. 8. ubi asserit, nullã admitti excusationem: cùm formulã exequendi in Ordinatione Cameræ præscriptã habeat. Ord. Cam. tit. 39.* Disputari hîc potest: An né nuncii, generale mandatum habentes de omnibus citandis, de quibus per partes rogati fuerint, sine speciali quempiam mandato citare queant? Negativa mihi, non tamen sine moderamine, arridet sententia. *Sed consulatur Sebast. Vant. de nullit. sent. ex def. citat. n. 36. 37. & 38. ubi diversas Dd. opiniones hac de quæstione cumulat: & ex mente Baldi distinctionis fœdere illam explicat.* Est & illud notatu dignũ: quòd licèt illegitimè facta sit executio citationis: si tamen venerit vocatus, contra illam excipere non possit. Siquidem citatio, quantumcunque invalida, per comparitionem robur accipit, & cõvalidatur. *l. 1. §. 1. ff. de feriis. Mynsing. cent. 2. obser. 18. n. 3. & 4. Gail. d. lib. 1. obs. 48. n. 4. qui & alios citant.*

VI.

Ut autem legitima sit citatio: in eâ exprimendũ est nomẽ Judicis, partis citandæ, & citantis, vnà cum causâ, & loco judicii tuto, nec non die seu termino ad comparendum sufficienti & idoneo.

Gail. lib. 1. observat. 48, num. 6. observat. 49. & 50.

& 50. cum 3. seqq. Ordin. Cam. part. 3. cap. 12. § 3. & Noe Meurer. in proces. Cam. p. 2. fol. mihi 47. Iul. Clar. lib 5 sent. § fin. quæst. 31. n. 5. Althus. lib. 2. Iuris Rom. c. 18. A. Reyger. in proces. judic. disp. 2. th. 19. & 20. Iac. Ayrer. in proces. hist. jur. c. 3 obs. 2. n. 21. & seqq. Cæval. in specul. aur. opinionũ cõmun. contr. cõmun. quæst. 309. ubi cõtradicentes aliquot allegat. Si plures ejusdem sint 2
nominis: & alius fortè citatus, pro alio compareat: citans tanquam temerarius litigator in expensas est cõdemnandus. *l. eum, quem temerè. 79. in pr. ff. de judic. §. hæc autẽ omnia. Inst. de pœn. tem. litig Socin. in tract. de citat. art. 20. n. 14. Gail. d. obs. 49. n. 2.* In dubiũ à multis vo- 3
catur: An citatio mariti, in personã uxoris facta valeat: ita ut contra maritũ, velut contumacem procedi possit in judicio? Sanè non valere verius est: nisi ea citatio fiat in uxorẽ in domo habitationis viri: iliq; copia detur, sive exemplum citationis. *Myns. cent 3. obs 37. allegans ad hoc Iac. de Aret. & Guid Pap. decis. 445. in pr. & cons. 121.* Id quoq; controversiâ nõ ca- 4
ret: An die feriatâ fieri citatio possit? Et quidem die feriato ad diem non feriatũ ritè citatio decernitur: ad diem autẽ feriatũ quandocunq; etiã citatus, cõparere nõ est obnoxius, *arg. l. unic. in princ. C. de litis cõtestat. Rob. Marant. part. 6. de citat. num. 120. Gail. lib. 1. obs. 53. num. 1. Vant. in tract. de nullit. ex def cit. nu. 46. Meur. in d. proces. Cam. p. 2. n. 17. Rulant. lib. 4. de Cõmis. c. 23. n. 15. Speckhan. cent. 1. q. 59. n. 7.*

Ter-

Termineus in proceß. jur. c. 18. Ioan. de Arnono in pract. judic. cap. 17. num. 2. Costal. in l. 1. ff. de fer. Reyger. d. disput. 2. thes. 21. Aliter sentiunt *Wurmserus lib. 1. practic. forens. tit. 6. observ. 4. Soarez in thesaur. recept. sent. lit. c. num. 64. Nicol. Anton. Gravatius ad Vestrium lib 4. cap. 4. num. 13. Socin. de citat. art. 19. num. 3. Calvinus de proceß. judic. cap. 7 tmem. 1. n. 9. Treutler. vol. 1. disput. 4. thes. 4. sub lit. c. & disput. 5. thes 9. ad lit. f. in fine. Videatur Menochius lib. 1. de arbitrar. jud. quæst. 30. ubi, quæ causæ diebus festis tractari possint, enarrat.* Sed & illud controversum est: Num is, qui ad certam causam citatus comparet, in aliâ etiam causâ, ad quam citatus non est, respondere teneatur? Plerisque visum est: partem præsentem non aliter esse citandam; proindeque respondere indistinctè esse obligatam. *Gail. lib. 1. observ 51. num. 7. & seq. & observ. 58. num. 2. Wurmser. lib. 1. pract. observ. tit. 6. observ. 14. Vult. libr. 2. Iurispr. Rom. cap. 28. num. 19. Zas in Paratit. de jud. num. 48. Marant. d. loco num. 13. Hucq; spectant quæ adferuntur in conclus. proximè seq. ad lit. b.*

VII.

Cæterùm citari debent omnes, quorum principaliter interest, quorumque causa agitur: *(a)* nisi præsentes in judicio fuerint. *(b)*

a) *l. de unoquoque. 47. in princ. ff. de re jud. l. nam*

l. nam ita. 39. ff. de adopt. Schurpf. conſil. 9. n. 3. & 4. cent. 1. Weſenbec. in Paratit. ff. de in jus vocand. num. 3. & in Paratit. C. eod. num. 7. & conſil. 7. num. 7. part. 1. Reyger. de proceſ. judic. diſput. 2 theſ. 11. (b) *l. etiam. 29. §. ult. ff. de minorib. 25. an. l. 1. §. 1. ff. de feriis. l. 2. verſ. nec eum dum quis apud prætorem, &c. ff. de in jus vocand. Gail. lib. 1. obſervat. 48. num. 4. & obſer. 51. num. 8. & obſerv. 58. num. 5. Aſinius in praxi judic. §. 7. cap. 5. limitat. 90. Marant. de ord. judic. part. 6. membr. 1. de citat. num. 12. Ioan. de Arnono in pract. judic. cap. 12. num. 2. Vant. in rubr. de nullit. ex defect. citat. num. 17. & rubr. de nullit. ex defect. proceſ. num. 27. Mynſinger. cent. 2. obſervat. 91. num. 1. cent. 6. obſervat. 6. num. 8. cum ſeq. & obſerv. 16. num. 2. Wurmſer. lib. 1. tit. 6. obſerv. 14. num 2. Sichard. in l. 4. n. 8. C. de ſentent. & interloc. om. judic. Schrader. in tract. feud. part. 9. cap. 7. n. 49. Rulant. in tract. de commiſ. lib. 2. cap. 5. num. 2. & tract. de teſt. examin. lib. 2. cap 2. num. 6. Treutler. vol. 1. diſput. 4 theſ. 6. ad lit. a & vol. 2. diſput. 23. theſ. 3. ſub lit. i.* Diſſentiunt *Iaſon & Dd. in l. 1. ff. de in jus vocand. & ibid. in Paratit. Weſenbec. num. 3. D. Bocer. claſ. 5. diſput. 3 theſ. 4. ad lit. d. & Ummius diſput. 5. de proceſ. judic. theſ. 8. n. 41. Plures caſus, quibus citatio neceſſaria non eſt, longo ſtylo enumerat Aſinius d. praxi judicior. §. 7. cap. 5. & Mynſinger. d. cent. 2. obſerv. 91. & d. cent. 6. obſer. 6. num. 5. & ſeqq.* Quòd ſi prin- 2

F cipa-

cipales citandi ex probabili abfuerint causâ: executionem citationis in eorum procuratores fieri sufficit. *Speculat. tit. de citat. §. sequitur. n. 14. Mynſ. cẽt. 1. obſ. 9 per text. in c. dilectus. 11. de procurator.* Sic etiam quãdo quis ex causâ citatur, ut personaliter compareat: cùm aliâs procuratorem mittere posset: causa illa in præcepto exprimi debet. *Menoc. de arbit. jud. lib. 2. cent. 1. caſ. 52. ad fi. Bald. in l. 1. §. uſus. ff. de procuratorib.*

VIII.

Non tamen omnes indistinctè in jus vocantur. Quidam enim ob imperii dignitatem ac splendorem excipiuntur: ut Consul, Præfectus, Prætor, Proconsul, cæteriq; Magistratus, qui imperium, & coercitionem habent. Quidam ob justa impedimenta: velut Pontifices sacra facientes: & ii, qui propter loci religionem inde se movere non possunt: qui equo publico in causâ publicâ transvehuntur: matrimonia contrahentes: Judices, rem cognoscentes: funus familiare ducentes, justáve mortuis facientes: vel cadaver humanum prosequẽtes: furiosi deniq;, & infantes. *l. 2. 3. 4. in pr. ff. de in jus voc. & ibid. Zaſius in Parat. nu. 2. & seqq. l. ſed et ſi. 26. §. 2. ff. ex quib. cauſ. majores, &c. Tancret. de ord. judic. lib. 2. t. 3. fol. 166. D. Bocer. claß. 5. diſp. 3. th. 44. & ſeqq. Arnol. de Reyg. de proceß. jud. diſp. 2. th. 12.* Für. Wür. New Land. *part. 1. tit. 11. pag. 67. Vmmius diſp. 5.*

disputat 5. de process. iudi. th. 6. Pupillus quoq; 2
quando tutorem habet: judiciũ cum ipso tutore agitari debet. Si non habet: citandi sunt conjuncti ipsius pupilli, ut constituatur in contumaciâ: aliâs citatio solius pupilli nihil valet. *Mynſ. cent. 2. obſ. 35. per l. neq; impuberes. 22. in pr. ff. de in jus voc. & l. hac autem. 5. §. 1. ff. Quib. ex cauſ. in poſſ. eat. Franciſ. de Caldas ad l. ſi curatorem. 3. C. de in integ. reſtit. minor. in pr. n. 14. Aymo Cravet. coſ. 225. nu. 1. & plures alii.*
Eâdem ratione Doctorandus in pompâ Do- 3
ctorali, quamdiu ea durat, citari nequit. *arg. d. l. 2. ff. de in jus voc. ubi Zaſ. n. 6. Hedem. diſp. ſe-*
meſtri 4. propoſ. 5. ad lit. f. Quâ autem pœnâ af- 4
ficiendi sint, qui ejusmodi personas, quæ lege prohibitæ sunt, in jus vocant, controversi juris est? Ego cõmuni, utpote veriori favens opinioni, eam arbitrariam esse concludo. *arg. l. 1. §. expilatores. ff. de effractorib. l. 1. ubi Bald. & Salicet. C. de sepulch. viol.* Jur. Wür. R. Land. *d. t. 11. in fi. pag. 68. Gom. in §. pœnal 12. n. 39. Inſt. de action. ibiq; Mynſ. n. 35. & ego n. 24. Menoch. de arbit. jud. lib. 2. cent. 5. caſ. 500. ſive ult. n. 3. & Arnold. ab Hoerſolte in adverſar. de actionib. part. 1. act. 8. n. 21.*

IX.

Sine veniâ ex edicto Prætoris in jus vocari 1
prohibentur parentes utriusque sexus, in infinitum; tam naturales, quàm legitimi: item patroni, eorumq; liberi, parẽtes, & conjuges.

l.4.5.6.l. adoptivum. 8. l. sed si.10.ff. de in jus voc. l.1 & 2. C. eod. §. ult. Instit. de pœn. tem. lit. Fürstl. Württemberg. new Landtrecht. *part.1.*
2 *tit.11. §. ult. pag.68.* Quod de parentibus hic dicitur: non de ijs exaudiendum est: in quorum sacris agimus (Hos enim jure potestatis, non præcepto Prætoris citare vetitum est) verum de iis, quorum potestate soluti sumus. *l. qui in potestate.3. C. de in jus voc. d.l. adoptivum. 8. in princ. ff. eod. l. lis nulla.4. ff. de jud. glos in §. pœnales.12. V. non impetrasset. Inst.*
3 *de actionib.* Generaliter autem eas personas, quibus reverentia præstanda est, sine jussu Prætoris in jus vocare haud fas est, *auctore Modestino in l. generaliter.13 ff. de in jus vocãd.*
4 Ex quo manifestum evadit: nec uxorem maritum, *argumento l. alia causa.14. in fin. ff. soluto matrimo. junctâ d.l. generaliter.13. ff. de in jus vocand. Cujac. lib.10. observat. cap.10. circa finem Bocer. class.5 disput.3. thes.49. lit.a.* nec discipulum Præceptorem, *Alciat. in. l.1. C. de in jus vocand. num. 8. Menoch. de arbitrar. judic. lib 2. cent.5. cas ult. Speckhan. cent.1. quæst.54. Emer. à Rosbach de proces. judic. t 22. n.12. Ummius disput. 5. de process. judic. thes. 7. num.35. ubi aliter sentientem citat Duarenum ad tit. de in jus vocand. cap 4.* nec subditum Remp. vel Magistratum suum, *Alciat. ad d.l.1. C. de in jus voc. num. 6. Iason in l. 2. num. 1. 2. & seqq. ff. d. tit. Ioan. Oldendorp. class.1. act. 4. Angel. num.6. & Schnei-*

& Schneidevvinus num. 44. in d. §. pœnales. 12. Inſtit. de actionib. nec Monachum Cœnobiarcham vel Abbatem ſuum, *Alciat. in d l. 1 C. de in jus vocan. num. 5.* nec denique filium ſpiritualem, patrem matremvé ſpiritualem, citra petitionem veniæ, in jus vocare poſſe, *juxta Bartol. Alexand. Angel. Caſtrenſ. & Iaſon. in d. l. generaliter. 13. ff. de in jus voc. Mynſinger. Gomeſ. Schneidevvinum, & alios in d. §. pœnales. 12. Inſtit. de actionib.* Ecquid vaſallus dominum feudi, nullâ præcedente veniæ impetratione, in jus vocare queat, Doctorum judicia variant? Sed affirmativa, præjudicio Imperialis Cameræ confirmata, mihi (quicquid alii in contrarium afferant, *Speculat. in tit. de feud. §. quoniam. num. 33. Zaſius in Epitom. feud. part. 7. num. 49. & in d. l. generaliter. 13. ibiq; Alexander & Iaſon. ff. de in jus voc. Hartmannus Hartman. lib. 2. practic. forenſ. tit. 54. obſerv. 44. num. 3. Reyger. de proceſſ judic. diſput. 2. theſ. 15. ad lit. b. & nové Ummius d. diſp. 5 theſ. 7. num. 36.*) probatur. *Mynſ. cent 4. obſerv. 92. junctâ obſerv. præced. 91. quibus in locis & alios refert. Everhard. à Midelburgo in ſuis locis Legal. loco à liber. ad vaſall. num. 15. Borcholt. de feud. cap. 10. num. 38. Iul. Clar. in §. feudum. q. 25 Laurent. Kirchov. in 4 cent. commun. opinio. concluſ. 97. Modeſtin. Piſtoris conſil. 59. num. 38. & 41. vol. 1. Peregrinus in tract. de jure fiſci. lib. 7. tit. 3. num. 2. Schenck Baro lib. 1.*

 pro-

progymn.for.c.5. Vultejus de feud.lib.1.c.10.n.2. & lib.1.discept. Scholast. c.1. Hoenonius disp.20. controv.4 sub lit.b.Hedeman. disp.4. th.11. Ioan. Faber.n 1.Angel.nu.8. Heigius nu.19. Iohan.de Platea.n.157.& Zasius nu.26. in d.§.pœnales.12. Inst. de actionib. ubi & ego n.28. prolixum Authorum recitavi catalogum. Quibus addatur D.Rittershusius lib.2. partition.Feudal. cap.1. quæst.14.& 15.ubi ait, cujusque loci consuetudinem, & stylum Curiæ, seu morem judiciorum sequendum esse. Simili modo de novercâ non levis est inter Dd.concertatio: An illa absque veni ; in jus vocari à privignis suis possit? Et non posse, æquius & humanius est, *arg. l.1. C. de in jus.voc.& d.l.generaliter.13 ff.eod.ubi Dd. & l.neque libertis.7.C.de obseq.patr.præst. Oldendorp.d.act.4.clas.1.pag 37.D.Bocer.d.class.5. disp.3.th.49.lit.b.ubi & dissentientes allegat.*

X.

Qui autem hujusmodi personas citaverit: edictumque Prætoris spreverit: pœnæ 50.aureorum subjugatur: *(a)* nec eâ in re venia rusticitati præbetur. *(b)*

a) *l.si libertus.12 l.pen.& ult.ff.de in jus voc. §.pœnales.12. Inst.de actio.& §.fin. Inst.de pœn. tem. litig.* (b) *l.2. C. de in jus voc. Hedeman. disp.4.propos.14* Quæ pœna non fisco, sed parti applicatur: neque etiam rescripto Principis remitti potest. *d.l.2.C.de in jus voc.& inibi Alciat. nu.41.& seqq.* Quin & in corporalem

con-

convertitur: quando inofficiosus litigator inopiâ laborare dignoscitur. *l. ult. ff. de in jus voc. Wesenbec. in Paratit. ff eod. tit num. 11.* Heredi sanè, & in heredem hoc judicium, cùm pœnale sit, non datur: nec ultra annum extenditur. *l. penult. ff. d tit. Oldend. actiõ. 4. clas. 1. pag. mihi 39.* Huic tamen pœnæ eximendũ ait Labeo: si quẽ pœniteat, & actionem remittat: vel si vocatus non veniat: aut non invitus sit vocatus. *l. quamvis. 11. ff. de in jus voc. Adde l. qui falsam. 19. ff. ad L. Cornel. de fals.* Sed quæri hoc loco non inutiliter potest: An etiamnum hodie impetratio veniæ sit necessaria, & consequenter pœna ista locũ obtineat? Et ajentem (contra Cujac. *lib. 10. obs. c. 10. Vultejũ lib. disceptat. Scholastic. c. 1. Treutl. vol. 1. disp. 4. th. 6. lit. c. Nebel. disp. 2. th. 3. Rævardum ad leges 12 tabb. c. 15. & Arnold. ab Hœrsolt. in adversar. de actionib. p. 1. act. 8. n. 4.*) sententiam defendã, *arg. eorũ, quæ notat Wes. in Parat. ff. de in jus vo. n. 12. Hedeman. d. disp. 4. propos. 12. ad lit. b. Niel. disp. feud. 10. concl. 4. Bocer. class. 5. disp 3. th. 51. & Reyger. de proces. judic. disp. 2. th. 16.* Finis citationis, est comparitio: & litis, ac defensionis præparatio. *Marant. p. 6. de ord. jud. t. de citat. num 13. Wesenbec. d lo. num. 13. & C. eod. num. 10. Vultejus. lib. 2. Iurispr Rom. cap. 28. num. 57. Ioan. Emericus à Rosbach. in process. judic. tit. 22. num. 40. Ummius disputat. 5. de process. judicia, thes. 13. numer. 68. & 69.*

3 4 5

Quantus verò citationis sit effectus; ex eo intelligere licet: quòd jurisdictionis præventionem inducat. *l. cùm quædam. 19. ff. de jurisdict. c. gratum. 20. de offic. & potest. judic. deleg. c. proposuisti. 19. ubi Panormit. & alii. de foro competent. Socin. in tract. de citat. art. 31. num. 3. & 4. Iason in l. si domus. 71. §. in pecunia legata. num. 6. 7. & seqq. ff de legat. 1. Gail. lib. 1. obser. 11. in princ. & obs. 74. n. 18.* jurisdictionem judicis delegati perpetuet: ita ut, delegante post factam citationem mortuo, ea non expiret, *d. c. gratum. 20. & c. relatum. 19. de offic. & pot. jud. deleg. Clement. 2. ut lit. pend. nihil innovet. Gail. d. obs. 74. n 19. Videatur Cævallos in specul. aur. opinionum commun. contra cõmunes. quæst. 276.* efficiat litis pendentiam. *Socin. d. tract. de citat. art. 31. n. 4. per d. Clement. 2. Daniel Venator. in Anal. Iuris Pontif. lib. 2. tit. 2. Mynsing. cent. 4. obs. 26. Menoch. de arbitr. judic. quæst. lib. 2. cas. 202. num. 4.* & longissimi temporis præscriptionem interrumpat. *l. sicut. 3. & ibi glos. in verb. executorem. l. cùm notissimi. 7. ubi glos. in V. conventionem. C. de præscri. 30. vel 40. an. Gail. d. lib. 1. obs. 74. n. 20. Mynsing. d. cent. 4. observ. 26. num. 5. Bocer. d. class. 5. disp. 3. thes. 56. Vmmius d. disputat. 5. thes. 13. num. 72. aliiq; plures, per eum adducti.*

CON-

CONCLUSIONUM CONTROVERSARUM,

EX PROCESSU JUDICIARIO UNIVERSO DELIBATARUM,

DECAS IV.

DE COMPARITIONE, & contumaciâ tam Actoris, quàm Rei; item de primo & secundo decreto Iudicis tractans.

CONCLUSIO I.

CITATIONE legitimè factâ, reus vel per se, vel etiam per procuratorem, ejusvé substitutum, dato illi ad hoc mandato sufficienti, comparere debet. 1

l. neque impuberes. 22. §. 1. ff. de in jus voc. c. querelam. 2. de procurat. Fürstl. Würt. new Landtrecht / *part. 1. tit. 16. Termin. in Proces.*

Iur.c.14.Ioan.Emeric.à Rosbach. de process. jud. t.29.n.1. Idq; adeò verum est:ut ab incompetenti judice citatus, in dubio (ut & superiùs dictum *Decad. 3. sub concl. 4*) comparere, & judicis incompetentiam allegare teneatur: de qua ipse judex citans potest cognoscere. *l. si quis ex alienâ. 5. ff. de judic. l. 2. ff. Si quis in jus voc. non ser. c. si duobus. 7. de appellat. Specul. de cit. §. 1. n. 19. Gail. lib. 1. obs. 48 n 8 & 11. D. Bocer. class. 5. dispu. 3. thes. 6.* Quòd si tamen causa aliqua sit, qua judex moveatur: fit, ut qui vocatur, in personâ propriâ necessariò comparere debeat: nec procuratorem mittere sufficiat. W*urms. lib. 1 practi. forens. tit. 5. observ. 4. Vult. lib. 2. Iurisprud. Rom. cap. 30. nu. 14.* Actori quoq; per procuratorem, dato ipsi sufficienti procuratorio, comparere conceditur. *Termin. praalleg. cap. 14. Mynsing. cent. 4. observ. 65. t. t. Inst. de iis, per quos agere poss.* Secus est in criminalibus. *l. pen. ff. de publ. judic.* Cæterùm an & quatenus in criminalibus procuratori sit locus, explicatiùs tractavi *ad prin. d. t. Inst. de iis, per quos agere possumus. num. 32. & multis subseqq.* Non inconvenienter hic inquiritur: utrùm judex procuratorem, sine mandato agentem, ex officio suo repellere possit? Et, ne judicium reddatur nullum & illusorium, posse non insulsè tenet Glossa *in c. 1. in verb. absentia. de election. li. 6. quam commendat Baldus in l. exceptionem. 10. nu. 7. C. de*

pro-

probationib. & Barbacia in c. cùm M. de conſtitutionib. & in c. ex parte. de foro compet. item Mençhaca lib. 2. de ſucceſſion. progreſſu. c. 16. n. 2. aliiq; nonnulli, quos refert Cavallos in ſpecul. aur. opinion. cõmun. contr. communes. quæſt. 255. ubi & diſſentientes recitat.

II.

Sed cùm citati plerunq;, citatione cõtemptâ, nõ cõparere ſoleãt: (*a*) de contumaciâ, ejusq; pœnis paucis diſpiciã. Contumax, *auctore Hermogeniano*, ille dicitur: qui tribus edictis propoſitis, vel uno pro tribus, quod vulgò peremptorium appellatur, evocatus præſentiam ſui facere contemnit. (*b*) 1

a) *Maran. de ordine judi. p. 6. mẽbr. 2. de cõtum. in pr.* (b) *l. cõtũ. 53 ſ. 1. ff. de re jud.* Sed & is cõtumax cenſendus eſt, qui in eodẽ foro creditoris occursũ evitat: aut ſe circa columnas vel ſtationes occultat. *l. eum, qui circa. 36 ff. de reb. auctor. jud. poſſid. l. Fulcin. 7. §. illud ſciendũ. ff. quib ex cauſ. in poſ. eat. Iaco. Ræuar. lib. 4. var. c. 7.* Contumacia verò eſt citationi legitimè executæ nõ facta paritio, aut ejus, quod fieri debuit, omiſſio. *Vult. li. 2. Iuriſp. Rom. c. 30.* vel, cõtumacia eſt erga judicẽ çõmiſſa inobediẽtia, *ſecundùm Hoſtienſ. in ſum. n. 1. & Ioã. Andr. ad Speculat. rubr. de cõtumac. quos refert & ſequitur Vmmius diſp. 6. de proceſ. jud. nu. 1.* An autem contumacia delictum ſit, inter Dd. non convenit? Ego, niſi admixtum habeat contemptum judicis, delictũ eſſe nego. 2

Argu-

Argumento l. omne. 6. §. contumacia. ff. de re militari. Iul Clar. lib. 5 sent. §. 1. vers. quæro etiam. n. 12. ad finem. Iacob. Ayrer. in historico proceß. jur. cap. 4. observ. 3. n. 3. & 37. Vide Setser. lib. 5. de jurament. cap. 6. num. 6. & Rulant. p. 1. de commiß. lib. 2 cap. 13. num. 6. ubi plures citat. Ea dividitur in veram, & fictam seu præsumptam. Hæc vocatur: cùm quis citatus est quidem in domo: dubium tamen est, utrùm citatio ad ejus notitiam pervenerit. Illa, cùm citatio ad domum, ad citati quidem notitiam pervenit: comparere tamen, cùm posset, noluit. *Marant. d. l. loc. de contum. num. 8. Ioan. Sichard. ad l. properandum. 13. § sin autē Reus. num. 10. ff. de jud. & in l. ab eo judicato. 3 num. 2. C. quom. & quando, &c. Chilian. König in proceß. judic. cap. 35. num. 4. Emericus à Rosbach. de proceß. judic. tit. 30. num. 4. & seqq.* Fürstl. Würt. New Landtrecht/ *part. 1. tit. 12. §. 1. & 2.* Cùm posset, dico. Gravis enim morbus tam citati, quàm ipsius consanguineorum; quemadmodum & si quis propterea, quia ad majus tribunal vocatus est, in minori Curia non compareat; similesque causæ aliæ à contumaciâ excusationem præstant. *d. l. contumacia. 53. §. 2. cum l. seq. & l. quæsitum est. 60. ff de re jud. l pen. C. quom. & quan. jud. &c. Vide Iacobum Ayrer. d. cap. 4. observ. 3. num. 31. & seq. item Hieronymum de Cavallos in specul. aur.*

opinio-

opinionum communium contra comunes. quæst. 266. & 412. & 612.

III.

Pœna contumaciæ est: vt, si actor in termino emissæ citationis non compareat; terminus pro circumducto habeatur: Reusque contumaciam actoris accusare, & proclamate facto, tribusque Juridicis sive audientiis effluxis, absolutionem à citatione, sive observatione judicii, cum refusione expensarum, petere possit. *l. & post edictum. 73. §. 1. ff. de judic. l. properandum. 13. §. & si quidem. 2. ibi, ex vna partē actoris absentiam incusante. C. eod. Gail. lib. 1. observ. 59. num. 1. D. Collega Bocerus class. 5. disp. 3. thes. 65.* Fürstl. Würt. new Landtrecht/ *part. 1. tit. 12. pag. 69. §.* Wann der Kläger/ rc. *& seqq.* Ista tamen circumductio in causis appellationum locum non habet: sed tantùm in causis simplicis querelæ, & in primâ instantiâ. *Gail. jam d. loc. num. 3. Mynsing. cent. 2. observ. 63.* Quamvis autem postea Actor justas impedimenti causas allegans veniat: tamen edictum citationis semel circumductum, nunquam reviviscit: sed novâ opus est citatione. *Mynsinger. cent. 5. obser. 87. num. 2. Gail. d. observ. 59. num. 2. lib. 1. Ummius disput. 6. de process. judic. thes. 2. num. 8. Wurmser. lib. 1. practic. forens. tit. 6. observ. 16. num. 4.* Sanè si Actor semel in judicio libellum exhibens comparuerit: deinde lite nondum con-

1 2 3

contestatâ incipiat esse cōtumax: in arbitrio Rei erit, post factū proclama, & tres insequētes juridicas elapsas, aut petere absolutionē à citatione, aut in cōtumaciā Actoris, litem negativè cōtestari, & demū in causâ principali procedere. Potest. n. Reus onus probādi in se recipere. *Gail. d. obs. 59 nū. 4 per Auth. qui semel. C. quom. & quā. jud. & c. causā quæ. 3. de dol. & contum. Bocer. d. disp. 3. th. 66.* Cæterùm, sententiâ in principali causâ latâ, reoq; ab actione intentatâ absoluto: actor non auditur amplius, eidemq; ut cōtumaci ad appellandū via præclusa est. *l. 1. ubi gl. & l. 4. in fin. C. quorū appellat. nō recip. Nov. 82. c. 5. Gail. d. lib. 1. obs. 132. n. 7. Wes in Parat. ff. de postulādo. in fine.* At in causis criminalib. accusatore emanente, succedit officiū Judicis, quod accusatoris vices supplet: ita ut in causâ principali omninò, si Magistratus ipse velit, sit procedendum: nec reus habeat facultatem petendi, se ab observatione judicii absolvi. *Hermann. Vult. lib. 2. Jurisp. Rom. cap. 30. n. 6. Iulius Clarus lib. 5. sentent. § final. q. 51. num. 9. & 11.*

I V.

Porrò si reus contumax sit: actor contra eum pro suo arbitrio, aut ad pœnam banni, sive proscriptionis, aut ad immissionem bonorum, secundùm naturam intentatæ actionis, procedere potest.

Gail. obs. 60. lib. 1. n. 1. Sichard. ad l. consentaneum. 8.

neum.8. C.quom. & quan. n.4 21.32.& 36. Reyger.de proceſ.judic. diſp.2. th.26. Emer à.Roſb. in proceſ.jud.t.30.n.29. Imò ſi hoc malit,vigore Ordinationis Cameræ in contumaciã Rei abſentis, poſt effluxas tres Juridicas, & factũ proclama, ac ſi lis verè conteſtata fuiſſet, poteſt procedere in causâ principali. Quo caſu ſi ſuam intentionem plenè probaverit, Reus condemnabitur: ſin minùs, abſolvetur: quia abſentia Rei contumacis, Dei præſentiâ ſupplebitur. Ordinat. Cam. p.3. t. 43. §. Wo aber der/ꝛc. Mynſ. cent.4. obſ.66. Gail. jam d.loc. n.6. text. in l. properandum. 13. §. ſin autem Reus.3. & ſeq. C. de jud. l. & poſt edictum.73. inſ. princ. ff. eod. t. Schvvanmann. lib.1. proceß. Cameral. cap.72. num.1. Hinc dubitatum fuit: Num actor, electione ſemel factâ, variare, adeòque pro viâ procedendi in causâ principali, viam Banni eligere poſſit? Atque nullâ diſtinctione adhibita, variationi huic locum eſſe, in auguſtiſſimo ampliſſimoque Jmperii Judicio deciſum eſt, & obſervatum. Andr. Gail. d. obſervat.60. lib.1. num.4. ubi ait, variationi hoc caſu locum eſſe, etiam poſt litis conteſtationem. Eſt & alia contumaciæ pœna: quòd nimirum cõtumax verus, propter inobedientiam, à fiſco mulctari poſſit. Sed & per carcerem contumacia, quæ publicè pernitioſa eſt, reprimitur. l. conſentaneũ. 8. verſ. vel ad cogendũ. ubi Bart. C. quom. & quã. jud. Marant. de

de cõtum. n.16. Iacob. Ayrer. in historico process. jur. c.4. obs.3. n.61. Haud rarò illud in controversiam cadit: An contumax semper in expensis sit condemnandus, etiamsi vincat? Mihi contra Ioannem, antiquissimum Glossatorem, Placentini sententia verior videtur: ut actor contumax, sive vincat, sive succumbat, semper sit condemnandus reo ad expensas: reus verò victus, actori contumaci victori in expensis non condemnandus veniat. Idque in pœnam contumaciæ & absentiæ Actoris introductum est. *l. properandum. 13. §. sin autem ex gestis. C. de judic. Vide Mynsing. cent. 4 observ. 67. Ioannem Emeric. à Rosbach. in process. judic. tit. 30. num. 20. Stephanum Berchtold. in tract. de judic. & process. judiciar. cap. 13. conclus. 227. & Fachin. lib. 1. controvers. jur. cap. 40. ubi utriusque Glossatoris opinionem refert, & explicat. Eandem Placentini sententiam nuperrimè confirmavit Ius renovatum Municipale* Württemberg. *part. 1. tit. 12. pagina 72. §* Doch soll/ꝛc.

V.

Præcedenti conclusione dictum est: actorem, reo contumace existente, immissionem bonorum petere posse. Ideò non abs re fuerit, plenius Judicis decretum, quo illa fit immissio, discutere. Id autem duplex est: primum, vel secundum. Primum decretum est jussus Judicis: quo ob contumaciam Rei,

actor in poſſeſſionem bonorum, cuſtodiæ causâ mittitur: ut ea pignoris vice detineat, donec reus tædio affectus, veniat reſponſurus.

Weſenbec. in Paratit. ff. de dam. infect. nu. 6. Vultejus lib. 2. Iuriſprud. Rom. cap. 30. num. 10. Wurmſer. lib. 1. practic. forenſ. tit. 7. obſerv. 6. 7. & 8. Ioan. Emeric. à Roſbach in proceſſ. judiciar. tit. 31. num. 1. Arnoldus de Reyger. in proceſſ. judiciar. diſput 2. theſ. 26. & 27. Fürſtl. Würt. new Landtrecht / *part. 1. tit. 13 §.* Unnd hat der Kläger / *pag. 74.* Judicem intelligo ordinarium, mixtum ſaltem habentem imperium: non datum, non arbitrum, aut municipalem Magiſtratum. *Auth. & qui jurat. C. de bonis auth. jud. poſſid. l. Imperium. 3. & l. seq. ff. de Iuriſd. om. jud. Weſ. d. loco. Vaud. lib. 2 quæſt. 35. Treutler. vol. 2. diſput. 24. theſ. 1. ad lit. c. Vide Ummium diſput. 6. de proceſſ. judiciar. theſ. 4. num. 15.* 3

4 Qui non proprio motu, ſed ad petitionem actoris, tam perſonalem, quàm realem actionem intentantis, miſſionem bonorum contra reum contumacem, ſive is purè, ſive in diem, ſive ſub conditione debeat, decernit. *Bart. in l. ſi ſinita. 15. §. Iulianus. 16. n. 3. ff. de dam. inf. per l. 4. § hoc autem. 8. ff. eod. l. cùm proponas. 9. & l. ult. C. de bon. auctor. jud. poſſid. l. 2. C. ubi in rem actio. exer. c. 2. & 3 de eo, qui mitt. in poſſeſſ. Speculat. lib. 2. tit. de prim. decr. §. ſequitur. num. 11. per l. in poſſeſſionem. 6. in pr.*

G *ff. Quib.*

ff. Quib. ex caus. in poss. eat. Cujac. lib. 10. obs. n. 32.
5 Si actione reali non ipse dominus, sed ejus nomine possidens conventus fuerit: isq; dominum in judicio nominaverit: & dominus intra statutum à Judice terminum legitimè non comparverit: Judex tribus edictis eum evocabit: & tunc ipso in eadem voluntate seu contumaciâ permanente, negocium summatim examinans, in possessionem ipsarum rerum actorem mittere non differet: omni allegatione absenti super principali quæstione reservatâ. *Text. in c. quoniam. 5. §. quòd si super rebus. Ut lit. non cōt est. non proced. & l. 2. C. ubi in rem actio, &c. & ibi latè Sichard.*
6 Planè missio fit in bona contumacis, non solùm ea, quorũ pleno jure est dominus: sed etiam, in quibus utile dominium, vel jus quoddam habet. *Speculat. d. t. de primo decr. §. restat. n. 9. cum seqq.* Ac proinde bona emphyteutica ex primo decreto occupari rectè possunt. *d. l. si finita. 15. §. si de vectigalibus. 26. & ibi Bald.*
7 *n. 5. & 6. ff. de dam. inf.* Utrùm etiam spiritualia? Quod affirmandum videtur. *Wesenb. in Parat. ff. d. t. de dam. inf. ubi refert Panorm. in c. contingit. n. 11. de do. & contum. Ioan. Emericus à Rosbach. in process. judiciar. d. tit. 31. nu. 5.* Sed quid de feudalibus? Et in iis missionem fieri posse, si alia deficiant, Cameralis Stylus docet: cui nec communis Dd. opinio refragatur. *Ordinat. Cam. p. 3. t. 48. §. 4.* Unnd so also.
circa

circa f. Gail.lib.1.obser.117. Vide omninò Hart. Pistor.lib.1.quæst.Iur. Rom.q.15. ubi multa, quæ ad hanc conclusionem referri possunt, præclarè & luculenter tractat. In bonis autem depositis, 8
aut commodatis locum missio non habet. *l. is, cui.5. §.si deposita.ff.ut in possess.legator.servand.&c.*

VI.

Forma & modus, quo ad primum hoc de- 1
cretum pervenitur, hic ferè est: Offerendus est ab agente petitionis libellus: huic ut respondeat, citandus est reus absens, tribus e-
dictis, aut peremptorio uno. (a) Eo non 2
comparente, & actore absentis contumaciam accusante (Judex enim non impertit officium, nisi postulatum) (b) contumacem esse Judex declarabit: & post ad petitionem agentis, cum summaria causæ cognitione (c) possessionem ei decernet. (d)

a) *Bartol.in l.si finita.15. §. Iulianus. ff. de dam.infect.n.3.4.& 6. ibiq. Wesenbec.in Paratit.nu.6. Speculat.de primo decret.§.sequitur.in princ.* (b) *l.4. §. hoc autem. ff.de dam.inf.ubi Dd.* (c) *Auth. & qui jurat. C. de bon.auctor. jud.possid.* (d) *l. consentaneum.8. C quom.& quan.c.prout nobis.4.de dolo,& cont. Emericus à Rosbach. in proceß. judic. tit.31. num. 8.*
& 9. Atque in hanc illum mittet, aut 3
per executorem, nunciumvé publicum: aut factâ agenti ingrediendi potestate.

Bart. in d. §. Iulianus. num. 21. cum seq. Wesenb. d. loco. Et mittet quidem non in omnia promiscuè bona: sed hunc ordinem in personalibus servabit: ut primò apprehendantur mobilia: deinde immobilia: ultimò jura; idque pro mensura debiti, seu quantitatis petitæ. *l. 1. C. de Prætor. pigno. l. præsenti. 6. §. sed si hoc. 4. C. de his, qui ad Eccles. confug. c. quoniam. 5. §. ult. Ut lit. non contest. Novell. 53. cap. 4. ad f. Facit l. à Divo Pio. 15. §. 2. & 3. ff. de re jud. Tan-*
4 *cret. lib. 2. t. 4. fol. mihi. 175.* In realibus verò, si tota res petatur, in totius rei possessionem missio facienda est: si pars, in partem petitam. *d. c. quoniam. §. in aliis verò. ibi, in possessionem rei petitæ. d. t. c. 2. in verb. in possess. rei petitæ. ext. de eo, qui mitt. in poss. &c.* Etenim absurdum esset: quempiam in plus mitti, plusque ei adjudicari, quàm petat. *Speculat. de secun. decr. §. videndum. num. 5. Rosbach. d. tit. 31. num. 10. Ummius disput. 6. de process. judiciar. thes. 4. n. 18. Coler in tract. de process. exec. part 3. cap 8. num 30. ubi ex Speculatore tradit formam petendæ missionis in possessionem ex primo decreto, communiter approbatam.*

VII.

1 Effectus primi decreti est: ut creditores in possessionem missi, jure pignoris Prætorii rem detineant: & cum debitore in fundo, & bonis commorentur: ne videlicet pessum eant

eant fructus: & ut sciri possit, quid colligatur.

l. is, cui 5. § qui legatorũ. 22. ff. Ut in posses. legat. W*esenb. in Paratit. ff. Quib. ex caus. in poss. eat. num. 8. Vide Iliconem Ummium disput. 6. de process. judiciar. thes. 4. num. 20. & 21.* Quòd 2
si culturam debitor negligat: ipsi creditores colunt, percipiuntque fructus: non tamen lucrantur, vel inde aluntur: sed vel custodiunt, vel vendunt pretio servato: de quo sumptus, quos fecerunt, deducunt. W*esenbec. jam cita. lo. per l. 1. & 2. C. de pigner. act. l. si dominium. 9. ff. de pignorib. & l. Fulcinius. 7. in princ. ff. Quib. ex caus. in poss. eat. Emeric. à Rosbach. in process. judiciar tit. 31. num. 16.* Si tamen metus 3
sit: ne in ei communione perveniatur ad arma: potest Judex constituere, quis solus possidere debeat, aut possessionem sequestrare. *Speculat. de prim. decr. §. jam de effectu. num. 6. cap. 1. & 2. ext. de sequestrat. possess. c. 2. de dol. & contum. ibiq; Panormitan. num. 12. & seq.* Alter 4
effectus est: ut, si in possessionem à Judice decretam missus non admittatur: in factum actionem habeat, quanti sua interest, impeditum non fuisse. *l. si finita. 15. §. ult. ff. de dam. inf. l. 1. in princ. & §. hæc verba. & l. fina. §. prætor. ff. Ne vis fiat ei, qui in poss. miss.* (Quam pœnam si creditor fuerit consecutus ab extraneo: nihil à debitore petere poterit. *l. si quis dolo. 51. §. 1. ff. de re jud. ubi Duaren. vide Anton.*

Fabr. lib.4. conjecturar. jur. civ. c.19. & Hotom. lib. 5. observ 29.) quanquam & introduci per manum militarem potest. *d. l. is, cui. 5. §. missus. 27. ff ut in possess. legat. l si quis missus. 3. in princ. ff. ne vis fiat ei, &c.*

VIII.

1 Tollitur autem primum decretum: si intra annum reus veniat: judicioque sisti cautionem præstet: & expensas factas actori restituat, atque refundat.

Auth. & qui jurat. C. de bon. aut. jud. possid. l. si quis. 8 §. pen. C. de prescript. 30. an. Fürstl. Würtemb. new Landtrecht / *part. 1. tit. 13. pagina 75. §.* So nuhn / ꝛc. *Emer. à Rosbach. in process. judic. tit. 31. n. 20. Bocer. class. 5. disp 3. th. 60. Arnold de Reyger. de process. judic. disp. 2. th. 28. De refusione expensarum vide etiam Sichard. ad l. sancimus. 15. & ad Auth. post jusiurandum.*
2 *C. de judic.* Idque in realibus maximè petitionibus obtinet. Ibi enim secundo decreto opus non est: sed duntaxat expectatur annus: quo elapso, verus possessor, qui missus est, efficitur. *Per text. in c. 1. & 2. de eo, qui mitt. in poss. cau. rei ser. d. l. si quis. 8. d. §. pen. C. de præsc. 30. an. c. pastoralis. 11. in fin. de offic. jud. ordin. Maranta de ord. judic. part. 6. memb. 2 de con-*
3 *tumacia. nu. 12.* Verùm in personalibus ea res ad anni spacium alligata non videtur: sed post intervallum aliquod, ad arbitrium Judicis moderandum, si cesset reus ad judicium

venire,

venire, cauſamque perſequi, ſecundum decretum peti, & decerni poterit. *l. ſi finita. 15. §. non autem ſtatim. 21. ff. de dam inf. gloſ. in l. 3. §. fin. V. non poſſeſſionem. ff. de acquir. vel amitt. poſſeſ. Bart. in d. l. ſi finita. §. Iulianus. num 39. ff. de dam. infect.* Utcunq; hæc probabiliter dici 4
poſſunt: Doctores tamen communiùs, & hîc annuum ſpacium exiſtimant attendendum: *Speculator. de ſecundo decret. §. juxta. num. 2. Innocent. in c. dilecto 28. ext. de verb. ſig. Felin. in c. conſultationib. 10. ext. de offic. & poteſt. judic. deleg. Weſenbec in Paratit. ff. de dam. infect. num. 6. Hieronymus de Cævallos in ſpecul. aur. opinionum commun. contra cõmunes. quæſt. 160. Ummius diſput. 6. de proceſſ. judic. theſ. 5. n. 24.* ut in hoc tantùm differentia remaneat: quòd 5
in perſonalibus interpoſitione ſecundi decreti ſit opus. *d. l. ſi finita. 15. §. Iulianus. 16. ff. de dam. inf. Vultejus lib 2. Iuriſprud. Rom. cap. 30. num. 10. in fine. Emericus à Roſbach. in proceſſ. judiciar. tit. 32. num. 2.* in realibus nequaquam: ſed ſolus anni curſus pro decreto ſufficiat. *Gloſ. in modò alleg. l ſi finita. §. ſi plures. 15. V. priùs. ubi hujus differentiæ rationes exponit. Facit c. contingit. 9. de dol. & contum. cum ſimil. Andr. Gail. in tract. de arreſt. Imper. cap. 1. num. 17. & alii, ab eo relati.*

IX.

Quòd si per missionem ex primo decreto contumacia Rei non coerceatur: sed fraudulenter ipse latitare pergat: Judex ad implorationem Actoris, remedio secundi decreti, causâ tamen contumaciæ diligenter & probè cognitâ, utetur.

l. 4. §. si fortè. & l si finita. 15. §. non autem. 21. ff. de dam. inf Wesenbec. *in Paratit. ff. Quib. ex caus. in poss. eat. num. 9. & ti. seq. num. 2.* Est autem secundum decretum, alterum Prætoris seu Magistratus, mixtum saltem imperium habentis, jussum: quo ob contumaciam & moram absentis debitoris, eum, qui ad rem detinendam in possessionem ex primo decreto missus fuerat, causâ cognitâ verũ possessorem decernit: aut etiam dominum esse jubet. *arg. l. prætor ait. 7. circa princ. ff. de dam. infect. cap 1. ext. de eo, qui mittitur in possess. causa rei servand.* Wesenbec. *in Paratit. ff. de dam. inf. num 6. vers. secundum decretum, &c. Vult. lib. 2. Iurispr. Rom. cap. 30. num. 10. vers. Decretum secundum, &c. Robert. Marant. de ordine judicior. part. 6. memb. 2. de contumacia. nu. 12. vers. secundum decretum est, &c. Petr. Termineus in processu juris. cap. 17 vers. secundum decretum, &c. Arnoldus de Reyger in processu judiciar. disput. 2. thes. 29. Ioan. Emericus à Rosbach. in processu judic. tit. 32. num. 1.* Et quòd missus in possessionem ex secundo decreto

verè

verè possideat, abundè probatur *arg. l. possideri 3. § ult. ff. de acquir. vel amitt. possess. l. si duo 3. § creditores 8. ff. uti possidet. d. l. si finita. 15. §. Iulianus. 16. §. si quis autem. 20. cum seq. & §. posteaquam 33. ff. de dam. infect. Idem perspicuè corroborat Ius renovatum topicum* Wirtemberg. *part. 1. tit. 13. pag. 75 §.* Unnd würdt der Kläger/ rc. Ac sanè ex secundo decreto missus, rem usucapit, si adversarius non erat dominus: sin dominus erat, etiam missus efficitur dominus. *l. 1. ff. de fundo dotali. d. l. si finita. 15. §. Iulianus. 16. ibiq; Gothofred. ff. de dam. infect. Atque eandem sententiam defendunt Eberhardus Bronchorst. cent. 2.* ἐναντιοφανῶν. *assert. 70. edit. 1. Donell. lib. 15. Commentar. de jur. civil. cap. 46. pag. 565. Cont. lib. 1. disputat. jur. civil. cap. 8. Henric. à Suerin in lib. repetitar. lection. jur. civil. cap. 7. & Gipban. ad l. si quis. 10. num. 19. cum seqq. ff. de acquir. vel amitt. possess.* Tametsi contrarium propugnare conetur Ioannes Vaudus *lib. 1. quæst. 37. Cujac. tract. 9. ad African. in l. cùm postulassem. 44. ff. de dam. infect. & Treutlerus vol. 2. disput. 18. thes. 6. ad lit. C. & disput. 24. thes. 3. ad lit g. Eâ quoque de re inspiciatur Guido Papæ in tract. de primo & secundo decreto. num. 38. & Michaël Vecurrus in repetit. d. l. si finita. 15. §. Iulianus. nu. 256. ff. de dam. infect. hosq; referens Menochius remed. 3. retinend. possess. num. 165. & seqq. itemq; novissimè Ummius disp. 6. de process. judic. thes. 6. n. 31.* 4

 For-

X.

Forma procedendi, sive perveniendi ad secundum decretum, in actionibus personalibus (*a*) hæc est: Post elapsum annum petit Actor, se ex secundo decreto verum possessorem, aut dominum declarari, & constitui. (*b*) Ad eam petitionem Judex Reũ contumacem tribus edictis, vel uno peremptorio, citat: quo non comparente, neque se ad judicium cum debitâ cautione, & refusione sumptuum offerente, de causâ idem Judex cognoscet. (*c*)

a) Neque enim in realibus secundum hoc decretum decernitur, *ut antè dictum sub conclus. 8. circa finem.* (b) *Wesenbec. in Paratit. ff. de dam. infect. num. 6. vers. secundum decretum, &c. allegans Panormitanum in c. quoniam. §. fin. num. 34. 41. & 46. ut lit. non contest. & ibid. Socin.* (c) *Speculat. de secundo decret. §. nunc dicamus. num. 1. & per jura, quæ allegat. Videatur Emericus à Rosbach. in process. judiciar. tit. 32. num. 6. & 7.* Et quidem in causæ cognitione versabitur: num reus sit Reipub. causâ absens: num pupillus: num alio impedimento justo detentus. *l. si finita. 15. §. non autem statim. 21. & §. seq. ff. de dam. inf.* Si verò nihil obstet: satisque de contumaciâ absentis constare Judici videbitur: tum ex officio suo nobili, secundum decretum interponet. *Bart. in d. l. si finita. §. Iulianus. num. 40. ff. de dam infect.*

ſect. Quo decreto verus poſſeſſor actor, ſive 5
creditor conſtituitur: fructusque ejecto debitore lucratur: nec debitor poſtea auditur: niſi oblato debito,& ſumptibus refuſis. *d.l.ſi finita.15.§.ubi autem.23.ff.eod.l.ſi priusquam.8. C.de diſtract.pignor. Auth. & qui jurat. C.de bon.auctor.jud.poſſid. Roſbach.d.tit.32.num.14.*
Quòd ſi ne ſic quidem commoveatur reus, 6
ut præſentiam ſui publicè faciat: ſolet Prætor addere, & definire certum tempus, intra quod niſi compareat debitor, poteſtas diſtrahendi fiat creditoribus: ut pretium diſtractionis, pro ratâ æris cujusque alieni, æqualiter inter ipſos diſtribuatur. *l.pro debito.6.& l.ult.C.de bon.auctor.jud.poſſid.Weſenb.in Parat.Digeſtor.de reb.auctor. jud.poſſ.nu.4.*

CON-

CONCLUSIONUM CONTROVERSARUM, EX PROCESSU JUDICIARIO UNIVERSO DELIBATARUM,

DECAS V.

IN QUA DE LIBELLI oblatione, & clausulis libello inseri solitis; item de cumulatione actionum, de reconventione, & feriis disseritur.

CONCLUSIO I.

VOcato in judicium Reo, eique comparenti, ac forum agnoscenti, edere actionem, hoc est, libellum, oportet eum, qui acturus est: ut deliberare ille possit, utrum cedere, an contendere ultrà debeat. (*a*) Quam actio-

actionis editionem intelligimus jus, & intentionem agentis, qui species & imago futuræ litis demonstratur: sive hoc scripto fiat, sive sine scripto, vivâ voce: modò, quod stylus Curiæ, & fori cujusque usus induxit, observetur. (*b*)

a) *l. 1. ff. de edend. auth. offeratur. C. de litis contest. can. induciæ 3 q. 3. Marant. in speculo suo aur. part. 6. memb 3. de libelli oblatione in princip. Arnold. de Reyger in proceß. judic. disput. 3. thes. 2.* (b) *l. edita. 3. ubi Bartol. & Salicet. C. de edend. c. quoniam. 11. ext. de probat.* Fürstl. Würtemb. ernewert Landtrecht/ *part. 1 tit. 19. pag. 102 Speculat. de libelli conceptione, &c.* Regulariter tamen jure communi non egemus 3
scripturâ, in levioribus negocijs, & quæ summariè debent expediri: sed suffecerit, nudis verbis petitionem coram Judice factam, actis inseri: ut, re postea exigente, ejusdem copia haberi possit. *Novell. 17. c. 3 can. si quis. 11. q. 1. glos. in c. 1. de libelli oblat. Clem. sæpè. & ibi glos. de V. S. Speculator de libelli concept. §. 10. vers 9. & 21. Haneton. in tract. judic. parte 1. tit. de oblat. libelli. vide etiam Oldendorp. de form. lib. &c.* In judiciis verò ordinariis, scripto (ne 4
varietur) libellus offerri debet: sine cujus editione processum judicialem esse nullum, juris est apertissimi. *d. c. 1. de libelli oblatione. d. l. 1. D. de edendo. d. Auth. offeratur. C. de lit. contest. Speculat. de libell. oblat. §. nunc dicendum. num. 14.*

num.14. latè Iacobus Ayrer. in historico processu Iur. cap. 4. observ. 6. nu. 2. & multis seqq. & Ummius disput. 6. de proceß. judic. thes 8. num. 37. Id ipsum servatur etiam in accusatione instituendâ; in quâ libellus scriptus, & subscriptus edi primùm debet. *l. libellorum 3. D. de accus. can. legum. 3. q. 1. can. 1. can. quisquis. & can. per scripta. 2. q. 8. Iul. Clar. lib. 5. sentent. § fin. q. 12. num. 6.* Atque ita ex duplici materiâ, civili & criminali, constituitur etiam duplex libelli species: conventionalis, qui in civilibus: & accusationis, qui in criminalibus offertur. *Glos. notabilis in præalleg. cap. 1. de libelli oblat. Wesenbec. in Paratit. ff. de edend. num. 3. in fine. Emericus à Rosbach in proceß. judic. tit. 33. nu 5. Reyger. d. disput. 3. thes. 3. Brechter. in proceß. judic. cap. 5. de libelli oblat. pag. mihi. 49.*

II.

Libellus conventionalis sic breviter describi potest: quòd sit scriptura, claram actoris intentionem continens, contra adversarium necessariò concludens.

Nov. 53. c. 3. Nov. 112. c. 2. Daniel Venator. in Anal. Iuris Pont. lib. 2. t. 3. Termi in Proces. Iur. c. 20. Herman. Vult. lib. 2. Iurispr. Rom. c. 29. n. 2. Specul. de libel. concept. §. 1. Odofred. in summâ, tit. quid sit libel. gl. in c. 1. de libel. oblat. Schneidevv. in §. omniũ. n. 98. Inst. de action. Io. Emeri. à Rosbach in proceß. judic. t. 33. n. 1. Qui si probè componatur, partibus quibusdam principalibus

libus constare debet: imprimis verò exordio sive inscriptione; quæ contineat nomen petentis, à quo reo, & corã quo Judice petatur. *Rob. Maran. in tract. de ord. jud. par. 6. memb. 3. n. 4. & 5. Wes. in Para. ff. de eden.. n. 7. Stephan. Berchtold. in tract. de judic. cap. 12. conclus. 208. Ummius disputat. 6. de process. judiciar. thes. 11. num. 49.* Hanc sequetur facti species; sive 3
narratio: causa deinde petendi (sic enim hodie plerunque propositionum in syllogismo juridico serie inversâ, major minoris, & contrà, locum occupat) & conclusio denique, in petitionem vertenda. *Horst. eleganter libr. 4. Tribon. Jurisprud. pagina 132. Termin. in process. jur. cap. 21. & alii passim.* Quæ libelli requisita his pervagatis versiculis continentur: Quis, quid, coram quo, quo jure petatur, & à quo: Rectè compositus quisq; libellus habet. Necesse siquidem est: perspi- 4
cuè, aperteque & sine involutione negotium, de quo agitur; scrupulosis antiquorum formulis sublatis, exponi. *cap. 2. de libelli oblat. l. 1. C. de formul. & imp. act. subl. Zas. in pr. Instit. de act. num. 14. & seqq. Haneton. in tract. judic. part. 1. tit. de oblat. libel.* Neque enim ho- 5
die proprium actionis nomẽ exprimendum est: dummodò cõstet, quid petatur, & petitio certa sit nomine, quantitate, qualitate, vel demonstratione; in mobilibus præsertim.

c. di-

c. dilecti. 6. de judic. ubi Panormit. l precibus. 8. C. de impub. & aliis subst. l. certum. 6. ff. de rebus creditis. l. ubi autem. 75. ff. de verborum obl Petrus Gregor. in Syntag. Iuris part. 3. cap de libel. oblat. Gail. practicar. observ. lib. 1. observ. 61. in princ. Vaconius lib. 6. novar. declarat. Iur. declarat. 88. Ayrer. in histor. process. jur. c. 4. observ. 6. num. 29. Et de actionis nomine plura infrà ad conclus. seq. Sin res immobilis petatur: adiici debent nomen, fines, vicini, proximique limites, mensura, jugera, & aliæ qualitates necessariæ ad rei immobilis certam determinationem. *l. si in rem. 6. ff. de rei vindic. in princ. l forma. 4 D. de censib. c. cùm olim. de V. S. l. Titius heres. 48. in fi. ff. de act. empt. l. patronus 35. §. libertis. ff. de legat. 3.* Debet & causa, hoc est, factum, ex quo actio petitioque oritur, in libello exprimi: ea tamen distinctione servatà, ut si in personam actione agamus, non solùm causam proximam, id est, obligationem, sed & remotam, hoc est, contractum ipsum exprimamus: siquidem ex pluribus causis quid nobis deberi possit. *Haneton. in tract. judic. præfato loc. per c fi. de libelli oblat. l. & ad eadem. §. 1. in fin. D. de exc. rei judicata. Gail. d. lib. 1. observ. 61. num. 4* Sin autem in rem actione agamus: causam proximam, id est, dominium vel quasi exprimi sufficiet: nec contractus expressio necessaria erit: siquidem ex probationibus postmodum pateat.

teat. *Hanet. d. loco. per d. §. 1 in fine. & §. sic itaque. Inst. de act. Schneidevv. in praealleg. §. omnium. num. 111. Instit. de actionib. Gail. loco modò notato.* Denique oportebit causam petendi in libello, sive generaliter, sive specialiter expressam, talem esse, quâ existente vera libelli petitio seu conclusio (cui & sententia conformis sit) ex Juris dispositione rectè subsequi dicatur. *Bald. in l. 1. C. si plures una sententia condem. Hanet. d. loc per d. cap. fin. de libelli oblat. Caeterùm quomodo libellus hodie commodè formetur, omnium elegantissimè explicuit D. Georgius Obrechtus in disput. 29. de forma actionis & libelli, thes. 240. & plurimis seqq.* 9

III.

In criminali libello alia, quàm in conventionali seu civili, sunt requisita: videlicet locus commissi criminis, annus, mensis, &c. Neque conclusione omninò opus est, quoad certam poenam scilicet: cùm haec jure sit comprehensa, atque à Judice supplenda veniat. 1

Arnold. ab Harsolt. in prolegom. de adversariis actionum. num. 77. Bart. in l quid ergo. 13. §. poena ff. de his, qui not. infam. & in l. 2. C. de probat. & l. 2. §. si publico. ff. ad l. Iul. de adult. & l. libellorum 3. ff. de accusat. Marant. part. 6. memb. 1. num. 6. Gail lib. 1. observ. 61. num. 18. & observat. 64. num. 9. Pruckman. lib. 1. consil. 43. nu. 58. Mynsinger. cent. 2. observ. 32. & cent. 4. obser. 81.

Vult. lib. 2. Iurispr. Rom. c. 29. nu. 5. Wesenbe. in Paratit. ff. de edend. n. 3. Tancret. de ord. judic. lib. 2. tit. de libellor. formatione, & c. Lanfranc. de Orian. in praxi. c. 5. de petit. nu. 1. Emeric. à Rosbach in process. judic. tit. 33. num. 6. & 8. item tit. 36 num. 22. Quæ libelli criminalis requisita tum etiam locum habent, cùm civiliter ex delicto agitur: dummodò sit actio infamans: propterea, quòd non minor famæ, quàm vitæ habenda sit ratio. *Bart. ad l. Prætor edixit. 7. ff. de injuriis. Marant. d. memb. 3. nu. 8 in fin. Menochius recup. poss. remed. 1. num. 390. & seq. huncqúe allegans novissimè Ummius disp. 6. de process. judic. th. 11. n. 51 pag. 257.* Sed in civilibus dubium visum fuit: num alternativè quis possit concludere? Et sanè si reus sit in causâ, quò minùs actor certam faciat petitionem, libellus incertus & alternativus admitti debet. *Schenck Baro in progymn. fori. c. de libelli oblat. per l. 1. §. quia autem. D. quorum legatorum. Gail. lib. 2. obs. 62. ubi n. 4. & seqq. casus plures recenset, quibus libellus alternativè conceptus sustineatur. Annotavit etiam unum Mynsing. cent. 1. observ. 53. n. 3. & nonnullos Ummius d. disp. 6. thes. 15. num. 69.* Imò cùm incertum sit, quæ potiùs actio teneat: duas actiones libello dictare possumus, protestati, ex alterà nos velle consequi, quod nos contigerit. *Idem Schenck proximè memorato loco.* Hinc tamen non sequitur, actionis nomen jure civili

vili esse exprimendum : nisi factum narratum ejus naturæ fuerit, ut ex causa petendi plures actiones resultare queant. *l. si duo. 93. ff. de solutionib. l. tutor 69. ibi, non titulus actionis. ff. de fidejuss. l filiusfamilias 3. ibi, origo potiùs obligationis, quàm titulus actionis, &c. C. ad senatusconsf. Maced. Vant in rubr. de nullit. ex defect. process. num 24 Goffred. in summa. de libel. oblat nu. 4. Sichard. ad rubr. C. de act. & oblig. n. 5. & ad rubr. C. de edict. D Hadr. toll num. 2. Termin. in process. jur. cap. 21.* W*esenbec. consil. 3. num 20. Mynsinger. respon. 100. num. 4. dec. 10. D Obrecht. in disput. 29. de form. action. & libel. thes. 158 & seqq. Vaconius à Vacun. lib. 6. declarat. 88 Hanet. in tract. judicior. part. 1. tit. de oblat. libel. Duarenus ad tit. ff. si certum petatur. c 6. Gail. d. lib. 1. observ. 61. num. 1. & 21. Speckhan cent. 1. q 64. num 29 Rosbach. d. tit 33 n. 29. & tit. 36. num. 21. & Hackelman. dispu. 4. thes. 20.* Dissentiunt *Iason in l. 1. nu. 44. Salicet. & Donellus in l. edita. 3. num. 6. 10. & 11. C. de edend. idem Donell. lib 23. Comment de jur. civ. cap. 4. pag. 9. Trentler. vol. 1. disputat. 4. thes. 10. sub lit. c. & Reyger. de process. judic. disputat. 3. sub thes. 5.* Quin de jure canonum planè omitti possit nomen actionis, satis clarum est, *per textum in c. dilecti. 6. ibiq; glos. ext. de judiciis. Vultejus libr. 2. Iurisprudent. Rom. cap. 27. numer. 2. ac seq.* 6

& ad princip. Instit. de actionib. nu. 45. Videatur Ummius prædicta disput. 6. thes. 11. num. 51. pagina. 259. ubi post Obrechtum & Gilkenium, quos laudat, adserit: nullo indistinctè jure actionis nomen exprimendum esse. Verùm in libel-
7 lo actionis criminalis diem admissi criminis, ad petitionem Rei ad sui defensionem, necessariò exprimendum esse, æquius & humanius mihi videtur. *Iul. Car. lib. 5. sent. § fin. q. 12. num. 13. Goffred. in summa. de libell. oblat. n. 10. Gail. lib 1. observ. 64 num. 11. Zanger. in tract. de except. part 2. cap. 12. num. 17. Gigas in tract. de crim. læsæ majest. q. 3 num. 2. Foller in pract. crim vers. audiantur exceptiones. num. 49. Damhouder in prax crim. c. 30. num. 6. Wurmser. lib. 1. practic. forens tit. 9. observ. 2. num. 2. & seq. P. Gregor. Tholos. lib. 30. syntagm. c. 7. nu. 7. Wesenbec. in Paratit. ff. de accusat. num. 12. Theod. Petreus in thesaur. conclus. criminal. concl. 23 Vult. d. lib. 2. Jurispr. Rom. cap. 9. nu. 8.*
8 *& ad princ. Instit. de actionib. num. 51.* Ex tam solenni igitur libelli componendi observatione dicendum jam videtur: de judicii ordinarii substantiâ eundem esse, sive civile fuerit, sive criminale judicium, sive coram judice ordinario, sive delegato agatur, sive etiam arbitro. *Clem. sæpe. vers. quia verò. de verb. sig. d. l. libellorum. 3. ff. de accusa. arg. Auth. offeratur. ibiq; glos. C de lit. cont. l. penult. in fin. C. de arbitris. Vantius de nullit. sent. ex defectu process.*

proceß. num. 18. Nunquid verò litigatorum 9
conventione ejusdem editio remitti possit, ambigitur? Et posse à parte parti (â Judice non item) magis est verisimile. *arg. l. si quis in conscribendo. 29. Cod. de pactis. Haneton. d. tit. de oblat. libel. parte 1. pag. mihi 15. fac. 2.*

I V.

Porrò ad majorem rei firmitatem ac secu- 1
ritatem, non sine ratione libello inseri solent protestationes, sive clausulæ quædam utiles: & tantùm in libellis, judicialiter exhibitis, locum habent.

Alex. cons. 121. col. penult. vol. 1. & consil. 7. col 3. vol. 3. Iason. in § omnium col. 20 & 21. ibiq; Schneidevvin num. 121. & seqq. Inst. de act. Decis. capell. Tholos. 32. & 232. Horst. lib. 4. Tribon. Iurisprud cap. 18. Zasius init. tit. Inst. de action. num. 27. Brechter. in proceß iudiciar. c. 5. de libelli oblat. circa fin. pag. mihi. 63. Iacob. Ayrer. in histor. proceß jur. c. 4 observ. 6. nu. 30. & seqq.
Licèt enim ejusmodi clausulæ (quas vulgò 2
salutares seu salvantes nuncupant: eò quod per illas multa salvantur, quæ aliàs videntur esse viciosa) lege publicâ Imperii in libellis etiam supplicibus (qui extrajudicialiter more judicii, pro introductione causæ, vel obtinendis processibus in Camerâ, putà citatione, vel mandatis, Judici exhibentur, admissæ fuerint, *constitutione Imperii in Comitiis Augustanis Anno 1551. §* Nach dem/rc. tamen hoc

postea cõtrariâ lege publicâ correctũ, & immutatũ est. *Cõstit. Imperii in Cõventu Spirensi An. 1557. §.* Wiewol dañ. *Gail. lib 1. obs. 61. n. 12.*
3 Et quidẽ in libello, post exordiũ illa frequentiùs apponitur cautela, & clausula: *Nõ astringens se ad superfluã, sed tantũ necessariã probationẽ.* Nam si actor in libello plura proponit: ad omniũ & singulorũ probationẽ se obligare videtur: quia in eum finem ea proponit. Ex quo fit, ut nisi omnia & singula probàrit, causa cadat, *arg. c. licèt causam. 9. & ibi Ioan. Andr. ext. de probationib.* Huic incommodo isthæc clausula cũ protestatione adjecta medetur: quoniam hoc operatur: ut plura quis probare nõ cogatur, quàm ad statũ causæ quæ pertinẽt. *Bart. in l. Divus 33. nu. 6. ff. de re jud. Ferrar. in formâ libel. act. real. fol. mihi. 72. Coler. in tract. de processib. execu. p. 3. c. 8. n. 42.* We*senb. cõs. 21 n. 32. Schrade. in tract. feud. 2. par. 9. partis pr. sect. 8. n. 12.* Nec ista protestatio vana est, aut juri cõtraria, *ut voluit Bald. in l. nõ ideò. 5. C. de liberali caus. & nuperrimè Umm. disp. 6. de proces. jud. th. 12. n. 55* Quia nõ tollit probationẽ eorũ, quæ causæ statũ attingũt: sed eorũ duntaxat, quæ superflua sunt. *Sichar. in l. cùm te 9. n. 3. C. de probat. Obrecht. disp. 29. de forma actionis, &c. th. 575 Reyger de proces. jud. disp. 3.*
4 *th. 13. Ayrer. d. c. 4. obs 6 n. 31.* Post narrationem facti plerunq; clausula hæc adiicitur: *Se quidẽ hactenus amicè reũ sæpiùs de solutione, vel de restitu-*

stitutione compellâsse: at præter spem nihil obtinuisse. Quæ clausula (*quã denunciationem vocant*) licèt magis urbanitatis, quàm necessitatis esse videatur; cùm dies pro homine interpellet: *l. magnã. 12. C. de cõtrah. & cõmitt. stipulat. Et hûc nõ parùm faciunt, quæ docui ad §. appellamus. 15. Instit. de actionib. n. 7. & seqq.* tamẽ in actione cõtra superiorẽ, & personã reverentialẽ, nõ omninò inutilis censetur. *l. si manumissori. 4. junctâ gl. in verb. non protinus. C. de obseq. patro. præstand. & inibi Bald. Latè Schneidevv. in d. §. omniũ. Inst. de act. n. 122. & seqq.* Et certè quemadmodũ denunciatio ex- 5
trajudicialis prædictis casibus: ita & tunc, cùm bellũ movetur, non prorsus negligenda est. *Faber n. 3 Platea n. 6. Ang. n. 1. Ias. n. 44 in §. sic itaq. Inst. de act. Cõst. aureæ Bullæ Norĩb. edita, An. 1356. Rubr.* von widersagẽ. *De indicendo sive denunciando bello videtur quoq. textus esse manifestus in l. hostes hi sunt. 118. ff. de V. S. & l. hostes 24. ff. de capt. & postl. revers. c. 1. & 2. inf. 23. q. 2. & de eo ex professo agit D. Bocer: lib. 1. de bello. c. 7. n. 3. & seqq.* Post cõclusionẽ ista poni 6
clausula solet: *Peto reũ cõdemnari, & legitimis remediis cõpelli, &c.* Hanc etsi superfluã esse, nonnulli meritò existimãt: cùm petitio condemnationis, executionẽ cõtineat: ut tamen turbulẽtis adversariis disputãdi occasio præcidatur: utrunque conjungere, tutius est, & utilius. *Iason in §. 1. num. 139. & d. §. omnium. n. 141. Inst. de act. ibiq. Schneidevvin. num. 126.*

7 In calce cujusvis libelli rectè collocatur hujusmodi clausula: *Unà cum expensis litis, factis & faciendis.* Quæ Judicem interpellat: ut expensas adjudicet victori: nì litem suam facere velit. *Bart. in l. properandum. 13. §. sive autem alterutra. & ibid. Bald. C. de jud. Mi-*
8 *rant. de ord. judic. p. 6. memb. 3. num. 12.* Tametsi enim expensæ regulariter victori debentur: adeò, ut Judex, si earum in condemnatione nullam habuit rationem, eas parti resarcire teneatur. *d. §. sive autem alterutra. & l. sancimus. 15. C. de jud.* id tamen obtinet eo casu, quo specialiter fuerunt petitæ. Quòd si victor in specie non petiit expensas: ex victoriâ causæ nullæ debentur: nec Judex cuiquam obligatur ad interesse, ob illarum amissionem: tum quia expensæ à causâ ipsâ separatæ sunt: tum quia Judex officium suum, ad privatum alicujus commodum, impertiri non cogitur, nisi imploratus. *Bart. & Dd. communiter in l. 4. §. hoc autem. ff. de dam. infect. Vide tamen, post alios, quos citat, Ummium*
9 *d. disput. 6. de process. judic. thes. 12. num. 57.* Sed & in fine libelli non malè ponitur clausula illa: *Omni meliori modo, &c.* Quâ clausulâ Pragmatici effici tradunt: ut in casu dubio libellus debeat, & possit accipi in favorem ipsius; atque habeatur pro concepto, quò melius concipi possit. *Alexand. in cons. 7. col. 3. vers. hoc etiam, &c. vol. 3. Ant. de Butr. in c. literæ. de*

24. de dilat. & in c. examinata. 15. de judic. Marant. præcitato loc. num. 10. Bald. in l. vinum, 22. ff. si cert pet. Zas. in princ. Instit. de action. num. 27. Iacob. Ayrer. d. historico proceß. jur. cap. 4. observ. 6. num 33. & seqq. Denique ad finem libelli non inutiliter actor adijcere solet hanc clausulam: *Super quibus omnibus & singulis peto mihi jus & justitiam administrari.* Ea siquidem ejus est naturæ & virtutis, ut actor omne suum jus in specie deduxisse videatur, *prout Dd. notant in c. cùm dilectus. de ord. cognit. cap. 2. de offic. ord. Ias. in d. §. omnium. Inst. de act. & in l. petens. num. 5. C. de pactis. pag. mihi 62. fac. 2. ubi post reliquos dicit, hanc aliis longè utiliorem clausulam esse, eò quòd comprehendat omnem actionem, & omne jus actori cōpetens.* Itē hæc clausula operatur, ut judex in judicando duntaxat rei gestæ veritatē, quæ ex actis constat, & non solùm petitionem actoris respicere debeat: *quemadmodum docet Guido Pap. consil. 4. num. 3. & seq. & consil. 49. num. 6. Innocent. in d. c. examinata. de judic. hosq́; cum aliis referens D. Mynsinger. decad 3. respons. 25. num. 6. & decad. 6 respon 59. num. 15.* ubi ait, virtute illius clausulæ sententiam ferri posse etiam super inepto libello. Quod non omnino admittit Pruckman. *consil. 10. num. 56. & cons. 50. nu. 168. eumq́; referens Vmmius d. disput. 6. th. 12. n 57. sub fine.* Sed de istis aliisque multis clausulis, libello adiici soli-

tis, videatur Georg. Obrecht. *in praallegata pulcherrima suâ Disputatione. 29. de forma actionis, & libelli. Thes. 570. cum plurimis seqq.*

V.

Formulâ autem petitionis libello comprehensâ, & semel editâ, Judex reo viginti dierum (plùs, minùs, pro circumstantiarũ ratione) ad defendendũ inducias indulget. (a)
2 Sed tunc, num vel emendare liceat actori, vel mutare libellum, ardua est inter Interpretes disceptatio? Verius tamen est; emendationem, quæ vel rei petitæ, vel actionis propositæ substantiam non immutat, regulariter ad sententiam usque; mutationem verò ante litis contestationem tantùm, permissam esse. (b)

a) *Auth. offeratur. C. de lit. contestat. Hanton in tract. de jud. ord. part. 1. tit. de oblat. libell. pag. mihi. 16.* (b) *l. edita. 3. ubi Bart. Alexand. Cyn. Jas. Alciat. Bolognet. & Gothofred. caeteriq; Dd. C. de edend. Faber, Schneidevvin. Mynsing. Zas. & alii in §. Si minùs. 34. Inst. de act. Gail. lib. 1. obs. 51. n. 9. & obs. 74. n. 4. & seqq. Vaconius lib. 6. Declarat. 89. nu. 3. Schenck. lib. 2. progymn. c. 2. Wurmser. lib. 1. practic. forens. tit. 9. obser. 3. Lag. in method. jur. civ. p. 5. c. 13. nu. 37. Termin. in process. jur. c. 22. in pr. Sichard. in l. 2. nu. 7. C. de jurejur. propt. calum. dand. & in l. 1. nu. 4. C. quando lic. ab empt. reced. & in auth qui semel. num. 13.*

num.13. C. quom. & quand. jud. &c. Bronchorst. cent. 1. ἐναντιοφανῶν assert. 28 edit. 2.. Speckhan cent 1. q. 65. Vult. lib. 2. Iurispr. Rom. c. 29. n. 32. Brechter. de process. judic. c. 5. Rosbach in process. judic. tit. 34. num 27. & tit. 49. num. 31 Arnold. de Reyger. in process. judic. disp. 3. thes. 16. & novissimè Christophorus Svvanmannus in process. Camer. libr. 1. cap. 41. num. 10. Diversam sectantur opinionem *Donellus in d. l. edita. 3 C. de edend. & in d. §. si minus. ibidemq; Wesenbec. num. 1. Treutler. vol. 1. disputat. 4. thes. ult. lit. d. Hackelman. disput. 4. thes. 19. & Nebel. disputat. jur. 2. thes. 6. Eâdem de re prolixè noviter tractat Ummius disputat. 6 de process. judic. thes. 16.* Hinc manifestè constat; nihil quicquam prodesse clausulam, quam in fine libelli quidam addunt: 3 *Salvo jure addendi, minuendi, corrigendi, mutandi, &c.* siquidem non ab agentis arbitrio, sed legis potestate res ea pendeat. *Iason. num. 157. & Schneidevvin. num. 130. in d. §. omnium. Instit. de action. Bart. in l. Nesennius. 34 ff. de negat. gest. Innoc. in c. inter dilectos. de fide instrument. Rosbach. de process. judiciar. tit. 35. num. 26. & D. Obrecht. in disput. 29 de formâ act. & libell. thes. 633. & seq.* Verùm enimverò ita libellum semel editum, ante litis contestationem mutare licebit: 4

ut

ut actor reo petenti expensas, quas ex eâ causâ frustra fecit, refundere cogatur. *l. eum, quem. 79. in princ. ff. de judic. Accurs. & alii in d. l. 3. C de edend. Hanet. d. tract. de judicio. ord. part. 1. tit. de oblat. lib. Vult. d. lib. 2. Iurispru. Rom. c. 30. nu. 74. & Matthias Stephani cent. 4. ad quæst. 53.* Fürstl. Würt. ernewert Landtrecht. *part. 1. t. 19. pag. 103. §.* Und mag der Kläger / &c.

V I.

Illud etiam hîc quæri solet: an plures in eodem libello actiones accumulari possint? Et regulariter posse, dirimendarum litium favor suadet; si præsertim citra alicujus fraudem id fiat. *(a)* Sive ergo duas pluresvé actiones quis habeat ex diversâ causâ, adversùs eundem, sive diversos: sive ad eandem, sive diversam rem competant: sive duas pluresvé ex eâdem causâ ad idem competentes, adversùs diversos habeat: sub eodem Judice simul eis uti non prohibetur. *(b)*

a) *c. nullus. 20. de reg. jur. in 6. l. nullus 55. ff. de reg. jur. D. Bocer. class. 5. disput. 15. the. 41. Arnold. de Reyger. in process. judic. disput 3. thes. 18.*
(b) *argum. l. si idem 11. in princ. D. de jurisd. omn. Iudic. l. eum qui. 14. & l. contra majores 16. C. de inoffic. testam. l 3. in princ. ff. de duob. reis. Gail. lib. 1. observ. 63. Ummius disput 6. de process. judic. thes. 13.* At pluribus actionibus ex eâdem causâ, atque ad idem, adversùs eundem

dem competentibus: electâ vnâ, cæteræ eliduntur; nec amplius exerceri possunt. *l.quod in hærede.9.§ 1.ff.de tribut.act.l.nemo ex his.43. versic.quoties.ff de R.I.Zas.in § si minus.nu.18. Inst.de action. Haneton.in tract.de judicior.ordin.part.1.de oblatione libelli.pag.18.* Frequens hinc; & vehemens manat contentio inter Doctores: nunquid petitorium cum possessorio, eodem libello possit cumulari? Et, 4
cùm inter se nihil commune habeant, cumulari posse verius puto: sive agatur de adipiscendâ, sive recuperandâ possessione. *l.naturaliter.12.§.nihil commune.ff.de aquir.vel amitt.possess. l.cùm fundum.18.§.ult.ff.de vi & vi arm.l.3.ibi, ortâ proprietatis & possessionis lite. C. de interdict.l.1. C.de appellat.l. & an eadem.14. in fin.ibi; quoniam in interdicto possessio, in actione proprietas vertitur.ff.de except.rei jud. cap.2.c.pastoralis.5.& c.cum dilectus.6.ext.de caus.possess.& propriet. Wesenbec.consil.7. num 2. Cravet. consil. 434. num.32. consil.846.consil.943.num 1.Bocer.d.class.5.disp.15. thes.46.& seq. Menoch. de adipisc.possess. remed 4.num.510.& plurib.seqq.& remed.3.retin.poss.num.511.& sequentib.ad numerum vsque 544 & remed.5.retin.possess.num.92.& seq. Hotom.illust.quæst.29.Pet.Fab.in l.nemo.43. l.nunquam actiones.130.ff.de R.I.Borchold.in tract.de acquir.poss c.fin.nu.54.& seqq.Cujac. lib.7.observ.c.38.& lib.8.observ.c.24.& lib.20. cap.25.*

c.25 itemq; in Commentar in lib.26. quæst. Papiniani, pag 41. Hartm. Pistor. lib.1 quæst. Iur. q 45.n.12.& seqq. Zas in d §.si minùs n.17.Inst. de act. Fachineus lib. 8. controversiar. iur. c.6. Reyger in process. judic. disput.1. th.10. Robertus disp.21. de actionib. sub thes 3. & novissimè Ummius disp. 6. de process. judiciar. thes 14. nu. 67. Reclamat Donell. ad l.3 n 4. & seqq. C de interdict. An verò in his simul, vel successivè procedere Judex debeat, quæri solet? Et, si juris Pontificii dispositionem, forique usum spectamus: dicendum est, hæc duo judicia, uno libello intentata, simul tractari posse, unaque sententiâ utrumque judicium determinandum esse. Quando autem disciplinam juris civilis attendimus: aliud concludendum videtur. *Gail. præalleg. observat.63. num 5.& 6. lib.1. Textus in d. c.2. & ibi glos in verb. expressum. cum c.seq. & d. c. cùm dilectus. 6 de caus. possess. Borcholt. d. tract. de acquir. possess. c.fin. num.49.* Sanè si priùs de possessorio, quàm de petitorio judici probetur, & constet: de solo etiam possessorio pronunciabit. *Hartman. Pistor. d. q. 45. num. 17. per l. incerti.3. C.de interdict.& l. ordinarii.13. C. de rei vind. Videatur Emericus à Rosbach in processu judiciario tit.34. num. 23 & seq.* Sed utrùm actio personalis cum hypothecariâ cumulari queat, non minùs spinosa est, & intricata quæstio? Atque affirmantium opinionem præ-

va-

valuisse, certum est. *Guido Papæ decis. 108. Mynsinger. centur. 1. observat. 58. Neguz. in tract. de pignor. & hypoth. 1. membr. 8. part. princ. num. 9. & 2. membr. num. 6. Bologn. in l. 3. num. 117. C. de edendo. Maranta disputat. 6. num. 4. Ferrar. in forma libelli action. hypothec. in verb. Ex memoratis causis. num. 9. & in forma, in act. reali, in verb. salvo jure addendi. num. 12. Zasius ad §. si minus. Instit. de actionib. Petr. Frider. Mindan. libr. 3. de continent. caus. cap. 11. num. 21. D. Bocer. d.* 7
claß. 5. disputat. 15. thes. 53. Illud quoque hic non ignorandum: sicut L. Aquilæ actio cum civili injuriarum actione conjungi potest: ita & actionem injuriarum civilem ad æstimationem, cum actione injuriarum ad palinodiam, conjungi posse: quod utrumque Cameræ Imperii stylus & auctoritas comprobavit. *Mynsinger. cent. 2. observat. 98. & in §. in summa. 10. Instit. de injur. & consil. 7. decad. 1. Wesenbec. in Paratit. ff. de injur. num. 18. & consil. 22. num. 18. Gail. lib. 1. observat. 63. num. 9. & observat. 65. num. 5. Idem attigi & ego ad d. §. in summa. 10. num. 70. & ad §. hæc actio. 12. nu. 86. Inst. de iniuriis.*

VII.

Nonnunquam accidit; ut is, cui exhibitus 1
est libellus, non statim opponat exceptionem: sed vicissim illi, à quo conventus est, actionem intendat: quæ reconventio dicitur.

Ea

Ea est petitio Rei conventi, apud judicem conventionis principalis, contra actorem, per vicissitudinem in civilibus instituta.

tot. tit. ext. de mutuis petitionib. l. cum Papinianus. 14. C. de sentent. & interloc. om. judic. Auth. Et consequenter. C. de sentent. & interloc. om. jud. l. neque scriptura. 6. C. de compensat. c. negãda. 3. q. 11. l. is, qui. 5. ff. de publ. judiciis. Novel. 96. de Executorib. cap. 2. §. sancimus, &c. Vult. lib. 2. Jurispr. Rom. cap. 30. num. 75 pag. mihi. 425. D. Bocer. class. 5. disput. 19. Emeric. à Rosbach. de process. judic. tit. 46. num. 1. Arnold. de Reyger. de process. judic disputat. 3. thes. 21.

2 Adeoque permissa est jure Rom. ut à judice appellari possit, qui eam admittere nolit. *l. 1. §. ult. ff. quæ sent. sine appell. rescind. Speculat. in tit. de reconvent. §. videndum. vers & si judex &c. Marant. de ord. jud. p. 4 distinct. 6. pr. num. 10.* Eaque alio nomine *mutua petitio* dicitur, *docentibus non obscurè Donello libr. 17. Commentar. de jur. civ. cap. 18. pag. 81. Mindano lib. 3. de processib. cap. 6. num 3. Mollero ad const. Elect. Aug. 7. p. 1. num. 1. Gisebertoin tract. de reconvent. cap. 2. in princ. & vulgò Doctoribus.* Atq; eo sensu dictum tit. Decretal. *de mutuis petitionibus* conceptum esse, omnino verosimile est, *ut noviter bene tradidit Ummius di-*
3 *sput. 10. de process. judiciar. thes. 1. num. 1.* Neque verò actor reluctari potest, quò minus Rei reconventionem ferre cogatur. Æquitati enim

enim consentaneum est; ut cujus quis in agendo observat arbitrium; eundem etiam contra se judicem, in eodem negocio habere non dedignetur: nullâ etiam fori incompetentis exceptione obstante. *d. l. cùm Papinianus. 14. §. fin. C de sent. & interl. c. Accusatores. §. cujus in agendo. 3. q. 8. Hanes. in tract. judic. parte 1. tit. de reconvent. pag. 19.* Nec etiam inter- 4
est: ordinarius sit judex, sive delegatus, coram quo reconventio instituatur. *d. c. accusatores. §. cujus in agendo. 3. q. 8. c. 1. ext. de mutuis petit. l. 1. in fin. ff. de variis & extraord. cognitionib. c. dispendia. de rescriptis. in 6. Marant. 4. parte judic. distinct 6. num. 11. Gail. lib. 1. observat. 35. in fine. Sichard. ad d. l. cùm Papinian. 14. nu. 6. & 7. C. de sentent. & interlocut. &c. Mindan. lib 3. de processib. cap. 6 num. 10. & seqq.* Co- 5
ram arbitro autem reconventione agi non potest: quia is judicare nequit, nisi de quibus expresso litigatorum consensu in eum compromissum fuit. *l. de his. 46 ff de receptis, qui arbit. &c. c. cùm dilectus. 6. de arbitris. Barbat. vol 4. consil. 3. num. 14 Marant. d. parte 4. judic. dist. 6. princ. num. 12. Mynsinger. cent. 4. obs. 90. Ioan. Petr. Molignatus in tract. de reconvent. quæst. 22 & seq.* De clerico dubitatur: an, si is 6
coram seculari judice laicum conveniat, ibidem licitè possit reconveniri? Affirmandum creor: idque non sine evidenti ratione. Nam cùm jure canon. expressè hoc non invenia-

tur prohibitum: hujus quæstionis decisio sub dispositione juris communis manebit.
7 Quin si hac in parte clerico novum concederetur privilegium: judiciorum inæqualitas, quæ studiosissimè evitanda, inde exoriretur. Quis enim diffiteretur, summã esse inæqualitatem, ne dicam iniquitatem: laicum agentem coram judice Ecclesiastico posse à clerico conveniri; non autem vicissim clericum coram judice seculari? Cùm itaq; ratio *dictæ l. cùm Papinianus. 14. §. fin. C. de sent. & in-*
8 *terlocut. &c.* æquè in clericorum personis vires suas exerceat: idem de iis etiam jus statuendum erit. Quid, quòd clericus contra laicum agens respectu competentiæ contrahat; & ubi contraxit, conveniri possit, & alterius jurisdictioni subiici. *c. dilecti. 17. & c. ult. ext de foro compet. Atque hanc sententiam approbat glossa in c. at si clerici 4. verb. nõ tenet. ext. de judiciis. Bartol. in d. auth. & consequenter. n. 19. C. de sent. & interloc. om. jud. Boerius decis. 69. Mynsinger. cent. 2. observ. 67. n. 7. Gail. d. lib. 1. observ. 37 n. 6. Reyger. d. disput. 3 thes. 30. Tessaurus decis 89 Decian in tract crim. lib. 4. c. 9. n. 17. & alii.* Dissentiunt *Cynus in sæpe allegata auth. & consequenter. C. d. t. Panormitanus & Canonistæ in d. c. at si clerici. 4. de judiciis. ibiq; Kling. num. 41. cum seqq. & Ant. Fab. lib. 20. conject. cap. 7 in fin.* Horumque opinionem de jure veriorem videri, sed tamen pro priori concluden-

cludendum eſſe, nuper ſtatuit Ummius *d. diſput. 10. theſ. 2. num. 8.* Id porrò certum eſt: in 9
controverſiis omnibus, etiam ſummariis, reconventioni locum eſſe: ſive conventionis cauſa ſummaria fuerit, ſive ordinaria; & reconventionis cauſa ſummaria, ſive è contra. *argument. Clem. ſæpè. verſic. verùm. ubi gloſ. de V. S.* Qua ratione enim poſſet actor eum 10
judicem contra ſe recuſare, cujus arbitrium in ſuâ cauſa probavit? *Panormit. in c. 1. nu. 19. §. c. 2 num. 10 ext. de mut. petit. Videantur Bartol. in d. auth. & conſequenter n. 13. ibidemq; Salicet. nu 11. & Bald. num 12 C. de ſent. & interloc. om. jud Sebaſtian. Medic. de compenſat. part. 2. num. 7. Marant. d. part. 4. diſtinct. 6. num 29. Haneton. de tract. de ord judic. part. 1. tit. de reconvent. pag 21. & Molignatus d. tract. de reconvent. quæſt. 44.* Planè ceſſat reconventio 11
in cauſis merè criminalibus, præjudicialibus, ſpiritualibus, excommunicationis, poſſeſſionis momentaneæ, appellationis, &c. *c. neganda 3. q. 11. arg. l. ſi qui. 5. D. de publ. jud. cap. 1. de extraord. cogn. c. decernimus. de judiciis. c. tua. de decimis. cap. 1. & ult. de ordin. cogn. c. cum inter priorem. de except. l. ult. C qui legit. verſ. ſtandi. l. 1. D. Eum, qui appellaverit, &c. l. 2. §. legatis. verſ. et quoque. D. de judiciis. Tancred. in tract. de ord. jud. libr. 2. t. de reconventionib. &c. Wurmſerus libr. 1. practic. forenſis. tit. 12. obſervat. 7. 8. & 9.*

 Vult.

Vult. d. lib. 2 c. 30. num. 85. & seqq. pag. mihi. 425. fac. 2. Reyger prædicta disput. 3. thes. 33. Bocerus d. class. 5. disputat. 63. Iohan. Baptist. Schvvartzenthaler in princ. de reconvent. subjecto. cap. 4. num. 4. & seqq. Petr. Molignatus d. tract. de reconvent. cap. 43. 46. 47. & multis seqq. qui plures enumerant casus; in quibus reconventio locum non habet.

VIII.

1 Conventione & reconventione ritè factis; judex partim Rei convenientis, partim dirimendarum litium favore, de utrâque petitione simul cognoscet, & pronunciabit.

c. 1. ext. de mutuis petit. Hanet. in tract. de judicior. ord. tit. de reconvent. pag. 19. Fürstl. Württemberg. ernewert Landtrecht / *part. 1. tit. 24.* §. Und sollen / etc. *pag. 112. Vide Mynsing. cent. 1. observ. 10. ubi hoc verum esse asserit, si de utraque causâ pariter liqueat: secùs, si de unâ priùs constaret, quàm de alterâ: cùm hoc casu judex de ea solùm, de qua liquet, pronunciare possit. Adde Vult. lib. 2. Iurisprud. Rom. cap. 30. num. 78. pag. 425. ubi etiam allegat Capel. Tho-*
2 *los. quæst. 367.* Proinde lite primò super actoris conventione, mox Rei reconventione contestatâ; utriusque litigatoris jura, rationesque vicissim audiet; & utriusque petitionis singulos actus vicissim expediet. *d. c. 1. de mut. pet. & cap. 2. §. nos autem distinguendum. vers.*

verſ. cùm ea. de ordine cognition. Wurmſ. lib. 1. practic. forenſ tit. 12. obſerv. 4. Ita tamen, ut in primis actuum cauſæ conventionis ratio habeatur: neque ipſorum actuum diviſio fiat. *Hanet. d. tit. de reconvent. ubi uſu receptum eſſe profitetur: ipſos actus neutiquam alternis diebus tractandos eſſe: ſed potiùs ſingulis diebus utilibus in utraque causâ vnum, ſi fieri poſſit, expediri debere.* 3 Tandem cognitione legitimè factâ; judex actoris prærogativâ ſemper obſervatâ, non quidem (veritate inſpectâ) vnâ, ſed duplici ſententiâ eodem ductu latâ, utrumque negocium vnâ finiet. Quòd ergo conventionis, & reconventionis eadem cauſa dicitur; eò fit, quòd idem eſt judex, iidem litigatores, eadem inſtantia, uno actu ſentẽtia lata. *d. c. 1 in fin. de mut. petit. d. c. 2 verſ. cùm ea. & gloſ. ibid. de ord. cognit. Haneton. d. loc. Donel. lib. 17. Commentar. de jur. civ. c. 18 pag. 81. Giſebert. in tract. de reconvent. c. 20. & ſeqq. Toming. deciſ. 16. num 3. aliiq́; plures, quos refert noviſſimè Ummius diſput. 10. theſ. 6. num. 21.* Ex quibus apparet, quoad cognitionis & ferendæ ſententiæ beneficium, reum vel ante litis conteſtationem, vel ſtatim lite conteſtatâ, actorem reconvenire debere, *per textum in c. diſpendia. 3. §. reus. ibi, eodem durante judicio. ext. de reſcript. in 6. Ordin. Cameræ parte 3. tit. 30. Auth. & conſequenter ibi, ſtatim, &c. C. de ſent. & interloc. om. jud. l in rem. 18. ff. de com-*

 pen-

pensat. Novell. 96. cap. 2. §. 1. Speculat. libr. 2. partic. 1. tit. de reconvent. §. sequitur. 3. Petrus Friderus Mindan. de contin. caus. libr. 3. cap. 7. num. 6. Schvvanman. lib. 1. de proceß. Camer. cap. 69. D Bocer. claß 5. disputat. 19.
5 *thes. 69.* Nam si longè post litis contestationem, lite necdum conclusâ, reconventio proponatur: tunc utraque causa mutuâ vicissitudine judiciorum simul tractari, ac disceptari commodè haud poterit. *d. Ordin. Cam. parte 3. tit 30. d. c. 1. de mutuis petit. ibiq; glos. & communiter Dd.*
6 Cæterùm pœna actoris, nolentis respondere ad reconventionem Rei, hæc erit: ut, si ad respondendum compelli non possit; vicissim reus ejusdem libello respondere non cogatur. *glos. in d. c. 1. de mut. petit. Tancret. dicto tit. de reconventionibus, &c. ad finem. Haneton. sæpiùs alleg. loco. pag. 22. Ioan. Petr. Molignatus in tract. de reconventiò. quæst. 96. ubi plures citat.*

IX.

1 Recepto libello, reus inducias petere consuevit: quæ aut à lege (ut sunt feriæ) aut à Judice (ut dilationes) (*a*) dantur. Feriæ sunt tempora muta à judiciis: vel, dies quieti à litibus: vel, dilationes omnium litium: vel sunt dies, aut cultui divino, aut colligendis fructibus, seu alii rei destinati, quibus judicialis strepitus conquiescit. (*b*)

a) *de*

a) *de quibus infrà decad. proximè ſeq. concluſ. 1.* (b) *Iac. Cujac. in Paratit. Cod. de feriis. Weſenbec. in Paratit. ff. eod. num. 2 & 11. Ummius diſputat. 7. de proceſſ. judiciar. theſ. 9. Qui porrò dies à litibus vacui & immunes eſſe debeant, ſpecialiter exprimit Ius renovatum topicum Württembergicum part. 1. tit. 22.* Eas commodè nonnulli dividunt in divinas (quæ in honorem Dei, & divini cultus gratiâ ſunt inſtitutæ) & humanas. In divinis 2 proceſſus habitus, & ſententia lata, conſentientibus etiam partibus, non tenet: niſi neceſſitas vrgeat, vel ſuadeat pietas. *c. fin. de feriis. l. 2. 3. 6. 7. 8. & ult. C. eod. Tancred. in tract. de ord. judic. tit. de feriis. Gail. lib. 1. obſervat. 53. num. 8. & 16. Robert. Marant. parte 4. diſtinct. 16. num. 57. & ſeqq. D. Bocer. claſſ. 5. diſputat. 2. theſ. 22. & aliquot ſeqq. item theſ. 38. & ſeqq. Ioan. Emeric. à Roſbach in proceſſ. judic. tit. 38. num. 10.* Humanas rurſus 3 partiuntur in ordinarias, & extraordinarias: ut extraordinariæ ſint, quæ ex caſibus inopinatis, & extra ordinem, ob res putà proſperè geſtas, vel in honorem Principis, ſimileſque cauſas ab Imperatore indictæ ſunt: unde repentinæ, & Imperiales dicuntur. *l. 1. & l. à nullo 4. C. eod. l. ſed et ſi. 26. §. ſi feriæ. ff. ex quib. cauſ. majores, &c. Specul. tit. de feriis. §. 1. num. 3. Ræuard. libr. 5. varior. cap 19. num. 5. Vult. lib. 2. Juriſpr. Rom. c. 30. pag. mihi. 422. num. 48.*

Arnold. de Reyger in process. judiciar. disput. 4. thes. 3. Ordinariæ verò sint: in quibus propter fructus colligendos, à foro vacatio est: quæ à JC. solennes appellantur: & non inscitè anniversariæ dici possunt: eò quòd singulis annis recurrant, ac revertantur. *d. l. sed et si. 26. §. si feriæ. ff. ex quib. caus. major. l. sive pars 3. C. de dilationib. l. omnes. 7 C. de feriis. Vult. d. c. 30. pag. 421. num. 41.* Effectus feriarum est: quòd in iis neque à Judice, neque ab arbitro compromissario jus dici possit. *l. 1. ff. de feriis. d. l. omnes. 7. l. dies festos. 11. C. eod. Wesenbec. in Paratit. ff. eod. num. 8* Hinc quæsitum memini: an amicabiles compositores (quos Interpretes arbitratores appellare solent) laudum suum die feriatâ pronunciare possint? Et receptior est affirmativa sententia. Siquidem non ad lites, sed ad contractus, transactiones, pacta, aliosque actus extrajudiciales adhibeantur, *l. veluti. 77. ff. pro socio. l. fideicommissa. 46. §. quanquam. 4. ff. de fideicom libert. Panormit in d. c. fin. num. 14. de feriis. Gail. d. lib. 1. observat. 53. num. 9. Menoch. de arbitr. judic. quæst lib. 1 q 30. num 17. Facit textus in l. fin. §. 1. C. de feriis* Lites verò, & quæ ad contentiosam jurisdictionem pertinent, die feriatâ duntaxat cessare debent. *l. quadraginta diebus. 6. & d. l ult. C. de fer. can. 1. 15. q. 4. c. 1. de feriis. Wesenbec. in Parat. ff. eod. num. 5.* Ex his colligitur: actus extrajudiciales, & quæ ad volun-

voluntariam jurisdictionem spectant (sicut manumissio, & emancipatio, &c.) in feriis rectè expediri posse. *l. 2. & l. actus. 8. C. de feriis. Tancred. sup. alleg. tit. de fer. in fine. Menoch. d. quæst. 30. num. 14. & seq. Vmmius d. disput. 7. thes. 10. nu. 41. pag. 315.* Inde & illud consequi- 8
tur: citationis insinuationem non malè die feriatâ fieri: reproductionem verò ejus minùs valere. *Marant. in Specul. aur. de ord. judicior. part. 6. tit. de citat. num. 120. Costal. in l. 1. ff. de feriis. Gail. lib. 1. observ. 53. num. 5. & seqq. Vide sup. Decad. 3. conclus. 6. num. 4.*

X.

De eo ab Interpretibus dubitatum fuit: 1
an novi operis nunciatio die feriatâ fieri possit? Plerique existimant, nunciationem verbo, & per jactum lapilli fieri die feriatâ posse: non autem eam, quæ per Prætorem fit. Sed verior est sententia eorum, qui quamlibet nunciationem die feriato fieri posse contendunt.

l. 1. §. item nunciatio. ubi Accurs. Duaren. Imol. Zas. ff. de novi operis nunc. Robert. lib. 3. sentent. jur. cap. 16. Arnold. de Reyger. in process. judiciar. disput. 4 thes. 7. Custodiæ quo- 2
que audiri possunt diebus feriatis: ne sceleratorum consiliorum proditio, quæ per tormenta quærenda est, differatur. *l. provinciarum. 10. C. de feriis. l. penult. ff. eod. l. custodias. 12. ff. de publ. jud.* De aliis etiam quibusdam spe- 3

I 5 ciebus,

ciebus, tempore feriato Judex rectè adiri potest: putà, ut tutores, aut curatores dentur: ut officii admoneantur: cessantes excusationes allegentur: alimenta constituantur: ætates probentur: ventris nomine in possessionem mittatur, vel rei servandæ causâ, vel legatorum, fideive commissorum, vel damni infecti, &c. *Text. expressus in l. 2. ff. de feriis. l. qui habet. 3. §. penult. ff. de tutel. ibiq; Gothofred. l. nec mandante. 8. §. dari. ff. de tutorib. & curat. datis, &c. Speculat. tit. de feriis. §. sequitur. num. 7. & seqq. Andreas Gail. d. libr. 1. observat. 53. num. 13. Felin. in c. significaverunt. de judic. Emericus à Rosbach. in tract. de process. judiciar. tit. 38. num. 12. & seqq.* Hucque conferunt vulgares illi versiculi:

Hæc faciunt causas festis tractare diebus:
Pax, scelus admissum, manumissio, res peritura,
Terminus expirans, mora testis abesse volentis,
Cùmq; potestatis patriæ jus filius exit.

Denique illam non minus utilem, quàm pulchram quæstionem hic subiicere libet: An, recepto hodie pluribus in locis Calendario Gregoriano, sicque in vicinis locis sæpè feriis discrepantibus, feriæ actoris, an Rei, an demum Judicis sint observandæ?

Postre-

Poſtremum vero eſſe propius, cenſeo. *arg. l. teſtium. 3. §. ult. ff. de teſtibus. l. 1. §. in honorariis. 10. ff. de var. & extraord. cognit. Reyger. d. diſputat. 4. theſ. 9. Et huc referri poſſunt, quæ tradit Gail. libr. 2. obſervat. 123. num. 2. & ſeqq. Videatur Chriſtophorus Schvvanman. libr. 1. proceß. Cameral. cap. 25. num. 4. & cap. 28. num. 9. & Ummius diſputat. 7. de proceß. judiciar. theſ. 8. num. 33. in fine.*

CON-

CONCLUSIONUM CONTROVERSARUM,

EX PROCESSU JUDICIARIO UNIVERSO DElibatarum,

DECAS VI.

DILATIONUM, ATque satisdationum materiam comprehendens.

CONCLUSIO I.

1 DILATIONES sunt temporis, vel diei prolatio: quæ tam actori, quàm reo, variis ex causis: reo quidem (non actori) ad deliberandum, an cedere, vel contendere velit: utrique verò ad producendum testes, vel proferendum instrumenta, aut ad quærendum advocatum, aliudvé quidquam confici-

ficiendum, quod commoditatis ratione necessum sit, conceditur.

l. diem proferre. 27. l. non distinguemus. 32. §. dies. & §. ult. l. arbiter. 33. ff. de recept. qui arbitr. & c. l. oratione. 7 ff de feriis, & dilat. l. interdum 36. ff. de judic. l. 1. & 2. l. inter privatos. 6. C. de dilationib. l. notionem. 99. §. instrumentorum. ff. de V. S. Cujac. in Parat. C. tit. de dilat. Duaren. ff. eod. tit. Harum à Doctoribus multiplices dantur species: quas longum esset recensere. Quare sufficiat præscire: dilationum quasdam esse peremptorias, quæ perimunt facultatem agendi: alias dilatorias, quæ differunt tantùm, non perimunt. *Vide Speculat de dilat. §. 1. Hostiens. eod. tit. Bartol. in l. 2. ff. de re jud. Wesenbec. in Paratit ff. de feriis, & dilat. num. 10. Tancred. de ord. judic. lib. 2. tit. de dilationibus, quæ dantur ab homine. Lanfranc. ad c. quoniam. 11. ext. de probat. Emericum à Rosbach in tract. de proceß. judicia. tit. 37. num. 3. & Ummium disp. 7 de proceß. judic. the. 1.* 2
Est & alia divisio: quâ scinditur dilatio in prorogatam, & novam. Prorogata dicitur, extensio dilationis datæ, à termino dato, & nondum elapso, in longius tempus. Nova verò, cùm finito termino prioris, alia datur. Cæterùm, cùm dilationum materia amputanda sit, eas Iudex non, nisi justissimâ de causâ, prorogare poterit. *Andr. Gail. practicar. observ. lib. 1. observ. 91. num. 2. 8 & 16. Mynsing. cent. 1.* 3

cent. 1. observat. 71. & 72. Qui disertè ajunt: quòd licèt primæ, secundæ, & tertiæ dilationis prorogatio non sit concedenda: ob caussas tamen relevantes, quarta dilatio, adhibitâ solennitate Juris, prorogari possit. *Idem, post multos alios, quos refert, tenet Alexand. Stiaticus in practic. observat. cap. 7. num. 18. D. Bocer. class. 5. disputat. 4. thes. 30. & Arnoldus de Reyger in process. judiciar. disp. 4. thes. 12.*

4 A Judice autem frequentiùs dilationum moderatio, & definitio pendet: qui secundùm locorum distantiam, personarum & negotii qualitatem, conformes juri, vel arctiores, vel longiores, pro arbitrio decernet. *c. cùm sit Romana. 5. de appell. l. qui bonâ fide. 13. §. fin. & l. seq. l. si finita. 15. § 7. ff. de damno inf. l. nonnunquam. 72 ff. de judic. l. 2 ff. de re judicata. l. continuus. 137. §. cùm ita. ff. de V. O.* Fürstl. Würt. ernewert Landtrecht / *part. 1. tit. 21. pag. 106. §.* Wa dann die Zeit / etc. *Latè Menoch. de arbitr. jud. quæst. lib. 2. cas. 52. Gail. præcitatâ obser. 91. n. 13. lib. 1. Marant. parte 6. de dilat. num. 15. & seq. novè Ummius d. disputat. 7. thes. 5. num. 20.*

5 Sic tamen, ut pro negotiorum varietate consideret dilationum rationem, vel civilem, vel necessariam. Priori ratione non statim, ubi dies advenit solutionis, tenetur quis satisfacere: sed modicum tempus aliud expectandum. *l. quod dicimus. 105. ff. de solutionib. & liberat.* Posteriori verò, si res propter natura-

lem

lem causae dilationem, praestationem habeat difficilem, tempus ei accommodum expectetur. *l. cùm res. 47. ff. de legatis. 1. d. l. continuus. 137. §. cùm ita. ff. de V. obligat.*

II.

Forma dandarum dilationum; ex stylo & consuetudine cujusque Curiae sumenda est. Nam quaedam sunt, in quibus dandis non vocatur adversarius, nec est causae cognitio necessaria: quaedam non nisi utroque modo dantur. 1

l. à procedente. 4. C. de dilationib. l. oratione. 7. l. ult. ubi glos. & Iason. ff. de feriis. Speculat. de dilat. § 2. num. 1. & §. ult. num. 20. Alexand. consil. 43. num. ult. volum. 4. Boer. decis. 294. num. 14. & seqq. Gail. lib. 1. observat. 91. num. 4. Guiliel. Hanet. in tract. de judic. ord. tit. de dilat. ubi inquit: in capitalibus controversiis, Reo tres dilationes, Accusatori duas, etiam causâ non cognitâ, dari posse: adulterio excepto. l. in crimine. 41. ff. ad L. Iul. de adult. Paul. li. 2 sent. tit. 26. in fin. & ibi Cujac. Adde Iul. Clar. lib. 5. sentent. §. fi. quaest. 48. Accedat & necessariò adjectio finis, propter quem dentur: ut deliberatio, probatio, exhibitio, auditio, productio, conclusio, & similes: & certus terminus. *l. 1. verb. spacium instructionis. C. de dilat. c. fin. vers. Temporis spacium, ut potuerit deliberare. ext. eod. Wesenbec. in Paratit. ff. de fer. & dilat. num. 13.* Porrò si dilationem judex con- 2 3

concessit certo termino non apposito: terminus adhuc pro ipsius arbitrio statuetur. Dilatione autem plenè elapsâ: parte alterâ invitâ, eam non prolongabit; *ut docet Sichard. ad l. 1. C. de dilation. num. 16.* Constat etiam, ejus esse dilationem, qui impetravit: ut si de deliberatoriâ, quæ Rei, non actoris est; agitur: aliquando cōmunem esse utrique litigantium, veluti probatoriam. *Marant. in specul. aur. de ord. judic. parte 6. de dilatione nu. 18. per l. petendæ. 6. C. de temporib. in integr. restitut. & c. & ibi Bald. Ummius disput. 7. de process. judiciar. thes. 6. num. 23.* Et sic dilationes considerate dari consuevère: ne nimiâ licentiâ protrahantur lites, & adversarii justè suum prosequentes eludantur: quod ne fiat, ut brevibus, sed idoneis temporum spaciis, lites circumscribantur, ac breviores reddantur; Reipub. expedit. *l. properandum. 13. C. de judiciis. l. 2. C. de temp. appell. Clem. dispendiosam. de judiciis. c. 2. de sententiâ, & re judicatâ. c. venerabilis. de dolo & contumacâ. Quando autem dilationes sint coarctandæ, vel prorogandæ, vide Menoch. lib. 2. de arbitr. jud. cas. 52. num. 9. 10. & seqq.* Illud dubitationis omnis non est expers: utrùm Procuratori, ad impetrandam dilationem quartam, vel ejus prorogationem, necessariò incumbat: ut mandatum speciale ad jurandum pro eâ obtinendâ producat? Et ajens sententia, velut æquior, præjudi-

judiciis Cameræ crebriùs recepta est, & approbata. *Mynsing. cent. 1. observ. 70. Gail. lib. 1. observ. 91. num. 19. Bocer. class. 5. disp. 4. thes. 29. lit. c.* Sed & hoc minimè expeditum est: An 7
rectè heredi vel successori defuncti, cui quarta dilatio elapsa est, nova tribuatur: ita ut juramento, vel restitutione non sit opus? Quod pariter à Dominis Cameralibus confirmatum est. *Vide Mynsing. d. cent. 1. observ. 73. & Gail. prædictâ observ. 91. num. 17.*

III.

1 Antequam autem aleam Judicii rei principalis subeant litigantes: prospici illis oportet, & Judici, ne illusoria sit opera: ac proinde cautiones exiguntur, & satisdationes.

tot. tit. ff. Qui satisd. cogantur, & c. t. t. C. de satisdando. & Instit. de satisdationibus. l. si Prætor. 75. ff. de judic. l. ult. in fin. ff. de itin. publ. Oldendorp. class. 1. act. 6 pag. 53. Et quidem generali- 2
ter in præstandâ cautione, alii satisdare tenentur prædiis, vel prædibus, quod majus est: alii juratò tantùm promittunt, quod minus est: alii suæ duntaxat promissioni nudæ committuntur, quod minimum. Quæ res ex personarum qualitate æstimabitur. *Hopp. in Paratit. eod. per l. sancimus 3. C. de V. sign. l. 1. & tot. tit. ff. qui satisd. cogantur. l. si mandatu Titii 59. § fin. ff. mandati. l. ergò 5 §. addici. ff. de fideicom. libert. c. fin. de pignor. & ibi glos. l. promissor. 21.*

§. fi. ff. de const. pecun. §. sed hodie. Instit. de satisdat. l 1. § stipulationum. ff. de prætor. stipulat. l. 1.
3 *ff. de custod. & exhib. reor.* Priorem tamen satisdationis speciem propriè secerno à nudâ repromissione, & juratoriâ cautione: duas autem posteriores ἐν πλάτει pro satisfactione accipio, quæ simul & pignorationem comprehendit. *In Rubr. & l 1. l. penult. & ult. ff. qui satisd. cog. l. Item. 6. ff. quib. modis pign. solu. l. satisdationis. 61. ubi eruditè Gœddæus. ff. de verb. signif. Accurs. in l. Divus Pius. 5. ff. de*
4 *petit. hered.* Et prior illa non malè definitur actus judicialis, quo datis fidejussoribus, vel pignoribus idoneè de lite cavetur, *arg. d. l. 1. ff. qui satisd. cog. d. l. promissor. 21. in fin. ff. de constit. pec. l. solutam. 49. in fin. ff. de solutionib. l. 2. in princ. ff. pro herede. d. l. 3. vers. nisi enim. C. de verb. signif. cum similib. Wesenbec. in Paratit. C. de satisdand. num. 2. Specul. & Marant. eod. t. de satisd. part. 6. membr. 8. Bocer. class. 5. disputat. 18. thes. 5. Ioan. Emericus à Rosbach. in tract. de process. judic. tit. 45. num. 3.* Aliter, post quosdam à se citatos, sentit *Arnold. de Reyger in process. judiciar. disputat. 4. thes. 37. Huc etiam pertinent, quæ notavi ad princip. t. Instit. de satisdationib. num. 5. & seqq.*

IV.

1 Satisdant omnes, qui non sunt disertè à lege

lege exempti, tam Rei, quàm procuratores ipſorum, & actores ipſi, jure præſertim novo.

Novell. 112. cap. 2. ad excludendas. Auth. Generaliter. C. de Epiſcop. & Cleric. Novell. 96. §. 1. &, quæ inde deſumpta eſt, Auth. Libellum. C. de lit. conteſt. §. ſed hodie. 2 Inſtit. de ſatiſdationib. Relevantur verò ab onere ſatiſdandi primò, qui ſuæ promiſſioni relinquuntur: ut ſunt œconomi clericorum, ac Reſpublicæ. *l. cùm clericis. 25. §. 1. & l. omnes. 33. §. in hac autem inclytâ. C. de Epiſcop. & clericis. l. ſi quando. 6. §. 1. ff. ut legatorum, vel fideicom. nom. caveatur.* Deinde ab Illuſtribus, dignitateque præfulgentibus viris, ſatiſdationem fidejuſſionemve non poſtulari, ſed eorum duntaxat abjurationi fidem haberi, Jure Cod. conſtitutum eſt. *l. quotiens. 17. C. de dignitat. libr. 12 & ibidem Accurſ. l. in ſacris. 12. in princ. ubi Cujac. C. de proxim. ſacr. ſcrin. &c. l. ult. C. de princip. agent. in reb. Conſt. Hermenop lib 1. epitom. jur. civil. tit. 2.* Præterea & hi, qui poſt adhibitam omnem diligentiam fidejuſſores invenire non potuerunt, à ſatiſdationis onere meritò liberabuntur. Quam tamen impotentiam per juramentum probabunt. *d. Novell. 112. cap. 2. & Novell. 134. cap. 9. Bald. in d. Auth. Generaliter. C. de Epiſc. &*

K 2 Cler.

Cler. l. cùm non facilè. 6. ff. Si cui plùs, quàm per
l Falc. &c. Bart. & DD. in l. 4. ff. qui ſatiſd. cog.
&c. Gail. lib. 2. obſervat. 47 num. 8. Clarus lib 5.
ſentent. §. fin. q. 46 num. 15. Soarez in theſaur.
recept. ſentent. lit. f. num. 159 Schurpf. lib. 3. con-
ſil. 61. num. 1. Zang. part. 2. de except. c. 21.
num. 23 hosq́; citans Ummius diſput. 9. de pro-
5 *ceſſ. judic. theſ. 6. num 22.* Sanè ſi ſuſpectus de
fuga ſit reus, aut peregrinus: non facilè cau-
tioni juratoriæ committi, ſed potiùs arreſtari
debet: ut reverâ cautum eſſe poſſit agenti. *l ſi*
fidejuſſor. 7. §. fin. ubi Alberic. & Iaſon. ff. qui ſa-
tiſd. cogant. & ibidem in Paratit. Weſenbecius.
num. 10. Bartol. in l. litibus 20 num 8. C. de agric.
& cenſit. Innocent. in c. præterea. de except. Myn-
ſing. cent. 2. obſerv. 11. Coler. in tract. de proceſſ.
6 *execut. part. 3. cap. 11. num. 94. & ſeqq.* Quis au-
tem, & quando de fuga ſuſpectus cenſeri de-
beat, arbitrio judicis relinquendum eſſe,
abundè docuit Jacobus Menochius *lib. 2. de*
arbitr. judic. cent. 1 caſ. 87. num. 7. cum ſeqq.
quem refert & ſequitur Treutler. vol. 1. diſpu. 5.
7 *theſ. 2. ad lit. b. in fine.* Illud hic aſteriſco (*ut di-*
citur) ſignandum: quòd (ſecundùm notiſſi-
mam Germaniæ conſuetudinem, & commu-
niorem Dd. opinionem) promiſſio facta ſub
fide & dignitate Principali, generoſitatis, vel
nobilitatis (Bey Fürſtlichen / Gräfflichen
vnd Adelichen Würden/ Ehren/ Trewen/ vnd
Glauben) inducat juramentum inter Princi-
pes,

pes, vel certè juramento æquipolleat, *per notata Petri Royzii in deciſ. Lituanica. 3. nu. 34. & ſeqq Mynſingeri cent. 1. obſervat. 17. Gailii lib. 2. obſervat. 59. Matthiæ Coleri in d. tract. de proceſſ. execut. part. 1. cap. 10. num. 250. cum ſeq. Bronchorſt. cent. 1. Miſcellan. controverſ. aſſert. 60. Iacobi Ayreri in hiſtorico proceſſ. jur. cap. 6. obſervat. 5. num. 10. & multis ſubſeqq. ubi nu. 16. complures auctores pro iſta opinione citat. Vide quoque eâ de re latè differentem Modeſtinum Piſtor. conſil 19 num. 42. & ſeqq. vol. 2. Eberhardum Speckhan. cent. 1. q. 4. per tot. Bartholmæum Kellenbentz in tract. de renunciat. ſucceſſion. quæſt. 3. Fichard conſil. 19 num. 6. & conſ. 133. num. 2. vol. 2. Schurpf conſil. 37. per tot. & conſil. 62 cent. 2. Roland. à Valle conſil. 32 lib. 2. Zaſium conſil. 10. num 27. lib 2. Gravet. conſil. 241. num. 11. & ſeq. Weſenbec. conſil. 52. num 19. parte 2. Covarruv. in c. quamvis. part 2. relect. §. 2. num. 2. de reg. jur. in 6. Tiraquell. in tract. de nobilitat. cap. 20. num 24. Decian. reſponſ. 2. n. 113. vol. 1. Ioach. à Beuſt. ad l. 3. §. jurari. num. 14. ff. de jurejur. Hartmannum Hartmanni lib. 2. tit. 30. obſervat. 3. num. 8. Borcholt. in tract. de jurejur. cap. 1. num. 26. Rulant. in tract. de teſt. exam. libr. 2. cap. 11. num. 41. 42. 43. 49. & ſeq. Andr. Rauchbarum part. 2. quæſtion. juris civil. & Saxon. q. 2. num. 59. Anton. Heringium in tract. de fidejuſſor. cap. 27. n. 298. & noviſſimè Seiſerum in tract. de juramento. pag. 107. & 116.* Denique 8

& qui possident res immobiles in territorio, ubi litigatur, sive ex asse, sive pro parte eas possideant, à satisdatione immunes sunt. *l. sciendum. 15. ubi Bart. n. 6. Angel. num. 6. & Iason. num. 21. & idem Iason. in d. l. si fide ussor. 7. §. 1. num. 8. ff. qui satisd. cog* Fürstl. Würtemb. ernewert Landtrecht / *part. 1. tit. 20. pag. 104. §.* Ob aber der Kläger / rc. *Vide etiam Cujac. in Novell. 53. & lib. 12. observat. cap. 22. Robert. lib. 3. sent. jur. cap. 21.* Wurmser. *lib. 1. practic. forens. tit. 10. observ. 1. Fridericum Schenck lib. 1. progymnasmat. fori. tit. 6. num 4. & Alvarum Valascum consultat. 66. num. 6. & seqq. tom. 1. Eamq; rem fusius persecutus sum in §. sed hodie. Instit. de satisdationib. num. 13. & seqq.*

V.

1 Judex in civilibus hodie initio officii tantùm de rectè judicando; in criminalibus etiamnum, petentibus litigatoribus, Reis præsertim salvo conductu, contra quidem violentiam facti, non juris, cavet. *(a)* Ex parte verò actoris satisdatur, de lite intra duos à tempore porrecti libelli menses contestanda: de lite omnino prosequendâ: & de sumptibus, omnique damno litis restituendis; si injustè litem movisse appareat. *(b)*

a) *Novell. 8. tit. jusiurandum quod præstatur, &c. Novell. 15. c. 1. §. 1.* Wesenbec. *in Parat. C. de satisdand. num. 4. Mynsing. cent. 1. observ. 82. Bart. in l. 5. ff. de public. jud. Boß. in pract. crim.*

tit.

tit. de citat. num. 36. Ioan. Andr. in c. 1. de reg. jur. in 6. Guilielm. de Cuneo in tract. de ſecuritate. Capel. Tholoſ. quæſt. 490. Cacheran. deciſ. 88. num. 14. Guido Pap. deciſ. 418 Gail lib. 2. de pac. publ. cap. 11. num. 7. & ſeq. Ummius diſputat. 9. de proceſſ. judiciar. theſ. 2. num. 6. & 8. ubi plures citat, & ſalvi conductus ſive ſecuritatis cautionem enucleatè declarat. b) *Novell. 112. cap. 2. Novell. 96. c. 1. & ſeq. Auth. libellum C. de lit. conteſt. Auth. generaliter. C. de Epiſcop. & Cler. § ſed hodie. Inſtit. de ſatiſdat. Cujac. lib. 7. obſervat. c 5. Lancell. in tract. de offic. prætor. c. de ſatiſdat. num. 7. Specul. t. de ſatiſdat. in princ. Marant. in tract. de ord. judic. part. 6 ti. de ſatiſdat. n. 16.* Etſi verò optimâ ratione, ad lites abbreviandas, iſta introducta fuerunt à Juſtiniano: tamen de conſuetudine, & ſtylo Curiarum cautionem ſolummodo de reſtituendis expenſis, & reſarciendo omni damno, ſi ſuccumbat actor, petente reo, præſtare tenetur. *Lancellot. d. loc. Chilian. König. in proceſſu judic. c. 46. Chilian. Goldtſtein in proceſſ. judic. tit. de ſatiſdat. Petr. Termineus in proceſſ. jur. c. 30. in princ. Ioan. Emericus à Roſbach in proceſſ. judic. tit. 45. num. 5. Ummius d. diſputat. 9. theſ. 3. num. 9. 10. & 11. & Treutler. vol. 1. diſputat. 5. theſ. 3. ad finem.* Cavet etiam procurator actoris de rato (ſi apud acta præſente adverſario factus non ſit. Nam ſi eo præſente fiat; 2 3

ſatiſdat. ibiq́; plenè ego & reliqui Interpretes. l. qui proprio. 46. ff. de procurator. l. un. & ibi Cujac. in Paratit. C. de ſatiſdando. Procurator 2
ejus cavet de rato, & judicatum ſolui: cui & aliæ tres inſunt partes, ſive clauſulæ: de defendendo: de dolo malo: de judicato faciendo. *d. §. ſi verò. 4. & 5. Inſtit. eod. tit. l. judicatum. 6. ff. judicatum ſol. Tancret. de ord. judic. lib. 2. tit. de ſatiſdat. procurat. Rei. Wurmſerus lib. 1. pract. forenſ. tit. 10. obſerv. 3. num. 5.* Præ- 3
cipua tamen hæc eſt, de judicato ſolvendo: & hâc fortè ſublatâ per acceptilationem, vel ſolutionem, vel tranſactionem, evaneſcunt etiam cæteræ: quia propter hanc cæteræ interponuntur, nempe ut res judicari poſſit. *l. ſi accepto. 20. ff. de acceptilation. l. cùm quærebatur. 13. §. pen. ff. judicatum ſolui. Cujac. lib. 10. obſerv. cap. 20. Briſſonius lib. 5. de formul. pop. Rom. &c.* Ideoque Rei procurator, ſi princi- 4
palis ſatiſdationem Judicatum ſolui non præſtiterit, ad eam indiſtinctè compellitur: etiamſi apud acta fuerit conſtitutus. *d. l. un. C. de ſatiſdan. §. ſi verò reus. 5. Inſtit. eod. tit. ibiq́; ego latiùs. Vult. lib. 2. Iuriſprud. Rom. cap. 30. num. 34. & ſeq. pag. 420.* Planè, licèt procura- 5
tor actoris non caverit: tamen eo ipſo, quòd ad inſtantiam Rei de mandato docere nequit, ad intereſſe obligabitur. *Mynſing. cent. 1. obſerv. 75. & cent. 5. obſerv. 49. allegans utrobique Bartol. in l. licèt. 24. C. de procurator.* Siqui-

dem Camera Imperialis ad litis usque contestationem procuratores admittit, si de rato caveant: posteà si non legitiment sese, exhibendo mandatum cum ratificatione prius actorum; expensas litis ipsi solvere tenentur. *Ord. Cam. p. 1. tit. 21. in pr. Mynsing. cent. 5. d. observat. 49.*

VII.

1 Judicio sisti cautio prima ordine judiciorum esse videtur. Ubi enim quis vocatus est, vel venire debet, si vadimonio sit vocatus: &, si venerit, velitque abesse, debet (cùm opus fuerit) judicio se sisti satisdare, & fidejussorem dare.

Rub. tit. ff. in jus vocati, ut eant, aut satisdent.
2 *& ibid. in Parat. Wesenb.* Quo fidejussore locuplete, vel idoneo, si actor non contentus, in jus porrò trahere pergat: iniuriarum actio adversùs eum locum habet. *Cajus in l. Si verò. 5. §. qui pro rei qualitate. ff qui satisd. cogan. &c. & annotavi in §. 1. Instit. de injuriis. num. 25.*
3 Fidejussor autem locuples dicitur, non tantùm facultatibus: sed etiam conveniendi facilitate, ne habeat præscriptionem fori. *l. 2. in princ. & l. si fidejussor. 7. in princ. ff. qui satisd. cogantur. Mynsinger. in d. §. sed hodie. num. 9. Inst. de satisdationib. ibiq; ego num. 4. & seqq. Arnold. de Reyger in process. judiciar. disputat. 4.*
4 *thes. 46.* Talis autem dicetur, qui ex arbitrio litigantium & judicis approbatus erit; considede-

ſideratis perſonarum agentium, & defendentium qualitate, & negociis, de quibus agitur. *d. l. ſi verò. 5. §. 1. l. arbitro. 9. & l. ſi ab arbitro. 10. ff. eod. tit. qui ſatiſd. cog. & ibi Bart. & Iaſon. Videatur noviſſimè Ummius diſputat. 9. de proceſſ. judiciar. theſ. 5. num. 20.* Sed & ratione neceſſitudinis, in jus impetratâ veniâ vocatæ perſonæ, qualemcunque fidejuſſorem, etiam minùs locupletem, dando liberantur. *l. 2. §. Prætor ait. ff. qui ſatiſd. cogant. l. 1. 2. & 3. ff. in jus vocati, ut eant, &c. & monui in §. ſed hodie. 2. Inſtit. de ſatiſdationib. num. 4. Vide Heringium in tract. de fidejuſſ. cap. 8. num. 88. & ſeqq.* 5

VIII.

Committitur hæc ſtipulatio & cautio, non ſolùm, ſi in judicio non ſiſtatur res, vel perſona, pro qua fidejuſſio eſt interpoſita; ſed etiam ſi ſiſtatur quidem, ſed non in eâdem causâ, in quâ antè fuit. 1

arg. l. fin. ff. in jus vocati ut eant, &c. l. ſi quis. 11. & l. ſeq. ff. ſi quis cautionib. judic. ſiſt. cauſ. &c.

Is autem, qui aliquem judicio ſiſti promiſit, ſi pœna certa ſtipulationi ſit adjecta, condictione certi tenetur: ſin pœna adjecta non fuerit, ſolvendo intereſſe (æſtimatione ejus relatâ ad id tempus, quo ſiſti debuit) liberabitur: niſi pro certâ quantitate acceſſerit. 2
l. qui autem. 12. §. Illud tenendum. ff. Si quis cautionibus judicio ſiſtendi, &c. l. 2. §. fin. & l. ſeq. ff.

qui

a) *ad conclus. 6. num. 2.* (b) *l. judicatum solui. 6. ff. judicatum solui. l. stipulatio. 21. §. habet autem. ff. de operis novi nunciat. §. 1. Inst. de satisdatio. l. qui proprio. 46. §. qui proprium. ff. de procurator. l exigendi. 12. C. eod. tit.* Et tunc 2 quidem stipulationis dies cedit post rem judicatam, ex clausula judicatum solui; sed exactio ejus in tempus, reo principali indultum ad solvendum, differtur. *l. 1. ff. judicatum solui. l. fin. C. de usur. rei judicatæ. d. l. stipulatio. 21. §. habet. ff. de operis novi nunciat.* Ex 3 clausula de re seu causa defendendâ, committitur stipulatio : si non defendatur reus boni viri arbitratu; vel si malè lis agatur. Res autem defensa non videtur, si non in solidum defendatur : aut non loco idoneo : aut quando certum esse incipit : neminem posse existere, qui reum defendat. *l. 3. §. ob rem. l. jam tamen. 5. §. ult. l. si reus. 12. l. ex clausula. 17. ff. judicatum solui. & ibi in Paratit. Wesenbec. num. 3.* Tandem ex clausula doli mali, sti- 4 pulatio committitur, si quid dolo malo in lite commissum sit. *Venulejus in l. novissima. 19. ff. judicatum solui. & ibid. Wesenbec. num. 5.* Idque dupliciter fieri assolet. Uno modo, si 5 dolo malo, vel malitiosâ frustratione hoc agatur à defensore, heredéve ejus; ne ad exitum controversia perducatur. *l. ult. in princ. ff. de procuratorib.* Altero, si dolo malo ejus fiat, ut res perperam judicetur; putà aut subornae-

ornatis testibus, aut prolatis falsis instrumentis, aut Judice pecuniâ corrupto. Generaliter siquidem leges de dolo malo loquuntur. *d. l. judicatum solvi. 6. & d. l. novissima. 19. ff. judicat. solvi. & indicavi ad §. si verò aliquis. 4. Institut. de satisdationib. numer. 11. & seq.*

X.

Cæterùm cautiones & satisdationes initio litis agitantur; & ante ejusdem contestationem petendæ ac præstandæ veniunt. Aliæ autem sunt, quæ in quacunque litis parte peti possunt.

l. de die. 8 §. si servus. 2. l. Iulianus. 11. ubi Castrens. & Iason. ff. qui satisd. cogan. l. si petitor. 8. ff. judicatum solvi. l. Pomponius. 40. §. ratihabitionis. ff. de procuratorib. l. unic. circa fin. ibi, in ipso litis limine. C. de satisdando. Qualis est, quam dicunt salvæ guardiæ: per quam cavet adversarius petenti coram Judice, & auctoritate Judicis, de non offendendo ipsum in persona, vel rebus, per se, vel interpositam personam: quæ statuitur, quandò Judici constat de minis; & quando is, qui minatur, ejus generis est, qui minas solitus sit facilè exequi. *Bartol. in l. Illicitas. 6. §. ne potentiores. 2 ff. de offic. Præsidis. Felin. in Rubr. de treuga & pace. Gail. libr. 1. observat. 4. num. 4. Vide etiam Doctores suprà ad conclus. 5. allegatos, sub lit. a.* Inventæ sunt satisdationes

in

in hunc finem; ne ſuſceptum Judicium quoquo modo per futurum eventum irritum reddatur, ex eo, quòd fortè is, qui condemnandus ſit, præſtare non poſſit, quod eum oportet: cùm inopia debitoris inanem actionem faciat. *l. ſi prætor. 75. ff. de judiciis. l. 1. verb. ſecurum faciamus. ff. qui ſatiſd. cogant. &c. Marant. in tract. de ord. judic. parte 6. tit. de ſatiſd. num. 2. Vult. libr. 2. Iuriſprud. Roman. cap. 30. num. 18. pag. mihi. 419. Ioan. Emericus à Roſbach in tract. de proceſſ. judiciar. tit. 45. num. 23.*

CON-

quâ vel facti *(c)* dicitur, vel juris. *(d)*

a) *l. 2. ff. de exception. Zasius ibid. num. 3. Donell. ad Rubr. C. eod. num. 3 Zanger. in tract. de except. part. 1. cap. 3. num. 3.* Aliis verbis, sed eâdem propè sententiâ, exceptio à Paulo definitur: quòd sit conditio, quæ modò eximit reum damnatione, modò minuit damnationem, *l. exceptio. 22. ff. de except.* Cæterùm Ulpiani definitionem contra alios defendit noviter Arumæus *Exercitat. Iustin. 19. thes. 4. & Giphan. lib. 4 disp. 47. thes. 1. & ibi Oleman. n. 3. cum seqq.* Tametsi eandem novissimè carpat Ummius *disp. 8. de proceß. judiciar. thes. 1. nu. 3.* (b) *Dynus ad c. exceptionem. 63. de reg. jur. in 6. l. exceptiones. 20. & ibi Gothofred. ff. de except. Hanet. in tract. de judicior. ord. tit. de except. pag. 38. Mynsing. ad princ. tit. Inst. de except. n. 2. Marant. de ord. judicior. part. 6. membr. 9 nu. 6. Accurs. in l. 2. super verb. exceptione. C. de remissione pignor. ibiq; Dd. communiter.* Non tamen desunt, qui nullam facti exceptionem admittunt, *Ioan. Borcholt. in Commentar. de verbor. obligationib. cap. 4. num. 2. Cujac. in l. si tibi. 17. ff. de pact. Donell. in prooem. C. de except. num. 3. Schvvartzenthaler in proceß. judiciar. lib. 1. act 9. cap. 1. num. 5. Oldendorp. in Enchir. except. part. 3. & seq. hosq; referens Arnoldus de Reyger in proceß. judiciar. disput. 4. thes. 17. ad lit. C.* (c) Facti ea est, quâ de nudo facto reus

reus excipit; ut si dicat actor, occidisti: reus, non occidi; quam Cicero depulsionem intentionis vocat. *d. l. exceptiones. 20. ff. de except. M. C. lib. 1. ad Herenn.* (d) Juris est, quâ de facto quidem nonnihil fatetur reus; at actionem adversus se injustam esse contendit. *per princ. tit. Instit. de except. ibi, sæpè enim accidit. &c. Et tales exceptiones sunt omnes illæ, de quibus Iustinianus agit in §. 1 2. 3. 4. & 5. Inst. eod. tit.* Neque tamen ob id adversarii intentionem approbare illum, vel fateri, qui excipit; neque etiam ex natura propriâ exceptionis negare, regulâ juris canonici decisum, ac Interpp. visum est. *d. c. exceptionem. 63. de R. I. in 6. l. non itaque. 9. ff. de except. & ibid. Gothofred. Abb. Pan. Felin. & reliqui ferè I. P. Interpp. in Rubr. de except. Bald. in l. 1. num. 6. ff. de jur. & facti ignorant.*

II.

Isthâc præmissâ generali distinctione, rectè devenitur ad eas, quæ magis sunt speciales. Primò namque â causa efficiente, quædam exceptiones ex legibus, vel ex iis, quæ legis vicem obtinent; quædam ex ipsius Prætoris jurisdictione substantiam capiunt. *§. quarum quadã. 7. Inst. de exceptionib. Zanger. in tract. de except. part. 1. cap. 3. num. 14. Ummius disputat. 8. de process. judic. thes. 2. num. 6.* Veluti præsriptio 30. vel 40. annorum: exceptio non numeratæ pecuniæ; SCti-

SCti Maced. & Vellejani: epistolæ D. Hâdriani: Novellæ 99. de duobus reis, &c. quæ civiles sunt: reliquæ sunt Prætoriæ. *l. omnes. 4. C. de præscr. 30. vel 40. ann. Horstius lib. 4. Tribon. Iurispr. cap. 8. Oldendorp. in tract. de except Zang. d. num. 14. Giphanius & Mynsing. in d. §. quarum. nu. 4. Instit. de except. Arnoldus de Reyger in proceß. judiciar. disputat. 4. thes. 18. Vide quoque D. Bocerum, Collegam & Affinem meum charißimum claß. 5. disput. 16. thes. 6. 17. 23. 26. & seqq. ubi singula exempla, hîc propositâ, latè & accuratè explicat.*

III.

Alterâ majoris momenti divisione, à fine & effectu desumptâ; quædam exceptiones sunt perpetuæ: *(a)* aliæ temporales. *(b.)* 1

a) Quæ semper agentibus obiici possunt; & rem, de quâ agitur, perimunt: unde & peremptoriæ dicuntur: veluti sunt, exceptio doli mali, metus, pacti conventi, ne omninò pecunia petatur, jurisiurandi, &c. §. *Appellantur. 8. Inst. de except. ibiq; Vult. n. 17. & Hotom. enunciat. 2. l 3 ff. eod. tit.* Fürst. Würt. ernew. Landt. *p. 1. t. 23. §.* Es seyen aber/ etc. *item §.* Die Peremptorische. & *§. seq pag. 111. Aliter novissimè sentit Vm. disp. 8 de proces. judic. th. 4. n. 23.* (b) Quæ ad tempus nocent, & temporis dilationem tribuunt, hoc est, in certum tempus actionem institutam differunt, ut est pacti conventi exceptio, ne intra certum tempus petatur; unde etiam dilatoriæ alio nomine dictę sunt; 2

§.temporales.10.Instit.d.t.d.l 3.vers.temporales. ff.eod.vide Zanger.in tract.de except.par.1.c.3. num.17.& Arumaeum exercitat. Iustin.19.th.5. Sed & quæ ad agendum sunt temporalia: ad excipiendum perpetua esse placuit. *l.purè 5. §.ult.ff de doli mali except. l.si pactum.6. ibiq; glos.super V.præfinitione. C.de except.* Rursum dilatoriarum pro negociis plures possunt esse differentiæ. Sunt enim aliæ Judicii & fori declinatoriæ: aliæ propriè dilatoriæ, quæ ex aliâ causâ litem differunt: veluti personas Judicis, partium, procuratoris, & causam, aut rem ipsam respicientes. *Wesenbec. eod.tit.de except. num 7.per l fin. C.eod. Marant.de ord. judic.part.6.membr.9.de except.num.1.2.& 5. Asinius in praxi judiciorum §.13.cap.1.num.4. & seqq. l.2 §. defendi. & ibi Bart.ff. Ex quib. caus.in poss.eatur. Specul. de procurator.§.ratione.num 20.& idem in tit.de exception.* Quo casu, excommunicatos & bannitos à limine judicii repelli: imò hos ne actionem quidem institutam ad finem perducere posse, multis præjudiciis in Camerâ Imperiali receptum est. *Gail. lib.2. de pace publicâ. cap.12.num.12. cap.2. c.cùm inter 5. c.dilecti. 8. c. dilectæ.10.c. exceptionem.12.ext.de exception. Tex.in l.is, qui reus.5 .ff. de publicis judiciis. Bald.in l.1.C. de hered. instit. & ad Rubr. C.qui accusare non poss. Iason.in l.de pupillo.5.§.si in pluribus.ff.de op.no.nunt. Et hanc rem plenissimè explicui ad*

§.1.

§. 1 Instit. de iis, per quos agere possumus. nu. 38. & multis seqq.

IV.

Quæ contra causam, aut rem ipsam obiiciuntur, exceptionum exempla quædam sunt: exceptio pacti conventi temporalis, *(a)* sub & obreptionis, *(b)* inepti & obscuri libelli, *(c)* pendentis litis, *(d)* spolii, *(e)* excussionis & ordinis, *(f)* & similes. *(g)* 1

a) *§ temporales. 10. Instit. de except. l. 3. ff. eod.* Huic exceptioni renunciatum videtur, si eâ omissâ litem quis contestetur. *Alexand in l. eum. qui. 56. §. qui ita. ff. de verb. oblig. num. 8. Innocent. in c. vn. ff. de plus petit.* (b) Hæc exceptio mandatis opponi solet. *l. 2. C. contr. jus vel util. publ.* Mandatis siquidem semper inest clausula: Si preces veritate nitantur, *per text. in c. 2. de rescript. Canonistæ communiter, cum gloss. in c. super literis. eod. tit. Gail. lib. 1. observat. 14. Petr. Frider. Mindan. lib. 1. de processib. cap. 15. ubi istam exceptionem fusius explicat.* (c) *Alexand. & Iason. in l. 1. ff. de edend. & in §. omnium. Instit. de act. num. 126* Fürstl. Würtemb. ernewert Landtrecht/*part. 1. t. 23 §.* Item so die Clag/ etc. *pag. 110.* (d) *Oldendor. in tract. de except.* Istâ exceptione reus utitur, si lis de eâ re, quæ deducitur in judicium, coram alio judice pendeat: quam litis pendentiam citatione emanatâ & ritè insinuatâ induci 2 3

 duci

157

a) *ad concluſ. 6. num. 2.* (b) *l. judicatum ſolui. 6. ff. judicatum ſolui. l. ſtipulatio. 21. §. habet autem. ff. de operis novi nunciat. §. 1. Inſt. de ſatiſdatio. l. qui proprio. 46. §. qui proprium. ff. de procurator. l exigendi. 12. C. eod. tit.* Et tunc 2
quidem ſtipulationis dies cedit poſt rem judicatam, ex clauſula judicatum ſolui; ſed exactio ejus in tempus, reo principali indultum ad ſolvendum, differtur. *l. 1. ff. judicatum ſolui. l. fin. C. de uſur. rei judicatæ. d. l. ſtipulatio. 21. §. habet. ff. de operis novi nunciat.* Ex 3
clauſula de re ſeu cauſa defendendâ, committitur ſtipulatio: ſi non defendatur reus boni viri arbitratu; vel ſi malè lis agatur. Res autem defenſa non videtur, ſi non in ſolidum defendatur: aut non loco idoneo: aut quando certum eſſe incipit: neminem poſſe exiſtere, qui reum defendat. *l. 3. §. ob rem. l. jam tamen. 5. §. ult. l. ſi reus. 12. l. ex clauſula. 17. ff. judicatum ſolui. & ibi in Paratit. Weſenbec. num. 3.* Tandem ex clauſula doli mali, ſti- 4
pulatio committitur, ſi quid dolo malo in lite commiſſum ſit. *Venulejus in l. noviſſima. 19. ff. judicatum ſolui. & ibid. Weſenbec. num. 5.*
Idque dupliciter fieri aſſolet. Uno modo, ſi 5
dolo malo, vel malitioſâ fruſtratione hoc agatur à defenſore, heredéve ejus; ne ad exitum controverſia perducatur. *l. ult. in princ. ff. de procuratorib.* Altero, ſi dolo malo ejus fiat, ut res perperam judicetur; putà aut ſub-

orna-

ornatis testibus, aut prolatis falsis instrumentis, aut Judice pecuniâ corrupto. Generaliter siquidem leges de dolo malo loquuntur. *d. l. judicatum solvi. 6. & d. l. novissima. 19. ff. judicat. solvi. & indicavi ad §. si verò aliquis. 4. Institut. de satisdationib. numer. 11. & seq.*

X.

Cæterùm cautiones & satisdationes initio litis agitantur; & ante ejusdem contestationem petendæ ac præstandæ veniunt. Aliæ autem sunt, quæ in quacunque litis parte peti possunt.

l. de die. 8 §. si servus. 2. l. Iulianus. 11. ubi Castrens. & Iason. ff. qui satisd. cogan. l. si petitor. 8. ff. judicatum solvi. l. Pomponius. 46. §. ratihabitionis. ff. de procuratorib. l. unic. circa fin. ibi, in ipso litis limine. C. de satisdando. Qualis est, quam dicunt salvæ guardiæ: per quam cavet adversarius petenti coram Judice, & auctoritate Judicis, de non offendendo ipsum in persona, vel rebus, per se, vel interpositam personam: quæ statuitur, quandò Judici constat de minis; & quando is, qui minatur, ejus generis est, qui minas solitus sit facilè exequi. *Bartol. in l. Illicitas. 6. §. ne potentiores. 2 ff. de offic. Præsidis. Felin. in Rubr. de treuga & pace. Gail. libr. 1. observat. 4. num. 4. Vide etiam Doctores suprà ad conclus. 5. allegatos, sub lit. a.* Inventæ sunt satisdationes

in

in hunc finem; ne ſuſceptum Judicium quoquo modo per futurum eventum irritum reddatur, ex eo, quod fortè is, qui condemnandus ſit, præſtare non poſſit, quod eum oportet: cùm inopia debitoris inanem actionem faciat. *l. ſi prætor. 75. ff. de judiciis. l. 1. verb. ſecurum faciamus. ff. qui ſatiſd. cogant. &c. Marant. in tract. de ord. judic. parte 6. tit. de ſatiſd. num. 2. Vult. libr. 2. Iuriſprud. Roman. cap. 30. num. 18. pag. mihi. 419. Ioan. Emericus à Roſbach in tract. de proceſs. judiciar. tit. 45. num. 23.*

CON-

quâ vel facti *(c)* dicitur, vel juris. *(d)*

a) *l. 2. ff. de exception. Zasius ibid. num. 3. Donell. ad Rubr. C. eod. num. 3 Zanger. in tract. de except. part. 1 cap. 3. num. 3.* Aliis verbis, sed eâdem propè sententiâ, exceptio à Paulo definitur: quòd sit conditio, quæ modò eximit reum damnatione, modò minuit damnationem, *l. exceptio. 22. ff. de except.* Cæterùm Ulpiani definitionem contra alios defendit noviter Arumæus *Exercitat. Iustin. 19. thes. 4. & Giphan. lib. 4 disp. 47. thes. 1. & ibi Oleman. n. 3. cum seqq.* Tametsi eandem novissimè carpat Ummius *disp. 8. de proceß. judiciar. thes. 1. nu. 3.* (b) *Dynus ad c. exceptionem. 63. de reg. jur. in 6. l. exceptiones. 20. & ibi Gothofred. ff. de except. Hanet. in tract. de judicior. ord. tit. de except. pag. 38. Mynsing. ad princ. tit. Inst. de except. n. 2. Marant. de ord. judicior. part. 6. membr. 9 nu. 6. Accurs. in l. 2. super verb. exceptione. C. de remissione pignor. ibiq; Dd. communiter.* Non tamen desunt, qui nullam facti exceptionem admittunt, *Ioan. Borcholt. in Commentar. de verbor. obligationib. cap. 4. num. 2. Cujac. in l. si tibi. 17. ff. de pact. Donell. in prooem. C. de except. num. 3. Schvvartzenthaler in proceß. judiciar. lib. 1. act 9. cap. 1. num. 5. Oldendorp. in Enchir. except. part. 3. & seq. hosq; referens Arnoldus de Reyger in proceß. judiciar. disput. 4. thes. 17 ad lit. C.* (c) Facti ea est, quâ de nudo facto, reus

reus excipit; ut si dicat actor, occidisti: reus, non occidi; quam Cicero depulsionem intentionis vocat. *d. l. exceptiones. 20. ff. de except. M. C. lib. 1. ad Herenn.* (d) Juris est, quâ de facto quidem nonnihil fatetur reus; at actionem adversus se injustam esse contendit. *per princ. tit. Instit. de except. ibi, sæpè enim accidit. &c. Et tales exceptiones sunt omnes illæ, de quibus Iustinianus agit in §. 1. 2. 3. 4. & 5. Inst. eod. tit.* Neque tamen ob id adversarii intentionem approbare illum, vel fateri, qui excipit; neque etiam ex natura propriâ exceptionis negare, regulâ juris canonici decisum, ac Interpp. visum est. *d. c. exceptionem. 63. de R. I. in 6. l. non itaque. 9. ff. de except. & ibid. Gothofred. Abb. Pan. Felin. & reliqui ferè I. P. Interpp. in Rubr. de except. Bald. in l. 1. num. 6. ff. de jur. & facti ignorant.*

II.

Isthâc præmissâ generali distinctione, rectè devenitur ad eas, quæ magis sunt speciales. Primò namque à causa efficiente, quædam exceptiones ex legibus, vel ex iis, quæ legis vicem obtinent; quædam ex ipsius Prætoris jurisdictione substantiam capiunt. *§. quarum quædã. 7. Inst. de exceptionib. Zanger. in tract. de except. part. 1. cap. 3. num. 14. Ummius disputat. 8. de process. judic. thes. 2. num. 6.* Veluti præscriptio 30. vel 40. annorum: exceptio non numeratæ pecuniæ; SCti

SCti Maced. & Vellejani : epistolæ D. Hadriani : Novellæ 99. de duobus reis, &c. quæ civiles sunt : reliquæ sunt Prætoriæ. *l. omnes. 4. C. de prescr. 30. vel 40. ann. Horstius lib. 4. Tribon. Iurispr. cap. 8. Oldendorp. in tract. de except. Zang. d. num. 14. Giphanius & Mynsing. in d. §. quarum. nu. 4. Instit. de except. Arnoldus de Reyger in process. judiciar. disputat. 4. thes. 18. Vide quoque D. Bocerum, Collegam & Affinem meum charissimum class. 5. disput. 16. thes. 6. 17. 23. 26. & seqq. ubi singula exempla, hîc proposita, late & accurate explicat.*

III.

1 Alterâ majoris momenti divisione, à fine & effectu desumptâ ; quædam exceptiones sunt perpetuæ : *(a)* aliæ temporales. *(b.)*

a) Quæ semper agentibus obiici possunt, & rem, de quâ agitur, perimunt : unde & peremptoriæ dicuntur: veluti sunt, exceptio doli mali, metus, pacti conventi, ne omnino pecunia petatur, jurisiurandi, &c. *§. Appellantur. 8. Inst. de except. ibiq; Vult. n. 17. & Hotom. enunciat. 2. l 3. ff. eod. tit.* Fürst. Würt. ernew. Landt. *p. 1. t. 23. §.* Es seyen aber/ etc. *item §.* Die Peremptorische. & *§. seq pag. 111. Aliter novissimè sentit Vm. disp. 8 de proces. judic. th. 4. n. 23.* (b) Quæ 2
ad tempus nocent, & temporis dilationem tribuunt, hoc est, in certum tempus actionem institutam differunt, ut est pacti conventi exceptio, ne intra certum tempus petatur ; unde etiam dilatoriæ alio nomine dictę sunt,

 §. tem-

§.1 Inſtit.de iis, per quos agere poſſumus.nu.38. & multis ſeqq.

IV.

Quæ contra cauſam, aut rem ipſam obiiciuntur, exceptionum exempla quædam ſunt: exceptio pacti conventi temporalis, *(a)* ſub & obreptionis, (*b*) inepti & obſcuri libelli, (*c*) pendentis litis, (*d*) ſpolii, *(e)* excuſſionis & ordinis, *(f)* & ſimiles. *(g)* 1

a) *§.temporales.10.Inſtit.de except.l.3.ff.eod.* Huic exceptioni renunciatum videtur, ſi eâ omiſsâ litem quis conteſtetur. *Alexand in l. eum.qui.56.§.qui ita.ff. de verb.oblig.num.8. Innocent. in c. vn. ff. de plus petit.* (b) Hæc exceptio mandatis opponi ſolet. *l.2.C.contr. jus vel util.publ.* Mandatis ſiquidem ſemper ineſt clauſula: Si preces veritate nitantur, *per text.in c.2.de reſcript.Canoniſtæ communiter,cum gloſ.in c.ſuper literis.eod.tit.Gail.lib.1. obſervat.14.Petr.Frider.Mindan.lib.1.de proceſſib.cap.15.ubi iſtam exceptionem fuſius explicat.* (c) *Alexand.& Iaſon.in l.1.ff.de edend. & in §.omnium.Inſtit.de act.num.126* Fürſtl. Würtemb. ernewert Landtrecht/*part.1.t 23 §.* Item ſo die Clag/ ꝛc. *pag.110.* (d) *Oldendorp. in tract.de except.* Iſtâ exceptione reus utitur, ſi lis de eâ re, quæ deducitur in judicium, coram alio judice pendeat: quam litis pendentiam citatione emanatâ & ritè inſinuatâ in- 2 3

 duci

duci crebriùs placuit. *c. proposuisti. 19. de foro compet. Clem. 2. ut lit. pend. nihil innov. Mynsinger. cent. 4. observat. 26.* (e) *c. 1. de restit. spoliator. in 6. ubi asseritur, hanc exceptionem intra 15. dies probandam esse. Videatur etiam c. ultim. de ordin. cognit. & Kling. in c. cùm dilectus 2. ext. eod. t. nec non Ummius disputat. 8. de process. judiciar. thes. 4. num. 24.* (f) *Auth. præsente. C. de fidejuss. junctâ Novell. 4. cap. 1. ubi Cujac. Auth. sed hodie. C. de oblig. & act.* Quamvis id quoad ordinis exceptionem non admittat Gail. *libr. 2. observat. 27. num. 3.* (g) ut exceptio cautionis seu satisdationis, *de quâ suprà dictum, Decad. 6. conclus. 3. & seq.* Item exceptio appellationis non devolutæ, vel desertæ: *de quâ consulatur Gail. libr. 1. observat. 137. Mynsinger. centur. 3. observat. 89. & Zanger. in tract. de except. part. 2. cap. 18.* De exceptione, quæ minuendæ condemnationis gratiâ comparata est, vel ne quis conveniatur, nisi quatenus facere potest, quanquam dubitetur, dilatoriáne sit ea, vel peremptoria: arridet tamen Hugolini & Bart. sententia statuentium, dilatoriis eam rectè connumerari posse. *in l. un. §. cùm autem. C. de rei uxor. act. arg. l. quod nomine. 8. & l. seq. l. qui exceptionem. 40. in princ. & §. ult. l. cùm is. 32. §. 1. l. si quis jurasset. 43. l. si non sortem. 26. §. adeò autem. ff. de cond. indeb. arg. l. Marcellus. 66. ff. de reg. jur. pulchrè Zanger. d. part. 2. cap. 13.*

Porrò

V.

Porrò exceptiones, quæ circa actiones & judicia verſantur, de eo tantùm, quod noſtra intereſt, non de jure tertii, ex quo nulla cuiquam oritur exceptio, proponi debere legibus ſancitum eſt. 1

l.loci.4.§.competit,ff ſi ſerv. vend. l.ſi quis.8. §.1. C.de præſcript.30. vel 40. ann. Bart. Paulus Caſtrenſ.& alii in l 1. ff. de re judicatâ.& in d.§. competit, &c. Sic ut eæ (olim à Prætore dari ſolitæ, perinde atque actiones) hodie quibuſcunque verbis, ſcripto, vel abſque ſcripto, ſummariè, vel articulatim, etiam nudâ facti narratione, quâ jus exceptionis eliciatur, in judicium deduci queant. *Weſen.in Para.ff. de except.n.9. Bart in l.ſcire.13.§.oportet.n.5.ff. de excuſ.tut.Socin.Zaſius,& Dd.in l.1. ff.de except.per l.itaque 48.ff de procurat.& l.qui pendentem.62 ff.de act.empti.Caſtr.in.l.un.n.4.C. ut quæ deſunt Advoc. judex ſuppl.gloſ. in l.ſi un.28.§.pactus.verb.in pactis.ff.de pact.* Hac tamen ſervatâ differentiâ: ut dilatoriæ pleræque, & peremptoriarum illæ, quæ ſunt privilegiatæ (videlicet rei judicatæ, tranſactionis, juriſiurandi, &c.) ante litis conteſtationem: reliquæ verò poſt eandem regulariter proferantur & proponantur. *Weſen.d.ti.de except. num.10. l.ita demùm 13.C.de procurator.Dd.in l.ſi quidem 9.l penult.& l.fin. C.de except.c.1.de litis conteſt.in 6.ubi Philip. Franc. amplius 40.* 2 3

exceptiones privilegiatas enumerat. Cujac. lib.18.observat.cap.34. Marant.part.6.memb.9. num.12. Hanet. in tract. de judic.ord.tit.de except. Sichard. ad l.exceptionem.19 C.de probat. Bronehorst.cent.2. ἐναντιοφανῶν. *assert.80.edit.1. Treutler.vol.2.disput 26.thes.7. Reyger.de process judiciar. disput.4.thes.31. & seq. Rosbach.in process. judic.tit. 39. num.13. & tit. 40.num.4.* Fürstlich Würtemb. ernewert Landtrecht/ *part. 1. tit. 23.* §. Sollich / vnnd dergleichen/ꝛc. *pag.110.* Illud hîc attexere libet: exceptionem spolii post litem contestatam opponi posse, ad effectum sustinendi petitorii: *ut (contra Bartolum, ejusq; sectatores) ex mente Iasonis, Didaci Perez, Padillæ, & aliorum tradit Cavallos in speculo aur. opinionum communium contra commun. quæst. 239. argumento textus in clementin.1. de caus. possession. & proprietat.* Post in causâ verò conclusionem exceptiones (demptis paucis) non audiri; ut nec post sententiam, quæ transivit in rem judicatam, neque appellatione suspensa est, juris est manifestissimi. *c. cùm dilectus.9. de fide instrum. l.2. C. sentent. resc. non posse. l. sub specie. 4. C. de re jud. Marant. d loc. num. 17. & Wesenbec. d. n. 10. in fine. Atque huc spectant, quæ prolixè docui part. 2. disputationum mearum ad Institut. disput. 24. assert. 10. 11. 12. & 13. Eâdem de re consulatur Vmmius disput. 8. de process. judiciar. thes. 9.*

thes 9. num. 59. ubi plures recenset exceptiones, quæ sententiæ opponi possunt.

VI.

Et tantum de exceptionibus. Quæ sicuti ex æquitate adversus agentis impetitiones, summo jure nitentes, introductæ sunt his, qui ad judicium pertrahuntur: ita eâdem quoque adversus exceptiones objectas, allegatio quædam ab agentibus opponitur, quæ replicatio vocata est. *(a)* Hæcque nihil aliud est, quàm exceptionis, à parte agentis oppugnatio & exclusio. *(b)* 1 2

a) *§. 1. Inst. de except. & §. 1. Inst. de replicationib.* (b) *l. 2. §. 1. l. exceptio 22. §. 1. ff. de except. l. non exceptionibus. 10. C. eod. tit. Giphan. libr. 4. disputat. 47. thes 16.* Ac multiplicatur eadem, si contra eam reus duplicet. Nam duplicationi huic obiicitur actoris nova replicatio, quæ appellatur triplicatio: & contra triplicationem rursus quadruplicatio: & huic adversaria deinde quintuplicatio: ac sic deinceps multiplicantur nomina: dum aut reus, aut actor obiicit. *d. l. 2. §. illud. & §. seq. & ibi Zas. ff. de except. d. §. 1. & 2. Instit. de replicat.* Illud tamen observandum: quòd contra jurisiurandi & doli exceptionem, doli replicatio non admittatur. *l. adversus 15 ff de exceptionib. l. apud Celsum 4. §. Marcellus. 13. ff. de doli mali, & met. except. Donell. suo more latè libr. 22. Commentar. de jur. civ. c. ult. pag. 603.* 3

4 Infinitatis porrò vitandæ causâ, solet officio Judicis modus allegationibus imponi, aut de eo per compromissum conveniri, nempe ut duabus vel tribus scriptionibus utraque pars in causâ concludat. *l. 3. §. ult. ff. de testibus. Auth. Iudices. C. de judiciis.* Wesenbec. *in pr.*
5 *Instit. de replicat. numer. 4.* Sanè in Camerâ Imperiali hodie post replicationes, & duplicationes, sive triplicationes, quadruplicatio, vel ulterior disceptatio non facilè admittitur: sed utrinque in causâ concludendum esse, stylus ejusdem testatur. *Ordinatio Camer. parte 3. tit. 29 in fine. Mynsinger. in princ. tit. Institut. de replicationib. num. 2. & docui ego part. 2. disputat. 24. sub assert. 14.*

VII.

1 Hactenus præparatoria judiciorum, quib. quasi via quædam ad judicium ipsum informandum sternitur, explicata sunt. Deinceps igitur ad ipsa causæ merita, & principalis negotii disceptationem, quæ per litis contestationem ritè constituitur, progrediemur. (*a*) Si ergò reus exceptionibus litem differre, vel declinare non possit: proximum est, ut ad intentionem actoris respondeat, & litem contestetur. (*b*) Litis enim contestatio exordium, & quasi fundamentum quoddam, sive

ve lapis angularis judiciorum appellatur. (c)

a) *Robert. Marant. de ord. judic. p. 6. memb. 10. n. 1. Tancret. in tract. de ordinis judic lib 3. in pr.* (b) *Ordinat. Camer. p. 3. t. 13. §. 1. Gail. practicar. obs. lib. 1. obs. 73. n. 1.* (c) *arg. l. sed et si. 25. §. si ante litem. 7. ff. de petit. heredit. l. cùm fundus. 31. in pr. ff. de reb. credit. l. ubi. 30. ff. de judic. l. is, qui. 25. ff. de rei vind. l. unic. C. de litis cōtest.* Fürst. Würt. ernew. Landt. *p. 1. t. 25. pag. 113. gl. in c. ex part. 30. verb. litis contestatio. ext. de verb. sig. Mynsinger, centur. 3. observat. 74. Althusius libr. 2. Iuris Rom. cap. 27. Ioan. Emericus à Rosbach. de process. judiciar. tit. 49. num. 1. D. Bocer. class. 5. disputat. 19. thes. 8. Gail. d. lib. 1. observat. 75. num. 1. & 3. Vultejus lib. 2. Iurisprud. Roman. cap. 31. num. 10. ubi num. 2. ait, quòd litis contestatio sit judicii constitutio, facta affirmatione unius, & contradictione alterius litigantis.*

Nam ante contestationem neque litem esse, neque actorem petere, sed tantùm velle petere dicimus, *arg. d. l. unicæ. C. de litis contest. l. amplius. 15. ff. rem rat. hab. d. c. ex parte. 30. ext. de verbor. signif. & ibi glos. Gail. libr. 1. observat. 74. num. 2. Donell. libr. 13. Commentar. de jure civil. cap. 1. pag. 2. & libr. 24. capite 3. pag. 49. & ad l. 4. numer. 2. Cod. de pactis.* Unde etiam litis contestatione, 4
tanquam fundamento judicii, deficiente:

ad

ad testium productionem regulariter, & sententiæ definitivæ pronunciationem non procedituṛ. *toto tit. ext. ut lite non contest. &c. Gail. d. observ 74. num 14. & seq.* Itaque si vel judicis, vel litigantium consensu omissa illa fuerit: judicium ordinarium, tanquam substantiali suâ parte destitutum, ipso jure nullum erit. *l prolatam. 4. ubi Bart. & Dd. C. de sentent. & interloc. omn. jud. c. unico. ext. de litis contest. Mynsinger. d. cent. 3. observ. 74. Vant. in Rubr. de nullit. ex defect. process. num. 28. Termin. in process. jur. c. 31.* Cùm enim judiciorum solennia publicæ potissimùm utilitatis consideratione introducta sint: neque judicem, neque litigatores ea privato quodam consensu, vel pacto tollere posse manifestum est. *d. l. 4. C de sentent. & interloc. &c. Gail. d. observ. 74. nu. 9. Hanet. in tract. de judicior. ordine, part. 2. tit. de lit. contestat.* Quòd si tamen ex supremi Principis concessione, vel ex statuti formâ permissum fuerit: ut Judex ordinario, prolixóque processu omisso, summariè tantùm, & de plano, sine strepitu, & figurâ judicii de propositâ causâ cognoscat: eamque, ut sibi æquum visum fuerit, decidat: cognitio illa & decisio, etiam omissâ litis contestatione, valebit. *c. sæpè. ibi, litis contestationem non postulet. junctâ glos. ibid. de verb. signif. in Clement. Mynsinger. d. cent 3. observ. 74. num. 5.* Imò, si alias de causæ meritis ex prioribus actis Judici

dici constat: hujusmodi litis contestatio in prioribus instantiis omissa, in Imperiali Camerâ non attenditur: sed ad definitivam sententiam, lite tamen in appellationis causâ priùs contestatâ, nihilominus proceditur. *Ord. Camer. part. 3. tit. 32. §. 4. in fin. & § seq. item tit. 34. §. 1. Gail. d. lib. 1. observ. 75. num. 5. & seqq. & observ. 76. num. 2. Mynsinger. cent. 1. observ. 27. cent. 4. observ. 62. & seq. cent. 5. obser. 93. Respons. 2. num. 16. & seqq.* Hac verò per negligentiam fortassis in appellationis causâ omissâ, si conclusio facta fuerit: Judex ex officio factam conclusionem rescindit: & ad evitandam nullitatem litis contestationem denuò injungit. *Gail. d. observat. 76. num. 2. arg. totius tit. ut lite non contest. non procedatur, &c.* 9

VIII.

Fit autem litis contestatio tum propriè: cùm reus in causâ principali, coram competente Judice, negativè respondendo actoris intentioni reluctatur. (a) Sed hoc in loco non inscitè quæritur: an per negationem tantùm, non etiam per confessionem Rei litis contestatio facta videatur? Et sanè, cùm omnes fateantur: nullam inter eos litem, & controversiam existere, qui de re coram judice propositâ consentiunt: non equidem intelligo; cur adversarij simplici confessione 1 2

ne litis contestationem introductam esse, quisquam existimare debeat. *(b)*

a) *Conrad. Lagus Methodi part. 5. cap. 17. num. 6. Hostiens. in summa. de litis contest. nu. 1.* (b) *Lag. d part. 5. c. 17. num. 3. 4. & 5. Vultejus libr. 2. Iurisprud. Roman. cap. 31. num. 4. & 9. Donell. lib. 24 Commentar. de jure civil. c. 1. Bocer. class. 5. disputat. 19. thes. 16. Vmmius disputat. 12. de process. judiciar. thes 4 num 14. ubi & plures*

3 *alios allegat.* Ad eum sanè effectum, quo judex, factâ confessione, ad sententiam definitivam procedere, & reo solutionis intra certum diem faciendæ necessitatem injungere potest: non ineptè fortassis, minus tamen propriè, Rei confessione litis contestationem factam videri, quis dixerit. *Lag. d. loco. Vide etiam Marant. part. 6. de litis contest. num. 4. Specul. §. nunc dicamus. num. 11. eod. tit. Ferrar. in forma respons. rei conventi. in verb. non tamen. in addit. in princ. gl. in l. vnica. verb. Iudex. C. de litis contest. glos. c. vnici. in verb. responsiones ext. eod. tit. glos. in c. dudum. 54. §. li-*

4 *cet. verb. responsionem. ext. de election. &c.* Est porrò duplex litis contestatio: explicita, sive specialis: & implicita, vel generalis. *Althusius libr. 2. Iuris Roman. capite 27. Emericus à Rosbach. in process. judiciar. tit. 49. num. 11. & seq. Reyger de process. judic. disputat. 5. thes. 2.*

5 Explicitè fieri dicitur litis contestatio: cùm sigillatim ad narrationem, & petitionem a-

ctoris

ctoris in judicio propoſitam reus reſpondet. *c. cùm ad ſedem. 15. ibi. ad quæ reſpondit, ext. de reſtitut. ſpol. Speculat. in §. nunc dicamus. in pr. & num. 1. de litis conteſt.* Implicitè fit: cùm non ad ſingula libelli capita ſpecialiter, ſed generaliter ad omnia ſimul vnicum datur reſponſum: ut nego narrata, prout narrantur, & dico petita fieri non debere. *Ord. Camer. part. 3. tit. 3.* §. Vnnd nach dem. *Gail. libr. 1. obſervat. 73. num. 1. Specul. d. loco. num. 2. His adde l. unic. & c. unic. in f. C. & ext. de litis conteſt. Marant. part. 6. eod. tit. num. 3. & 4 Hoſtienſ. ext. eod. num. 2. Althuſ d. cap. 27. & Roſbach. d. tit. 49. num. 13.* Hodie certè pleriſque in locis, tam in ordinario, quàm in ſummario judicio, litis conteſtatio per ſimplicem negotii principalis narrationem, verbalemque petitionem, & ſubſecutam Rei reſponſionem introducitur: quã tamen in re cujuſque loci conſuetudinem, attendendam eſſe Practici teſtantur. *Mynſ. cent. 4. obſ. 62. Panormit. in c. in cauſis. 19. de ſent. & re jud. Vide fuſiùs hac de re diſputantem D. Bocer. claſſ. 5. diſput. 19. th. 19. & aliquot ſeqq.* Cùm ergo is, qui ſimpliciter ponit, nihil ab adverſario petere cenſeatur: manifeſtum eſt, per poſitiones, & reſponſiones ad eaſdem, litis conteſtationem non induci. *c. unico. & ibi gloſ. elegans. & Hoſtienſ. num. 2. & 4. ext. de litis conteſt. c. dudum. 54. verſ. licet autem. extr. de electior. & c.*

6 7 8

In

In Camerâ tamen Imperiali, & aliis Principum Consistoriis, ubi libellus plerunque articulatus, sive in certas positiones distinctus, cum annexa petitione exhibetur, contrarium usu receptum esse videmus. *Andr. Gail præfato lib. 1 observ. 73 in fine.* Nam oblato tali libello, in eventum reus litem contestari: & ad singulas deinde positiones, quæ quidem responsionem aliquam mereantur, distinctè, & explicitè respondere compellitur. *Gail d. observ. 73 num. 8. Ord. Cam. p. 3 t. 13. §. 1.* Distincta autem, & explicata litis contestatio ideò facienda est: ut cognito & explorato causæ statu, Judex scire possit: quomodo petitioni libello insertæ conformem, vel etiam pro reo, si ejus defensiones intentione actoris æquiores appareant, sententiam ferre debeat. *Daniel Venatorius in Analysi juris Pontificii. tit. de litis contest.*

IX.

Cæterùm non multùm refert; an litis contestatio statim post oblatum libellum, si ita reo videatur: vel ex intervallo, petitis ad deliberandum inducijs, subsequatur. (*a*) Sicut etiam tam in scriptis, quàm vivâ voce, *(b)* adversario præsente, *(c)* rectè introducitur.

a) *Argum. auth. offeratur. C. de litis contest. Sichard. ad rubric. dicti tit. C. de litis contestat. num. 4. fol. mihi. 138. col. 1.* (b) *Gail. libr. 1. observ.*

serv. 73. num. 1. Bocer. class. 5. disput. 19. thes. 31. vide Schvvanmann. lib. 2. de process. Cameral. cap. 13. num. 13. ubi ait, in Camera hodie litis contestationes plerunque in scriptis fieri, & responsionibus ad libellũ præfigi solere. (c) *Schenck. Baro lib. 1. progymnas. for. c. 7. Mar. p. 6. t. de litis contest. n. 7. Specul. §. quando. n. 5. d. t. Treutler. vol. 1. disput. 12. thes. 2. ad lit. c. Reyger in process. judiciar. disput. 5. thes. 2. lit. e. Mynsing. cent. 1. observ. 1. & observ. 38. Sichardus tamen utriusque partis præsentiam non requiri asserit. d. fol. 138. num. 3. & 4. Idem sentit Ioan. Baptist. Schvvartzenthal. in process. judic. libr. 2. act. 1. cap. 3. num. 4. Vide Bocerum istas opiniones conciliantem, d. disput. 19. thes. 30.* Nec prætereà 3
requiritur: ut animo litem contestandi se ad narrationem, & petitionem in libello propositam respondere velle, expressis verbis reus profiteatur. *Ord. Cam. part. 3. t. 13.* Vnnd nach dem. *ibi*, ob auch der *litis contestation. Sichard. d. fol. 138. num. 5.* Hoc enim animo respondisse semper præsumitur; nisi contrarium expresse fuerit protestatus. *Ferrar. in formâ respons. rei conventi. verb. non tamen animo litem contestandi. in addit. Specul. d. §. nunc dicamus. num. 17. de litis contest. Hostiens. eod. tit. num. 2. circ. fin. Marant. d. part. 6. membr. 10. de lit. contest. num. 10. Vultejus lib. 2. Iurispr. Rom. cap. 31. num. 6. Reyger. d. disput. 5. thes. 3. ad lit. a.* Quæ quidem protestatio litis contestatio- 4

nem impedit: nisi Judex ex justis causis, quod facere potest, litem contestari tergiversantem reum cogerit. *Mynsing. cent. 3. observ. 31. & observ. 74. num. 6. Marant. d. part. 6. de litis contest. num. 10. Rosbach. in process. judic. tit. 49. num. 21.* Et sanè, quòd reus compellatur præcisè litem contestari, contra Bartolum & Bologninum *in l. si finita. 15. §. Iulianus. 16. ff. de dam. infect.* tenet Baldus *in l. 1. quæst. 5. C. de lit. contestat. eamq; opinionem communem esse, & hodie approbatam, post alios, quos citat, testatum facit Hieronymus de Cævallos in Specul. aur. opinionum commun. contra commun.*
5 *quæst. 307.* Si quis tamen ex intervallo, non repetitâ protestatione, libello respondeat: litis contestationem factam esse rectè asseritur. *Ferrar. d. loco. in additionib. Gail. d. observat. 73. num. 6. Wurmser. lib. 1. practic. forens.*
7 *tit. 13. observ. 5.* Neque verò per principales tantùm personas, si legitimam in judicio standi personam habeant: sed etiam per procuratores, tutores, curatores, syndicos, vel actores litis contestatio ritè perficitur: nisi eorundem narratio, petitioque, vel responsio à clientibus revocetur. *c. cùm causam. 62. ext. de appellationib. toto tit. C. qui legit. person. stand. l. si procurator. 11. ff de doli mali, & met. except. l neque 11. C. de procurat. Speculat. d. §. nunc dicamus, num. 11. de litis contest.*

Planè,

X.

Planè, cùm per litis conteſtationem melior plerunque actoris, deterior verò Rei conditio efficiatur: procurator actoris ad eam conteſtandam totis viribus contendere: ſed Rei advocatus ad eandem retardandam, & differendam, operam, ſtudiumq; ſuum cõferre debebit. (a) Nam litis conteſtatio varios producit effectus. Actiones enim, tempore aliâs perituras, quadraginta annos durare facit: omnemq; præſcriptionem tam odioſam, quàm mixtam à reo inchoatam interrumpit. (b) 1 2

a) *Speculat. in §. quando. nu 6. de lit. conteſt. Haneton. in tract. de judicior. ord tit. de lit. conteſt. part. 2. pag. 24. fac. 2.* (b) *l. 1. §. 1. in f. C. de annal. except. l. finali. C. de præſcript. 30. vel 40. annor.* Fürſt. Würt. erneẃ. Landt *part. 1. tit. 25. §.* Vnd hat/ꝛc. *pag. 115. Gail. lib. 1. obſer. 74. n. 22. Specul. in §. effectus. n. 1. h. t. Vult. lib. 2. Iuriſpr. Rom. c. 31. n. 15. & ſeqq. Bocer. claſſ. 5. diſp. 19. th. 48. lit. e. Reyger in proceſſ. jud. diſp 5. th. 5. lit. e. Vm. diſp. 12. de proceſ. jud. th 5. n. 20.* Pœnales etiam actiones ex delictis, vel quaſi deſcendentes, lite cum reo defuncto conteſtatâ, contra ſucceſſores in ſolidum; aliâs in id tantum, quod ad eos pervenit, conceduntur. *§. non autem. 1. in f. Inſt. de perpet. & temp. act. l. unic. C. ex delict. defunct. in quant. hered. conven. Vide, quæ dixi ad pr. 1. Inſt. de obl. quæ ex delict. naſc. n. 20.* 3

4 Præterea litis contestatione inter ipsos litigatores quasi cõtrahitur. *l.3. §.idem scribit.11. ff. de pecul. Gail. d. observ. 74. num. 6. & 7.* & reus judicis, aliâs incompetentis, jurisdictioni subiicitur. *l. si quis. 7. l. ubi. 30. ff. de judiciis. l. cùm quædam. 19. ff. de jurisdict. c. inter. 20. & ibi glos. in verb. subeundo. ext. de sentent. & re judic.*

5 Post litis porrò contestationem exceptiones dilatorias ampliùs opponere reus non potest: nisi vel ante judicium cœptum protestatus fuerit: vel post acceptum judicium de novo eas emersisse, seque ad earum notitiam pervenisse, juramento demonstraverit. *d. c. inter. 20. ibi, ante litis ingressum. ext. de sent. & re jud. l. exceptionem. 19. C. de probat. l. 12. & 13. C. de except. c. pastoralis. 4. ext. de except. c. insinuante. 25. & ibi glos. in verb. postmodum. & Felin. num. 8. ext. de offic. & pot. jud. del. Asinius in prax. jud. §. 13. cap. 1. limit. 1. Wesenbec. in Paratit. ff. de exceptionib. n. 10. vide suprà conclusio-*

6 *nem. 5. num 3.* Tanta quoque contestationis hujusmodi vis & efficacia est: ut procuratores litium dominos efficiat: quibus invitis postea, neque in principalem, neque alium transferri lis poterit: nisi necessaria aliqua causa intercesserit. *l. procuratoribus. 22. & l. seq. C. de procurat. l. post. 17. & ll. seqq. ff. eod. c. quamvis. 2. de procurat. in 6. Gail. d. observ. 74. num. 10. Bocer. d. class. 5. disput. 19. thes. 48. lit. f. Rosbach. de proceß. judiciar. tit. 49. num. 32.*

Deni-

Deniquehoc modo judicis officium circa id, 7
quod intereſt, damna, ſumptus, fructus, reliquaſque acceſſiones, judicio jam conſtituto emergentes, confirmatur. *l. ædiles. 25. §. 8. verſ. cæterum. ff. de ædil. edict. Menoch. de recup. poſſeß. remed. 1. num. 419. Mynſinger. cent. 4. obſervat. 55. Reyger prædictâ diſputat. 5. theſ. 5. ſub lit. E.* In aliis prætereà multis juris articulis litis conteſtatæ tempus inſpicitur: *de quibus vide l. litis. 37. ff. de negot. geſt. l. vinum. 22. l. cùm fundus. 31. in princ. ff. de reb. cred. l. final. C. de uſur. & fruct. legator. &c.*

CONCLUSIONUM CONTROVERSARUM, EX PROCESSU JUDICIARIO UNIVERSO DELIBATARUM,

DECAS VIII.

DE JURAMENTO calumniæ; de Probationibus in genere; de Positionibus & Articulis disputans.

CONCLUSIO I.

LITIS contestatione factâ, regulariter ad juramenti calumniæ vitandæ præstationem proceditur: *(a)* quod nonnulli in generale, *(b)* & speciale *(c)* distinguunt.

a) *Glos. in rubric. tit. de juram. cal. in 6. Ord. Cam. part. 3. t. 13. §. 2. Ioan. Emeric. a Rosbach. in process. judic. tit. 50. num. 1. & 2. ubi ait, jura-*

men-

mentum calumniæ, eſſe credulitatis juramentum, quod litigantes præſtant de conſcientia & bonitate cauſæ, quam habere opinantur. l. 2. in princ. C. de jurejur. propt. calum. dand. §. 1. Inſtit. de pœna temer. litigant. tot. tit. ext. de juramento calum. Vide etiam D. Bocerum claß. 5. diſputat. 8. theſ. 19. ubi inter cætera dicit: juramentum calumniæ in exordio litis, ſtatim poſt litis conteſtationem, præſtari. Adde Iliconem Ummium diſputat. 12. de proceß. judic. theſ. 7. num. 30. ubi aſſerit, hoc juramentum nihil eſſe aliud, quàm juramentum à litigantibus ſuper causâ bonâ fide ſuſceptâ, & deinceps proſequendâ præſtandum. (b) Generale ſemel tantùm, & generaliter ad totam cauſam, litigantium altero, vel Judice petente præſtatur: quo quis jurat, ſe bonâ fide, non calumniandi animo, actionem vel defenſionem inſtituere: ſed litem vel contradictionem juſtam ſibi videri: quòdque interrogatus verum reſpondere, & ſcienter falsâ probatione non uti, neque dilationem malitiosè petere velit: neque quicquam in fraudem corrumpendi alicujus gratiâ dederit, aut promiſerit; vel poſtea per ſe, aut alium idem facturus ſit. *gloſ. in cap. 2. in verb. malitiæ. de juram. cal. in 6. Authent. hoc ſacramentum. Cod. de jurejur. propt. cal. l. juſiurandum. 34. §. 4. ff. de jurejur. l. de pupillo. 5. §. 14. ff. de novi op.* 2

 nun-

nunt. l. 2. in princ. & §. sed quia. 4. C. de jurej. prop. cal. dan. Auth. in isto. & auth. principales. C. d. t. gloss. in cap. 1. in verb. calumniæ. ext. eod. t. Tancret. in tract. de ord. judic. t. de juram. calum. Cæterùm formulam hujus juramenti vide in Ord. Cam. part. 1. t. 65. & Fürstl. Würtemb. Hoffgerichts Ord. *p. 1. pag. 25. tit.* Der Eydfür Gefährde. *Eandem recitat D. Bocerus d. disputat. 8. thes. 20.*

3 (c) Juramentum calumniæ speciale (quod alio nomine, malitiæ non committendæ jusiurandum appellatur. *Cujac. ad c. penult. ext. de juram. calum. Bocer. d. disput. 8. thes. 27. lit. d. per c. præsentium. 31. ext. de testib.*) non tantùm semel, sed quoties Judici æquum visum fuerit; tam ante, quàm post litis cõtestationem; juramento calumniæ generali præstito, vel non præstito; etiam ab invitis litigatoribus rectè exigitur. *d. c. 2. §. in omnibus. de juram. cal. in sexto. l. 1. in princ. ibi, nisi priùs. C. de jurej. prop. cal. dan.* Fürstlich Würtemb. ernewert Landtrecht/*part. 1. tit. 62. pag. 116. item tit. 27. pag. 118. Gail. lib. 1. observ. 87. num. 3. Hanet. in tract. de judicior. ord. t. de juram. cal. pag. 28. Arnold. de Reyger. in process. judiciar. disput. 5. thes. 7. vide Emericum à Rosbach. d. tit. 50. num. 3. & 4.*

II.

1 Jure civili neque expresso partium consensu, neque per dissimulationem hoc juramentum remitti posse videtur: sed tenetur

Judex,

Judex, etiamsi per litigatores petitum non fuerit, illud exigere; & sub pœnâ legibus constitutâ ad ejus præstationem partes compellere.

l. 2. §. sed quia. 4. C. de jurejur. propter calum. dando. ibiq; Sichardus num. 10. Treutler. vol. 1. disput. 21. thes. 3. sub lit. c. in fin. D. Bocer. class. 5. disput. 8. thes. 22. lit. d. Quòd si litigatores jurare noluerint: per Judicis sententiam actor ab institutâ actione suâ repellitur: reus autem instar confessi condemnatur. *Authent. principales. §. si quis. 5. C. de jurejur. propt. cal. dand. c. cùm in causa. 7. inf. & ibi glos. ext. de juram. cal. Gail. lib. 1. observ. 86. num. 1.* Sed jure pontificio propter tacitam ejus juramenti omissionem, judicialis processus, aliâs legitimè factus, non irritatur: nec cogitur Judex ante petitionem, à partibus factam, litigatores hac periculosâ præstandi jurisiurandi religione prægravare. *c. 1. vers. propter. de juram. calum. in 6. Vult. ad princ. tit. Instit. de pœn. temer. litig. num. 11. Marant. de ord. judic. part. 6. membr. 10. de juramento calum. num. 2. König in process. judic. part. 3. cap. 17. & 19. in fin. Wurmser. lib. 1. practic. forens. tit. 14. observ. 2. Borcholt. in Commentar. de jurejur. c. 7. nu. 31.* Imò in summo Germanici Imperii Consistorio, licèt in prioribus instantiis à partibus exactum, & fortassis ex fori quadam consuetudine (quæ rara hodie non est) præstitum non

(margin: 2, 3, 4)

 sit:

sit: tamen processus ob id in nihilum non redigitur: sed, hac omissione non obstante, in principali causâ pronunciatur, *teste Andrea Gail.d.lib.1.observ.84 num.3.& 4.* Consuetudine enim, perjurii evitandi causâ, vel etiam Principis rescripto hoc juramentum tolli posse, non dubitatur. *Socinus in c. caterum.5. num.8.de juram.calum. Gail.d. lib.1. observ.85. num.4. Bald.in l.si post perfectam.24.num.1.C. de evictionib.* Idem tamen juramentum in Cameræ Judicio petitum omitti non potest: adeò, ut si eo exacto & non præstito, in causâ conclusum sit; ex officio facta conclusio rescindatur: & partibus, ut exactum juramentum sub pœna propositâ præstent, per interlocutoriam Judicis sententiam injungatur. *Gail.d.observ.84.num.6.lib.1.*

III.

De vitandâ autem calumniâ non ipsæ tantùm personæ *(a)* principales jurare solent, actor primùm, deinde reus: *(b)* sed etiam tutores, curatores, *(c)* syndici, œconomi, *(d)* & alii, qui rei alienæ â lege vel judice sibi concessam habent administrationem. *(e)*

a) *c.1.in pr.ibi, personæ principales.ext.de jur. cal. l. 2. in pr. ibi. principales personæ. Authent. principales.in pr. C.de jurejur.pr.cal.dan.* (b) *d. l.2.in pr.ibi, & actor quidem.C. d. t.* Neq; verò solùm actor & reus; sed & utriusq; heredes de

vitan-

vitanda calumniâ jurare debent, *d. auth. principales. ubi gl. in verb. migraverit. C. de jurejur. propt. cal. dan.* Eſt enim hoc juramentum non de veritate, ſed de credulitate; adeoq; per heredes ſalvâ conſcientiâ præſtari poterit. *Weſenbec. in Paratit. C d. tit. n. 6. Giphan. diſput. ad Inſtit. 49. theſ. 5.* (c) *d. Auth. principales. §. 6. d. l. 2. §. 2. C. eod.* (d) *d. c. 1. ubi gl. in verb. defenſoribus. c. 3. 4. 6. 7. ext. de juram. cal.* (e) *l. Orphanotrophos 32. C. de Epiſcop. & Cler.* Procuratores quoque & advocati, ſpeciale mandatum habentes, non tantùm in domini principalis, ſed etiam in propriam animam jurare coguntur. *cap. 3. & ibi gloſ. in verb. in animam jurantis. c. ult. & ibi gloſ. in verb. per te ipſum. ext. de jura. calum. c. præſentium. 2. ibi, nomine ſuo, & in animas conventuum. ubi gloſ. de teſtib. in 6. cap. 2. §. procuratores. & ibi gloſ. de jur. cal. in 6.* Fürſtlich Würtemb. ernewert Landtrecht / *part. 1. tit. 26. pag. 117. §.* Vnnd ob ein *Procurator, &c. cum §. ſeq. Gail. lib. 1 obſervat. 83. & 88. num. 1. & obſervat. 89. num. 1. Ord. Camer. parte 1. tit. 65. gl. in d. Authent. principales. in verb. migraverit. C. de jurejur. propt. cal. dand. Marant. de ordin. judic. part. 6. membr. 10. tit. de juram. calum. num. 8. Hartmann. Hartmanni. libr. 2. practic. forenſ. tit. 10. obſervat. 2. num. 2. & ſeqq. Wurmſerus libr. 1. tit. 5. obſervat. 8. Joachimus à Beuſt. ad Rubr. tit. de jurejur. numer. 104. Roſbach. in proceſſ. judic.*

tit. 50.

tit.50. num.5. Rulant. lib. 2. de commiß. cap.14. num. 9. Cævallos in specul. aureo opinion. commun. contra communes. quæst. 498. Adde Petrum Friderum Mindan. in præfatione sive Epistola dedicator. lib. 1. de proceß. & mandat. ubi procuratorum quorundam improbitatem, & in jurando (propter exiguum & turpe sæpissimè lucellum) levitatem, cum summo animæ discrimine conjunctam, acriter reprehendit: ac procuratoris cujusdam, in agone mortis sæpius hanc querelam (ô juramentum calumniæ!) iterantis exemplum refert. An verò contumacia procuratoris, de calumnia jurare nolentis, domino, vel ipsi procuratori nocere debeat, anceps & valdè dubia est quæstio? Ego in causis magni præjudicii domini conditionem, si ipse culpâ careat, meliorem esse: procuratorem autem jurare nolentem pecuniariâ pœnâ afficiendum, vel etiam audientiam ei denegandam esse, existimo. *cap. 1. in fine. & ibi glos. elegans & singularis. in verb. procuratoris. ext. ut lit. non contest. Gail. d. observ. 89. lib. 1. Rutg. Rulant. d. lib. 2. cap. 14. num. 15. Treutler. vol. 1. disput 9. thes. 12. ad lit. d. Pacius disput. 24. thes. 14. Gœdd. vol. 2. disput. 2. thes. 8. Emeric. à Rosbach. d. tit. 50 num. 15. Reyger in proceß. judiciar. disput. 5. sub conclus. 9. ad fin.* Advocatus tamen ex officio datus, & Fisci procurator, recepto quodam more, ad ejusdem jurisiurandi præstationem non compelluntur. *Gail. d. lib. 1.*

d. lib. 1. observ. 90. num 4. & d. observ. 88. nu. 3. & seqq. Mynsinger. cent. 1. observ. 74. Treutler. d. vol. 1. disput. 21. thes. 4. ad lit. d. Obrecht. in tract. de juram. cap. 6. num. 30. & seqq. Gravæus lib. 1. conclusion. practicar. conclus. 90. num. 2. cum seqq. vide Ummium, plures diversimodè sentientes citantem, disputat. 12. de processu. judiciar. thes. 8. num. 33. Sic parentes, & patroni cum li- 5
beris & libertis suis litigantes, ab eodem juramento immunes esse censentur. *l. de die. 8. §. jubetur. 5. ff. qui satisdare cogant. l. licèt. 7. §. 3. ff. de obseq. parentib, & c. l. qui bona fide. 13. §. sed si eius. 14. ff. de dam. infect. l. si patronus. 16. & l. jusiurandum. 34. §. qui jusiurandum (juxta Noricum Codicem) ibiq; Gothofred. ff. de jurejur. Cujac. lib. 9. observat. 37. post medium Obrecht. d. cap. 6. num. 21. & seqq.* Interim tamen haud statuendum est, idem juris esse in liberis & libertis, quasi & hi juramentum calumniæ subire non debeant. Tum quia leges, sine quibus nihil affirmandum, hìc deficiunt: tum quia non eadem ratio est in libertis & liberis, quæ parentes & patronos ab istius juramenti præstatione immunes fecit. Sanctior enim & honestior persona parentis patronivé liberis libertisvé esse debet, quàm ut debeant suspicari, illos quicquam calumniandi animo attentaturos esse. *d. l. licèt. 7. §. 4 cum seq. ff. de obseq. parentibus, &c.* Id quod in casu converso dici non potest, nec debet, *Iason in d. l. jusiurandum.*

randum.34.§.qui jusiurandum.4.nu.4.ff.de jurejur. quem cum aliis refert & sequitur Ummius d.disp.12.thes.8.nu.35. Vasalli quoque &
6 proprii homines, ut vocantur, idem à dominis suis juramentum, propter reverentiam, petere prohibentur. *per textum in tit.33.§.in quibus. lib. 2. feudor.* ubi apertè dicitur, quòd neque vasallus à domino, neque dominus à vasallo (forsitan propter arctissimum vinculum, quo invicem obligati sunt, summumq; honorem, qui utrinq; debetur) juramentum calumniæ exigere possit. *Graveus d.lib.1.conclus.84.nu.12.Borcholt.de feud.c.10.num.39. Rosenthal.de feud.cap.12 conclus.49. Vult.lib.2.de feud.c.3.num.6. Ummius d. disput.12.thes.8.num.36. Conrad. Rittershus. libr.2 partition. feudal. cap.1. quæst.12. & capite 9. quæst.29. Idq; Sichardus se in Camerâ obtinuisse refert ad Rubr. tit. C. de bonis libertorum, &c. fol. mihi.*
7 *669.col.2 nu.7. & seq.* Præstatur autem calumniæ juramentum hodiè in omnibus caussis, sive civiles, sive criminales, sive mixtæ, sive profanæ, sive spirituales fuerint. *glos. in c.1.in verb.criminali. extr. de juram. cal. l.1. ibi, in omnibus caussis. & ibi glos. in verb. quicquam. l.2. in princ. ibi. in omnibus litibus. C.de jurejur.pr. cal.dan. Iulius Clar. lib 5 sentent. §.fin. quæst.18. num.3. Bocer. class.5. disputat. 8. thes.23. lit.f. Petrus Gregor. Tholos.lib.48. syntag.cap.7.num.3. pluresq; alii, quos retuli ad princip. tit. Instit.de*

publie:

public. judic. num. 11. glos. in c. literas. 2. in verb. literas. & verb. spiritualibus. ext. de jurament. calum. cap. 1. & ibi glos. elegans. eod. tit. in 6. c. cùm dilectus. 32. & ibi glos. in verb. juramento. ext. de election. & c. Haneton. in tract. de judicior. ord. parte 2. tit. de jurament. calum. pagina 28. Schenck Baro libr. 2. progymnas. capite 8. Arnold. de Reyger d. disputat. 5. thes. 10. Quibus novissimè accedit Ummius d. disputat. 12. thes. 10. num. 44. & seq. ubi utramque in partem plura cumulat.

I V.

Factâ ergo litis contestatione, & præstito calumniæ juramento: tam actori *(a)* intentionem in libello comprehensam, quàm reo *(b)* nonnunquam exceptionem oppositam probandi onus injungitur.

a) *l. qui accusare. 4. Cod. de edendo. l. frustrà. 8. l. actor. 23. Cod. de probation. l. 2. ff. eod.*
(b) *l. exceptionem. 19. Cod. de probation. l. 1. ff. de except. Tancred. in tract. de ord. judic. libr. 3. tit. de probationibus.* Probatio autem rectissimè definitur, intentionis dubiæ per argumenta ostensio. *glos. Bartol. Azo, Sichard. & alii ad Rubric. Cod. de probat. Wesenbec. in Parat. ff. eod. numer. 2. Arnoldus de Ryger in proceß. judiciar. disputat. 6. thes. 1. Adde Fulvium Pacianum in tract. de probationib. lib. 1.*

lib. 1. cap. 3. ubi decem probationis definitionis enumerat, & tandem Lectori, quam amplecti malit, liberum relinquit. Et sanè consuetudine passim receptum est: ut tam actor, quàm reus ad intentionis suæ probationem simul admittantur. *Vide Guilielm. Hanson. in tract. de judic. ord. parte 2. tit. de positionibus. pag. mihi 59.* Regulariter enim ei, qui vel agendo, vel defendendo, sive excipiendo aliquid affirmat, probatio incumbit. *d. l. 2. l. si pactum. 9. & l. in exceptionibus. 19. ff. de probationib. & l. 1. ibiq; Donell. C. eod. & l. si quidē. 9. C de exceptionibus. Mascard. vol. 1. de probationib. quæst. ult. & conclus. 36. Vmmius disput. 15. de process. judic. thes. 2. num. 7.* Is autem, qui intendit, etsi fateatur, se id probare non posse: onus tamen probandi in adversarium hac ratione non transmovet: sed reus, etsi nihil ipse præstiterit, est absolvendus. *d. l. actor. 23. C. de probationibus. d. l. qui accusare. 4. Cod. de edendo.* Ratio est: quia actor certus esse de re, de qua actionem instituit, & antequam agat, diligenter omnia explorare potest. Et ideo si incertus, & nondum exploratis causæ argumentis agit: sibi potius imputet, qui leviter in judicium procurrit, quàm reum ad probandum cogat, qui præter spem in judicium fuit tractus: & in cujus potestate non stetit, quando litigio pulsaretur, *ut loquitur Constantin. Imp. in l. petendæ. 6. §. 1. C. de*

C. de tempor. in integr. restit. &c. Vide Rittershus. lib. 2. partition. feudal. cap. 10. quæst. 19. Sed 7
& factum negantis, quatenus simpliciter inficiatur, nulla est probatio. *d. l. actor. 23. C. de probat. & ibi Gothofred. Wesenbec. in Paratit. ff. de probationib. num. 6.* Quatenus verò reo incumbat onus probandi: cùm non purâ negatione factum inficiatur, sed tale quid negat, cujus præsumptio possit esse ejus negationi contraria: abundè explicat *glos. in c. ult. 6. q. 5. Ummius. d. disput. 15. thes. 2. num. 8. cum seqq. Et de totâ hac quæstione vide elegantissimam D. D. Georgii Obrechti Disputationem, de probatione negationis.* Cæte- 8
rùm omnis probatio vel in facto, vel in jure demonstrando consistit. Etenim in judiciis vel jus, vel factum est controversum: quia vel jus, vel factum ab adversario negatur. Ex quo utrumque probatione indiget. *Obrechtus in disputat. 1. de probat. in genere. thes. 24. & seq. Videatur Arnold. de Reyger d. disput. 6. thes. 4.*
Jus in facto, sive propositâ facti specie, inge- 9
nio, doctrinâ, diligentiâque advocati, vel ex publicarum legum & canonum; vel consuetudinum & statutorum authoritate; vel argumentis denique ex ipsâ rerum naturâ, rationeque deductis, ostenditur. *Conrad. Lagus Methodi part. 5. cap. 19. num. 18.* Factum autem 10
non solùm propriâ adversarii confessione, testibus, instrumentis, aliisque antiquis mo-

nimentis, & jurejurando; sed etiam communi famâ & opinione, publicarum personarum denuntiatione, præsumptionibus, signis & indiciis probari potest. *Lagus d. loco. Mascard. de probationib. d. vol. 1. conclus. 103. & seqq. & vol. 2. conclus 732. & seq.*

V.

1 Cùm confessio Rei, in judicio, adversâ parte præsente, facta, firmissimam & liquidissimam faciat probationem: idcircò litigantes ad eam per positiones, sive articulos suos eliciendam, primò omnium confugiunt. (*a*)

2 Quam quidem probandi rationem, ad faciliorem litium expeditionem, usu longævo in causis passim receptam, Pontifices ipsi approbarunt: &, quod hodiè pleræque Curiæ sequuntur, etiam in posterum observari voluerunt. (*b*)

a) *arg. l. Iulianus. 3. l. qui Stichum. 5. & l. seq. ff. de confessis. l. unic. C. eod. l. si confessus. 5 ff. de custod. & exhibit. reor. l. qui de inofficioso. 20. in fin. ff. de inoffic. testam. Haneton. in tract. de judicior. ordin part. 2. tit. de positionib. pag. 59. in fin. Mascard. vol. 1. de probationib. conclus. 348. & seq. D. Bocer. class. 5. disputat. 20. thes. 4. ad lit. a. & b.* (b) *c. sæpè. vers. & quia positiones. de verb. sign. in Clement. c. dudum. 54. vers. partibus ergo. de electione. & c. unic. de litis contestat.* Fürstl. Würtemb. ernewert Landtrecht / *part. 1. tit. 28.*

dic

pag. 119. & seq. Ummius disput. 13 de process. judic. thes. 1. num. 1. Emeric. à Rosbach. in process. judiciar. tit. 51. num. 6. Judicio igitur hoc modo constituto: actor, ejusvé procurator libellum; certis quibusdam articulis ab initio distinctum; positionum loco repetit: & additionales articulos, si quos habet, omnes simul proponit. *Ord. Camer. part. 3. tit. 14. §. 1. & penult. Mynsinger. centur. 5. observat. 88. num. 1. Gail. lib. 1. observ. 79. num. 3.* Nec enim principales tantùm personæ; sed earum etiam advocati, & procuratores speciale ad hoc mandatum habentes, positiones & articulos conficere; iisdemque sibi oblatis respondere possunt. *arg. c. finalis. ext. de confessis. Ferrar. fol. mihi. 128. col. 2. Tancred. in tract. ord. jud. lib. 3. t. de interrogationib. post juram. de cal. faciendis. ubi dicit, consuetudine, quæ est optima legum interpres, observari: ut advocati forment positiones, &c.* Si verò ab initio non articulatus libellus (quod tamen hodiè in Imperiali Camerâ omnino faciendum est. *Gail. d. lib. 1. observat. 79. num. 3.*) sed summariùs tantùm fuerit exhibitus: actor positiones suas ex substantiâ, & visceribus quasi propositi libelli, ad adversarii confessionem eliciendam decerptas; & de facto, non de jure conceptas, intra terminum à Judice præfixum (siquidem post elapsum illum terminum

3 (margin, line "judiciar. tit. 51 …")
4 (margin, line "Gail. lib. 1 …")
5 (margin, line "tiones, &c. …")

pars adversa positionibus illis respondere non tenetur, *Speculat. tit. de dilationib. §. ult. Mynsinger. cent. 1. observ. 34.)* in scripturam redactas, numerisque distinctas exhibere tenetur. *Ord. Camer. part 3 tit. 14. §. 2. Mynsing. cent. 5. observ. 88. num. 3. Arnold. de Reyger in*
6 *process. iudic. disputat. 5. thes. 13.* Idque juramento Ponentium, sive Dandorum articulorum interveniente fieri debet: quòd nimirum actor non calumniosè, sed sui juris conservandi causâ positiones hujusmodi, sive articulos produxerit. *Gail. d. observ. 79. nu. 10. Ord. Cam. part. 1. tit. 69. & seq. cap. 2. ubi glos. & Philipp. Franc. num. 3. tit. de testib. in 6. D. Bocer. d. class. 5. disput. 20. thes. 9. lit. b. Formulam hujus juramenti videre est in Iure renovato Topico Württembergico d. part. 1. tit. 28. pag. 121.*
7 *& seq.* Obiter hoc in loco notandum est: quòd positiones, propriè sic dictæ, ad ipsius adversarii confessionem eliciendam: articuli verò, ex negatis à reo positionibus confecti, ad probationes per testes, & alia documenta, faciendas proponantur. *Marant. de ord. judicior. part. 6. de positione, seu articulor.*
8 *product. num. 1. & 2.* Quæ tamen differentia ex communi quadam judiciorum consuetudine, maximè in Imperiali Camerâ tam accuratè non observatur: ubi articulorum appellatione positiones frequenter designantur. *Gail. d. observ. 79. num. 2. & 3. lib. 1. Emericus à*

Ros-

Rosbach. d. process. judic. tit. 51. num. 4. Ummius d. disput. 13. thes. 1. num. 3.

VI.

In conficiendis positionibus, totius causæ 1
principalis circumstantiæ ita sunt proponendæ, & urgendæ: ut ad eas respondens adversarius, etiam invitus sese propriâ suâ confessione prodere cogatur: ejusque deliberatio insidiosâ quadam facti commemoratione præcipitetur.

Conrad. Lagus Methodi part. 5. cap. 21. nu. 2. Arnold. de Reyger in process. judiciar. disput. 5. sub thes. 3. circa finem. Quod ut commodius 2
perficiatur: plurimùm refert, uniuscujusque actionis in judiciũ deductę causam & modos, quibus ea constituitur, exactè tenere. Nam ut realem actionem propositurus, titulum, traditionem, vel præscriptionem, quâ dominium rei, quam petit, adeptus sit, exprimere debet: ita, qui personalem actionem intendere cupit; contractum, vel delictum, ex quo actionem sibi competere existimet, designare tenetur. *Lagus & Reyger prædictis locis.* Istis 3
oblatis positionibus vel articulis diligenter, accurateque examinatis: judex, num admittendi, vel reijciendi sint, interlocutoriâ suâ sententiâ declarabit. *Andr. Gail. lib. 1. observat. 81. num. 1. & 14. Reyger. d. disputat. 5. thes. 15.*
Et sanè evidenter, manifesteque impertinentes 4
& irrelevantes articulos, ne cum clausu-

là quidem (salvo jure impertinentium, & non admittendorum) admittere debet. *Gail. d. observat. 81. num. 2. & 3. Specul. tit. de position. § sextò. num. 16. & §. septimò. num. 4. & 6. Rutgerus Rulant. lib. 5. de Commissar. cap. 5. num. 6.*
5 Imò ex officio, reo etiam non petente, neque citato, eosdem potest reiicere. *Gail. d. observat. 81. num. 17. allegans Port. lib. 1. commun. opinio. conclus. 43. in 37. limitatione. & Panormit. in c. 2. num 16. de testib. vide etiam Sichard. ad l. neque. 10 num. 8 C. de probat.* Et certè impertinentes articulos non admitti, rationem hanc æquissimā habet: ne lites malitiosè, & in adversæ partis præjudicium protrahantur, *arg l. 1. & t. t. C. de jurejur. propt. cal. dan. & l. 1.*
6 *C. de dilationibus.* Quòd si tamen fortè impertinens articulus pertinēti conjunctus sit: hujus favore toleratur, *secundùm Ioan. Andreæ. & alios in c. final. de confess. in 6 Fr. Viu. lib. 2. cōmun. opin. 233. verb. positio. D. Obrecht.*
7 *disput. 3. de probat. thes. 190.* Dicuntur autem impertinentes, & irrelevantes articuli: qui ex substantiâ, & corpore libelli benè formati desumpti non sunt: ob eamque causam neque directò, neque per indirectum, quoquo modo causæ principali, etiam per confessionem adversarii, vel testes & instrumenta probati, adminiculantur. *Gail. d. lib. 1. observat. 81. num. 4. & 5. Mynsinger. cent. 5. observ. 88. nu. 3.*
8 Si verò de iis dubitet Judex, utrùm sint perti-
nen-

nentes, nec ne: cum prædictâ clausulâ eos admittere: & terminum ad respondendum ponentis adversario præfigere solet. *Bald. consil. 143. num. 5. vol. 2. Afflict. decis. 33. Gail. d. observat. 81. num. 9. lib. 1. Vultejus libr. 2. Iurisprud. Roman. cap. 31. numer. 29. Rosbach de process. judiciar. tit. 51. num. 31. Bocer. class. 5. disputat. 20. thes. 12.* Hoc enim casu tutius & consultius est: superfluum admittere, quàm necessarium reiicere. *Speculat. d. tit. de position. § septimò. numer. 8. Gail. d. loco.*
Illius autem clausulæ (*salvo jure impertinentium, & non admittendorum, has positiones admitto*) effectus sunt: ut positio, vel articulus impertinens pro non admisso; & probationes, responsionesque super eodem factæ, pro nullis habeantur. Sibi enim pars imputare debet, quòd impertinentia, & ad propositum minimè spectantia protulerit. *Mynsinger. centur. 2. observat. 56. Gail. d. observat. 81. num. 12. & seq. & alii per eos citati. Adde Antonium Quettam consil. 46. num. 17.* 9

X.

Producens positiones propriè sic dictas (aliud enim in articulis observatur) omnia confiteri censetur, quæ in illis continentur: adeò, ut talem confessionem in judicio factam revocare nequeat: nisi errorem commissum legitimè probaverit. 1

arg. l. cum precium. 9. C. de liberal. caus. l. 2. C. de instit. & substit. glos. in c. 1. de confess. in 6. Gail. lib. 1. observ. 79. num. 6. & 7. D. Collega Bo-
2 *cerus class. 5. disput. 20. thes. 8.* Sicut enim ponens, per adversarii confessionem, ab ulterioris probationis onere relevatur: ita vicissim æquũ est; ut respondens ponentis asseveratione, juramento Dandorum interveniente, ponendo, non interrogando factâ uti possit. *l. si filius. 12. in fin. ff. de interrogat. in jur. fac. Haneton, in tract. de judic. ord. part. 2. tit. de po-*
3 *sitionibus. pag. 60.* Positionibus hoc modo propositis, & à judice admissis: reus intra terminum præfixum exceptiones suas, sive defensionales, peremptoriales, & elisivos articulos, industriâ & consilio advocati sui confectos, opponit. *Ord. Camer. part. 3. tit. 15. §. 1.*
4 Si nullos habet; singulis positionibus sub jurisiurandi respondentium, sive Respondendorum articulorum, religione; purè, clarè & simpliciter, per verbum credo, vel non credo, respondere tenetur. *Ord. Camer. part. 1. tit. 71. 72. 73. & part. 3. tit. 15. §. 1. §.* Zum andern. *& seqq. Gail. libr. 1. observat. 82. num. 1. & seqq. Mynsinger. cent. 1. observ. 86. Bocer. prædicta disput. 20 thes. 13. & 24. Formula juramenti Respondendorum extat in Iure renovato provinciali Würtembergico part. 1. tit. 30. pag. 125.*
5 Quâ de causâ, si articulum, vel positionem multiplicem in uno loco veram, in alio autem

tem falsam esse intelligat: distinguendo ad eam respondere jure compellitur. *Ord. Cam. part. 3. tit. 15.* §. Zum andern. *in fin. Gail. d. observat. 82. num. 11. 15. & aliquot seqq. ubi distinguit. Mynsing. cent. 2. observat. 55. Ferrar in formâ position. actor. verb. ponens ac dividens. in addition.* Hinc est: quòd passim advocati positio- 6
ni, plura in se capitula complectenti, subnectant: hoc ponimus conjunctim & divisim, petentes conjunctim & divisim responderi. *glos. in c. si post 2. in verb. rationabili. de confessis. in 6. Haneton. d. tit. de positionib. pag. 61.*

VIII.

Ad articulum juris, quod certum est, ne- 1
mo respondere compellitur: quamvis in consuetudinis positione, quæ quoad actus, ad consuetudinem introducendam requisitos, facti plurimum in se continet, contrarium observetur.

Ord. Cam. part 3. tit. 15. §. Zum andern. *Gail. lib. 1. observ. 82. num. 13. & seq. Mynsing. cent. 5. observat. 88. num. 4. & 5. Sichard. fol. mihi. 102. col. 2. num. 18. item fol. 110. col. 1. num. 16. Ferrar. in form. excip. contra posit. verb. potiùs in jure, quàm in facto, &c.* Idem etiam in cæteris ferè 2
omnibus articulis, scilicet impossibilibus, negativis, facti alieni, superfluis, æquipollentibus, impertinentibus, in dubio à judice sub clausulâ (*salvo jure impertinentium, & non admittendorum*) admissis, ad ambages & frau-

des advocatorum evitandas, litesque citiùs finiendas, in Imperiali Camerâ hodiè receptum est. *c. 1. de confessis. in 6. Sichard. fol. mihi. 357. nu. 9. & seqq. Mynsing. cent. 5. observ. 54. Ord. Cam. part. 3. tit. 15. §.* Zum andern. *Gail. d. observ. 82. nu. 8. & seqq. De positione, quæ fit sine tempore, vide Mynsing. cent. 1. observ. 92. adde etiam glos. elegantem in d. c. 2 de confessis in 6.*
3 Nam si hujusmodi positionibus adversarius, à judice admonitus, absque legitimâ & justâ causa omninò respondere noluerit: omnia iisdem contenta confessus esse putabitur: siquidem confessio ipsi damnosa esset futura: secùs verò, si utilitatis aliquid eadem allatura esset confessio. Tunc enim pro negante non immeritò habebitur. *Ord. Cam. p. 3. t. 15. §.* Begebe sich aber. *Gail. lib. 1. observ. 80. num. 1. & 2. cum seqq. d. c. 2. & ibi glos. in verb. pro confesso. de confess. in 6. Wurmser. lib. 1. tit. 16. observat. 1. Petr. Frider. Mindan. lib. 2. de mandatis jud. cap. 66. nu. 3. Rosbach in process. judiciar. tit. 52.*
4 *num. 21.* In pœnam itaque contumaciæ adversùs eum, tanquam verè confessum, ad definitivam sententiam proceditur. *d. cap. 2. de con-*
5 *fessis. in 6. & ibid. Dd.* Quia tamen hæc non vera, sed ficta tantùm est probatio: contumacem, si contrarium ipse docere velit, audiendum esse plurimi confirmant. *Bald. in l. 2. §. quòd si actor. C. de jurejur. propt. cal. dan. Iason. Angel. & Castr. in l. 2. C. qui test. fac. pos. Gail. d.*
obser-

obſerv. 80. num. 5. Mynſing. reſponſo. 84. num. 5. Si verò ad poſitiones quidem reſponderit 6
ponentis adverſarius; minus tamen perſpicuè, & ſufficienter: permiſſum eſt ponenti, contra hujuſmodi reſponſiones excipere: quo peracto, abſque ulteriore replicatione Judex cognoſcit. *Ord. Cam. part. 3. tit. 15. §.* So auch/ꝛc.

IX.

Poſitionibus obſcuris, dubiis, nimis gene- 1
ralibus, & quocunque modo captioſis, quando ſit reſpondendum; ne reſpondens præjudiciali & periculoſâ quadam reſponſione circumveniatur: prudentis judicis arbitrio relinquendum erit.

Gail. lib. 1. obſerv. 82. num. 12. De illis quoque & aliis poſitionum ſpeciebus, vide Ferrar. in formâ excipiendi contra poſitiones. & Bocerum claſ. 5. diſput. 20. theſ. 21. & ſeq. Quando autem præterea à neceſſitate reſpondendi ad poſitiones quis liberetur, docet gl. in c. ſi poſt. 2 ſuper verb. abſque rationabili, &c. de confeſſis. in 6. Crimi- 2
nali poſitioni an quis reſpondere cogatur, à pleriſque non immeritò dubitatum fuit? Negantium ego deciſionem exoſculor, *gloſ. in d. cap. 2. ſuper verb. abſque rationabili. de confeſſis. in 6. gl. in c. cùm cauſam. 37. in verb. de cauſis. ex. de teſtib. Wurmſer. lib. 1. t. 15. obſ. 2. Hanc on. in tract. de judicior. ord. tit. de poſitionib. pag. 62. Mynſinger. cent. 6. obſervat. 92. n. 1. & reſponſ. 3. num. 13.*

num.13.decad.1. Sichard.in l.2.§.quod observari.num.21.C.de jurejur.propt. calum. dan.Rulant.lib.5.de Commissar.cap.4.num.8.Nicol.de Lescut. in tract. de test. examin. cap.19.num.9. Christophor.Brechter.de processu judiciar.c.11. sub tit.quibus positionib.non respondendum,&c. Ummius disput, 18. de process. judiciar. thes. 2.
3 *num.5.ubi & alios refert.* Si tamen judex ex officio, & super ejusmodi crimine, de quo nisi interrogatus responderet, cum alterius jacturâ locupletaretur, interrogaverit: contrarium verius esse non diffiteor. *Mynsing. d. observ.92. cent.6 Bart. in l. Marcellus.11.ff.de act.rer.amotar.& in d.l.2.§.quod observari.col. fin. C. de jureju.prop. calum.dan.Pacian.lib.2. de probat.c.17.n.54.& seqq.*

X.

1 Illud hîc quæri potest: quid de responsionibus illis (Non credo, ut ponitur: Credo, ut habetur in instrumento: Non credo, nisi probetur: Positio est facti alieni) sit sentiendum? Sed primam, ut incertam, reiiciendam: secundam verò, & tertiam, imò & quartam, si de alieno facto respondenti non constet, admittendam esse, practicis Scriptoribus complacuit.

Ferrar.in formâ excip.contra positiones.verb. primò quòd publica vox. Gail.lib.1.observat.82. num.7.8.9.10. 20. & 24.Mynsing.cent.1.observat.86.cent.4.observ.50. Vide quoque D.Bocerum

rum claß.5. diſputat.20. theſ.17.19. & 20. itemq; Ummium diſput.13. de proceß. judiciario. the.6. num.24. & Ioſeph. Ludovic. libr. 1. deciſ.8. Si 2
quis verò poſitiones, in proprio ſuo facto conſiſtentes, ſciens abnegaverit: vel aliâs reſpondendo, aut etiam ponendo, directè contraria protulerit: deque mendacio convictus fuerit: contra ipſum ſuper damnis, & intereſſe in litem jurari: & aliis quoque pœnis eundem affici poſſe, conſtitutum eſt. *c. cùm in poſitionib.3. de jurejur. in 6. Ferrar. in forma excip. contra poſition. verb. ultimæ poſitioni. in addition. ad verb. credit. fol. mihi. 140. col.2.* Idemque locum obtinet; ſi domino ex- 3
preſsè mandante, vel etiam poſtea ſciente, ac ratum habente, ſeu non revocante, procurator vel advocatus poſitiones, ſive reſponſiones hujuſmodi falſas, ſibiq; contrarias principalis ſui nomine confecerit. *d. c. cùm in poſitionib.3. circa finem. de jurejur. in 6.*

CON-



CONCLUSIONUM CONTROVERSARUM,

EX PROCESSU JUDICIARIO UNIVERSO DELIBATARUM,

DECAS IX.

DE PROBATIONE per confessionem; de probatione per testes; deq; commissa testium examinatione dissertans.

CONCLUSIO I.

SI in judicio reus, adversario, vel ejus procuratore præsente, oblatas sibi positiones
1 non negaverit: sed veras esse confiteatur: actorem ab omni probationum onere liberat: nihilq; restat, nisi ut reus ad satisfaciendum actori intra statuta tempora compellatur.

l. proinde. 25. §. 2. ff. ad l. Aquil. l. unic. C. de confessis. l. 1. ff. eod. tit. l. si debitori. 21. ff. de judiciis.

eius. l. certum. 6. §. 2. in f. ff. de confeſſis. Fürſt. Würt. ernew. Landt. *part. 1. t. 33. pag. 127.* Confeſſus enim in judicio pro judicato habetur: & ſuâ quodammodo ſententiâ condemnatur. *d. l. 1. l. 3. in fine. d. l. certum. 6. in pr. & §. 2. in fine. ff. de confeſſ. d. l. un. C. eod. Paul. lib. 5. receptar. ſent. t. 5. §. 3. Stephan. Berchtold. in tract. de judic. c. 14. concl. 264. & recenter Ummius diſput. 13. de proceſſ. judic. theſ. 11. nu. 49. & 50. ubi bene monet, hoc locum habere in cauſa civili, non item in cauſa criminali, per l. 1. §. Div. Severus. 17. ff. de quæſtionib. Quod plenius declarant Clarus lib. 5 ſent. § fin. q. 55. & Farina. in prax. crim. q 8. & ſeq.* Imò confeſſionem, etiam judicis, vel adverſarii interrogatione non præmiſsâ, vel poſitionibus nullis exhibitis, in judicio adverſâ parte præſente factam, à probationis onere adverſarium liberare, ſatis manifeſtum eſt. *d. l. uni. C. de confeſſis. ibiq; Interpretes. l. poſt rem judicatam. 56. ff. de re jud. l. donari. 29. §. 1. ff. de donat. l. jubemus. 41. C. de liberal. cauſ. Covarru. in c. Raynutius. §. 3. nu. 21. de teſtament. Mynſing. cent. 4. obſ. 51. Alciat. in prælud. præſumpt. p. 1. c. 4. §. 1. n. 4. Menoch. lib. 1. de præſumptionib. quæſt. 61. Rulant. lib. 5. de Commiſſar. cap. 26. num. 19. & 20. Friderus Mindan. libr. 2. de mandat. judic. cap. 66. num. 2. Roſbach. in tract. de proceſſ. judic. tit. 65. num. 21. Hackelman. diſp 5. theſ. 12. Vult. lib. 2. Juriſp. Rom. c. 2. nu. 39. & plurimi alii, ab eo cumulatim allegati.*

Nam

4 Nam nemo in judicio aliquid indiscretè, vel sine magnâ deliberatione confiteri præsumitur. *Haneton. in tract. de ord. judic. part. 2. tit. de confess. pag. 63. & Dd. communiter in d. l. un.*
5 *C. de confess.* Extra judiciũ autem emissa confessio, etiam adversario & testibus præsentibus, nisi cum causæ adjectione facta sit, plenam probationem non facit. *l. cùm de indebito. 25. § fin. ff. de probat. c. si cautio. 14. ext. de fide instrum. glos. in cap. 3. verb. confessus. ext. de confessis. Specul. in §. nunc videndum. tit. de confessis. Molin. in tract. de usur. q. 20. num. 208. l. generaliter. 13. ubi Sichard. num. 3. & 5. C. de non numer. pec. Iul. Clar. lib. 5. sentent. §. fin. q. 55. num. 4. Mascard. in tract. de probat. concl. 346. vol. 1. Soarez in thesaur. recept. sentent. lit. c. num. 229. Hartman. Hartmanni lib. 2. tit. 11. observ. 1. Duennas reg. 120, Sichard. in l. 3. num. 20. C. de jurejur. & in auth. rogati. C. de testib. nu. 1. Marant. de ord. judicior. part. 6. tit. de confessio-*
6 *ne. num. 2.* Enimverò, si confessio absente parte fiat: semiplenam saltem inducit probationem, etiamsi causâ adjecta fuerit. *d. l. certum. 6. §. si quis absente. 3. ff de confessis. l. fin. ubi glos. in verb. non posse. ff. de interrogationib. in jure faciend. Covarruv. in c. quamvis. §. 2. relect. §. 4. num. 1. de pact. in 6. Duaren. ad tit. ff. de probat. cap. 5. ad fin. Nicol. de Lescut. in tract. de test. exam. cap. 2 num. 19. Maranta & Hartman. Hartmanni. locis præallegatis. Eadem de re consulan-*

sulantur Hieronymus de Cavallos in speculo aureo opinionum commun. contra commun. quæstion. 16. & seq. Gomezius tom. 2 var. resolut. cap. 11. num. 6. Ioseph. Ludovic. lib. 1. decis. 9. n. 1. & Ummius d. disput. 13. thes. 12. num. 57.

II.

Ut autem confessio contra confitentem, & probationis, & condemnationis effectum sortiatur: non tantùm in judicio, adversario præsente, eam fieri; sed confessum etiam viginti quinque annis majorem esse, & alia quædam requisita concurrere oportet: ut ex sequentibus patebit. 1

Haneton. in tract. de judicior. ord. part. 2. tit. de confessionibus. pag. mihi 64. Arnold. de Reyger. in process. judiciar. disput. 7. thes. 1. Chilian. König in process. judic. cap. 63. Ummius disputat. 13. de process. judic. thes. 9. num. 40. Etenim si infans confiteretur: etiam tutoris authoritate accedente, confessio nullius esset momenti: cùm ea ætas propter consilii imbecillitatem, quid fateatur, minimè intelligat. *l. 1. vers. impuberes. C. de falsâ monetâ. argum. l. infans. 12. ff. ad. L. Cornel. de sicar.* Pupillus quidem major infante, cum tutoris authoritate, ex confessione suâ tenetur, *l. certum. 6. §. in pupillo. 5. ff. de confessis. arg. l. clarum. 4. C. de authorit. præst.* sed per in integrum restitutionem ei succurritur. *l. 2. C. si tut. vel curat. interven. &c.* Adulto etiam, vel minori cura- 2 3 4

O   rato-

ratorem non habenti, nocet confessio: sed ea restitutionis beneficio aboletur. *l.3. ibi, si verò. C. de in integr. restitut. minor. Speculat. in tit. de confess. vers. fin. Mascard. vol. 1. de proba-*
5 *tionib. conclus. 371. num. 2. & seq.* Quòd si verò curatorem quidem adultus habeat; is tamen non interveniat: confessio nullius erit momenti, *arg. d. l. clarum. 4. C. de authorit. praest.* Aliud autem dicendum est, eo interveniente. Tunc enim confessio quidem valet: sed restitutionis remedio in pristinum statum minor
6 reponitur. *d. l. certũ. 6. §. 5. ff. de confess. Videatur Ioan. Emericus à Rosbach in tract. de process. iudiciar. tit. 65. num. 7. & 8. & 36.* Illud quoque videndum est; an solius tutoris, vel curatoris confessio pupillo noceat, vel adulto? Et ne ipsis ex hac confessione praejudicium ullum creetur, juris authoritate prohibetur. *d. l. certum. 6. §. 4. ff. de confessis. Haneton. in tract. de judicior. ord. d. t. de confessionib. fol. mihi. 64. fac. 2. Reyger. d. disputat. 7. thes. 1. sub lit. b. Ma-*
7 *scard. d. vol. 1. conclus. 370.* Quemadmodum nec procuratoris, vel advocati confessio domino absenti, nisi speciale mandatum ad respondendum habuerit, praejudicium ullum adferre potest. *l. non solùm. 39. in princ. ff. de procur. c. suborta. 21. ext. de sentent. & rejud. in princ. & ibi glos. cap. 1. in fin. & ibi glos. ext. ut lite non contest. c. olim. 20. & ibi glos. in verb.*

revo-

revocata. ext. de cenſibus. c. cum cauſam. 62. ext. de appellat. d. l certum. 6 §. 4. ff. de confeſſis. c. ex parte. & ibi gloſ. in verb. error facti. ext. de confeſſis. Roſbach. d. tit. 65. num. 37 Ejus autem confeſſio, qui ultrò, & ſine mandato abſentem defendit, confitenti quidem præjudicat: ei verò, qui defenditur, detrimenti aliquid inferre non valet. *l. proinde. 25. §. 1. ff. ad L. Aquil. l. ſi ſine. 9. §. 4. ff. de interrog. in jur. fac.* 8

III.

Præterea ut ex confeſſione ſuâ quis teneatur: requiritur etiam, ut non facti, ſed juris errore ductus: *(a)* non vi, metuque tormentorum compulſus, ſed ſuâ ſponte: *(b)* non ambiguis verbis, ſed perſpicuis & claris: *(c)* non pro ſe, ſed contra ſe: *(d)* non contra alium; *(e)* in judicio; *(f)* de re litigioſa; *(g)* in naturâ rerum exiſtente, & juri, vel ipſius confitentis favori non adverſante, confiteatur. *(h)* 1

a) *l. 2. ff. de confeſſis. l. error. 7. C. de juris & facti ignor. Idq; copioſius expanit Vmmius diſputat. 13. de proceſſ. judic. theſ. 10. num. 46.* (b) *l. 1. §. Divus Severus 17. & §. ſi quis ultrò. 27. ff. de quæſtion.* (c) *l. de ætate. 11. §. nihil. 7. ff. de interrog. in jur. fac.* (d) *l. exemplo. 7. C. de probationib. d. l. de ætate. 11. ff.*

de interrog. in jur. fac. (e) *l. ult. C de accusation. c 1. ext. de confessis.* (f) *c. at si. 4. ext. de judiciis.* (g) *l. confessionibus. 13 in princ. ff. de interrog. in jur. fac.* (h) *l. si is 14 in fine. ff. de interrog. in jure faciend. vide gloss. l. unica. C. de confessis. & gloss. c. ex parte. ext. eod. & ibi Hostiens. nec non Arnoldum de Reyger in process. judiciar. disput. 7. thes. 1. & novissime Ummium d. disput. 13. thes. 10. num. 43. & seq.*

2 Sed & confessionis requisita vulgaribus quidem istis, at non omnino artificiosis versiculis (quos ex Hostiense recitat & bellè explicat Emericus à Rosbach. *in tract. de process. judic. tit. 65. n. 14. & seqq.*) continentur:

Major, sponte, sciens, contra se, ubi jus fit, & hostis;
Nec natura neget; favor, lis, jusq; repugnet.

Item:

Major, sponte, sciens, dominus, pars, lis, sed & in se
Confessus certum, compos, pro judice, jure
Damnatur: nisi lex, favor aut natura repugnet.

I V.

1 Disceptari quoque solet; an advocati & procuratoris, specialiter & ritè constituti, vel etiam propriam confessionem, prædicto modo in judicio factam, dominus revocare possit? Sed ad revocationem confessionis, ne-

negotio nondum finito, hoc est, ante sententiam, facti tamen errore probato, admittendum eum esse, rectè constitutum est.

c. final. & ibi glos. in verb. error facti. ext. de confessis. l. error. 7. C. de jur. & fact. ignor. l. final. C. de errore advoc. §. si quis. 35. Instit. de action. l. 4. in fin. ff. de noxal. act. Et de errore juris vide l. 2. 7. 10. 12 C. de juris, & facti ignor. Imò in continenti, hoc est, intra triduum facta revocatio, ab erroris probatione liberat. *d. l. fin. ibi. ex continenti. C. de error. advoc. c. præterea. 7. & ibi glos. in verb. in continenti. ext. de test. cogend.* Post sententiam verò, nisi appellatum fuerit, ad erroris revocationem nullus admittitur. *d. l. final. C. de errore advocator. &c.* Neque tamen interrogationes, & responsiones, sive confessiones ejusmodi post litis tantùm contestationem; sed multis modis etiam antè rectè instituuntur: ut cùm quæritur, sitné heres aliquis, qualiter, ex quotâ parte: an servum noxium possideat: an sua sit quadrupes: an possideat ædes, & pro quâ parte, quarum nomine petitur caveri de damno infecto: num penes se habeat peculium: cujus sit ætatis: an possideat is, & pro qua parte, contra quem in rem agitur. *l. 1. in pr. l. 5. l. 7. l. 9. §. 6. & §. ult. l. 10. l. 11. in princ. l. 20. §. 1. & §. finali. ff. de interrog. in jur. fac.* Generaliter denique, ubicunque judicem æquitas moverit; usque ad sententiam hujusmodi interrogationes propo-

2 3 4

ni possunt. *Vlp. in l. ubicunque. 21. & ibid. Bartolus & Gothofred. ff. dicto modò tit.*

V.

1 Hactenus de prima probationum specie, quæ per adversarii confessionem fieri solet, locuti sumus: deinceps etiam de testibus *(a)* aliquid est adiiciendum. Si ergo vel actor intentionem suam aut omninò, aut ex parte à reo negatam; vel reus exceptionem, actoris intentioni objectam, testibus comprobare velit: judex ad articulos conficiendos, testesque nominandos, competentem terminum præfigit. *(b)*

a) Testis, à testando sic dictus, hoc loco rectè definitur persona, per depositionem rei controversæ fidem faciens, *tradente noviter Vmmio disputat. 16. de proceß. judic. thes. 1.*

2 (b) *Ord. Cam part 3 tit. 16. §.* Und so/ꝛc. Qui quidem articuli probatorii, summo studio adhibito, ad causæ controversæ merita dirigendi, & ex visceribus quasi propositi libelli, ut & positiones, depromendi erunt. *Petrus Termineus in processu jur. c. 36. Lagus Methodi part. 5. cap. 23. num. 3. & seqq. Ioan. Emeric. à Rosbach. in proceß. judiciar. tit. 54. num. 6.*

3 Certi præterea, non contrarii, non de jure scripto, sed de facto, vel etiam de consuetudine, affirmativè item concepti, & pertinentes esse debent. *Termin. d. loco. vide etiam suprà Decad.*

proxi-

proximam, concluſ. 8. Maximè enim producens, vel advocatus ipſius curabit: ut eos potiſſimùm conſcribat articulos: qui ad cauſæ victoriam facere, & per teſtes probari poſſe videbuntur. Nam quæ extranea ſunt, & ad rem propoſitam minimè pertinent: ea non curare; & quæ ex propoſito libello non proficiſcuntur; etiam proprio motu judex reiicere poteſt. *Andreas Gail. lib. 1. obſervat. 81. num. 3. & ultim. Termin. d. cap. 36. pag. mihi. 133.*

V I.

1 Conceſſo termino elapſo, producens copiam articulorum ſuorum, ſuper quibus teſtes examinandi ſunt, cum eorundem teſtium deſignatione judici tranſmittit. Judex, 2 iiſdem articulis & teſtium nominibus producentis adverſario oblatis, producentem & teſtes nominatos, partemque ſimul adverſam, tempore locoque certo conſtituto, ad eorundem teſtium productionem, juriſiurandi præſtationem, receptionemque videndam citare, & ad interrogatoria ſuper acceptis articulis conficienda adhortari ſolet.

Novell. 90. cap. ulti. & cap. 2. ext. de teſtib. Termin. in proceß. iur. cap. 35. Intra quem ter- 3 minum ſi omnes teſtes producti non fuerint: ſecunda etiam, & tertia nonnunquam dilatio ad reliquos producendos conceditur.

Ord. Camer. part. 3. tit. 16. §. Was aber. *Gail. lib. 1. observ. 91. num. 2. & seqq. Mynsing. cent. 1.*
4 *observ. 71.* Ad quartam verò dilationem impetrandam solennitas legalis, & speciale mandatum ad jurandum, à procuratore requiritur: quibus ita peractis, si præterea causæ relevantes allegentur: etiam prorogatio quartæ dilationis concedi solet. *Ord. Cam. part. 3. tit. 16. §.* Was aber. *in fine. Mynsinger. cent. 1. observ. 70. & obser. 72 adde Gailium d. obser. 91.*
5 *præsertim num. 16.* Solennitas autem legalis ea est: ut producens juramento præstito significet; quòd nec ipse, nec quisquam omninò suorum, advocatus scilicet, vel procurator testificationes exploraverit: quòdque nullius doli, aut calumniæ, sed necessariæ probationis causâ, quartam dilationem petat. *c. in causis. 15. c. 36. c. ultra. 55 ext. de testib. d. Novell. 90. cap. 4.* Fürstl. Würtemb. ernewert Landtrecht/ *part. 1. tit. 24. §.* Die *Solemnitet, &c. pag. 146. Vmmius disputat. 16. de process. judic. thes. 7. num. 47. Vide præterea de his dilationibus locum elegantissimum in Disputatione, de exceptionum probatione; quam D. D. Obrech-*
6 *tus Argentinæ instituit, circa finem.* Sed ultra quartam dilationem nulla ampliùs dari consuevit: nisi heredi, vel successori. *Mynsinger. d. cent. 1. observ. 72. in fine, & observ. 73. Gail. d. observ. 91. num. 17. & seq. Sed hac de re vide suprà Decad. 6. conclus. 2. sub finem.*

Omni-

VII.

Omninò verò ad testium productionem, 1
& receptionem is, contra quem producuntur, vocandus est. Hac enim citatione omissâ, testium examinatio nullius erit momenti. Vocatus à judice producentis adversarius, 2
nisi inevitabili quadam necessitate impediatur, si comparere detrectaverit: judex nihilominùs in examinatione testium procedere poterit.

c. 2. ext. de testib. Novell. 90. c. ult. Gail. lib. 1. observ. 95. num. 9. & observ. 102. num. 1. 2. & 3. Grammat. decis. 11. num. 7. Ruland. part. 2. lib. 2. de commiss. cap. 3. num. 1. & 2. Mascard. vol. 1. de probationib. quæst. 5. num. 36. cum seqq. Prosp. Farinac. de opposit. contra testes. quæst. 72. cap. 1. num. 1. aliiq; plures per hos relati. Similiter & 3
testes legitimè citati, si se vel odio, vel favore, vel timore subtrahant; aut aliâs contumaciter adesse recusent: mandatis pœnalibus ad ferendum testimonium, tam in criminali, quàm civili causâ cōpelluntur. *l. 1. §. 1. ff. de testib. l. si quando. 19. ibiq; Sichardus, Donellus, & alii. C. eod. c. super. 8. & c. 10. ibiq; glos. elegans. ext. de testib. cog. Gail. lib. 1. observ. 100. Adde gl. c. 37. in verb. de causis. ext. de testibus. Vmmium disput. 16. de process. judiciar. thes. 5. num. 39. & Ioan. Georg. Godelman. in tract. de Magis, &c. lib. 3. c. 8. num. 10. ubi plures citat.* Quod quidem 4
adeò verum est: ut etiam jurans, se non esse

O 5 per-

perhibiturum testimonium, si in testem producatur, non obstante tali juramento, veritatem dicere teneatur. *c. constitutis. 45. ibi, illos autem. & ibi glos. ext. de testib. Gail. d. obser. 100. num. 3. & seqq. D. Collega Bocer. class. 5. dispu. 20.*
5 *thes. 85. lit. b.* Sacerdos tamen, ne à summo quidem Pontifice, ut secreta confessionis revelet, compelli potest. *c. dilectus. 13. ext. de excess. prælat. Gail. d. observ. 100. num. 8. Iacob. Ayrer. in histor. process. jur. cap. 2. observ. 6. num. 33.*
6 Sic milites, Reipublicæ causâ cum Magistratu absentes, vel alii, quovis legitimo impedimento detenti, ad perhibendum testimonium venire non coguntur. *l. inviti. 8. ubi Gothofred. ff. de testib. & ibi Wesenbec. in Paratit.*
7 *num. 3.* Quemadmodum nec in parentes, liberos, patronum, libertum, uxorem, virum, socerum, generum, vitricum, privignum, sobrinum, sobrinam, vel sobrino natum, eósve, qui propiore gradu sunt, testimonium dicere quisquam adigitur. *l. lege Iuliâ. 4. & l. sequente. ff. de testib. can. si testes. 2. §. item lege Iulia publicorum. caus. 4. quæst. 2. & 3. Donell. de testib. c. 8.*
8 Illustres quoque, egregiæ & nobiles personæ, valetudinarii, item senes 70. annis majores, debilitate confecti, vel nimiâ paupertate depressi, non personaliter comparere: sed per idoneas à judice delegatas personas examinari solent. *d. l. inviti. 8. ff. de testib. c. si qui. 8. ext. de testib. Gail. lib. 1. observat. 101. num. 13. & 14.*

& 14. l.3. ff. de jure immunitat. l. ad perſonas. 15. ff. de jurejur. Reuber. in tract. de teſtib. pagina 112. cum ſeq. Ruland. part. 2. lib. 2. de commiß. cap. 5. Ummius d. diſputat. 16. theſ. 8. num. 51. Egregiis perſonis connumerantur etiam Doctores, Licentiati, Preſbyteri, Diaconi, &c. *Mynſinger. ad d. c. ſi qui. 8. num. 7. & ſeqq. ext. de teſtib. D. Bocer. d. claß. 5. diſputat. 20. theſ. 87. ad lit. b.*

VIII.

Pari ratione teſtium alienæ juriſdictioni ſubjectorum examinatio, judici eorundem teſtium ordinario (etiam in causâ criminali hodiè) articulis & interrogatoriis eidem tranſmiſſis, & litigantibus comparendi neceſſitate impoſitâ, rectè committitur. 1

l. judices. 18. C. de fide inſtrum. Novell. 90. cap. 5. Gail. lib. 1. obſervat. 96. in princ. & nu. 10. & 11. Sichard. fol. mihi 388. col. 2. nu. 6. & 7. Qui 2
judex, teſtibus ſub jurisiurandi religione in præſentiâ litigantium, vel procuratorum receptis, & poſtea ritè examinatis, dicta & atteſtationes ipſorum non partibus publicat: ſed priori judici clauſas, & ſigillo ſuo obſignatas tranſmittere debet. *c. conſtitutus. 3 in f. ext. de fide inſtrum. d. l. 18. C. de fide inſtrum. d. Novell. 90. c. 5. ibi, teſtimoniis quidē nō editis, &c.* Fürſt. Würt. ernew. Landt. *par. 1. t. 41. pag. 144.*

Nam

3 Nam hac ratione attestationibus publicatis, & didicitis (ut loquuntur) testificatis: propter timorem subornationis, omnis ulterior testium producendorum facultas litigatoribus adimeretur. *c.2. de testib. in Clement d. Novell. 90. c.5. ibi, ne quando forsan. glos. c. constitutus.; o in princ. & in verb. depositis. ext. de testib.*
4 Hodiè sanè ex communi judiciorum usu, secundùm Imperii ordinationes, plerunque Commissarii à partibus nominantur: nominati frequentiùs deputantur: vel in eorum locum, si ex justis causis suspecti videantur, nec idonei iterum nominentur, ex officio alii, cum potestate adjungendi Notarium non suspectum, à Judice delegantur. *Ordin. Cam. part.3. tit.15. §. ult. tit. 16. §.1. & 2. Gail. d. observ 96. num.1.*
5 Qui deinde commissam sibi testium examinationem, nisi specialiter industria ipsorum electa sit, alteri subdelegare, etiam invitis partibus, non prohibentur. *Text. in Clement. 1. de offic. & potest. jud. deleg. & c. fin. eod. tit. Gail. lib.1. observ 97. num.8. & 9.* Quod utique procedit in delegatis summi Principis, Cameræ Imperialis, & Pontificis: secus in aliis, *ut constat ex iis, quæ dixi suprà decad.1. ad conclus.7. num.6.*
6 Unde Principes, & alii status Imperii causas, ab Imperatore sibi commissas, per subdelegatos, videlicet Consiliarios suos, tractare consueverunt, *per notata Gailij. d. observat. 97. numer. 10. in fine.*

Reli-

Reliqui etiam ordinarii judices inferiores 7
delegare causam alteri, cum facultate subdelegandi, possunt. *Bartol. Alexand. Fulgos. Zas. & multi alii in l. more. 5. ff. de jurisdict. Gail. d. observ. 97. num. 11. Atque isthaec quidem communis Dd. assertio videtur: at quomodo jure subsistat, vide sup. d. Decad. 1. conclus. 7. num. 7.*
Quorum tamen judicum commissarii te- 8
stem, Imperio immediatè subjectum (nisi in Camerâ per viam supplicationis, mandatum pœnale impetraverint) ad ferendum testimonium, propter defectum jurisdictionis, compellere nequeunt. *Egregiè Andr. Gail. observ. 98. num. 1. lib. 1.* Commissarii verò ab 9
Imperiali Camerâ constituti, non solùm testes immediatè, sed etiam mediatè Imperio subjectos, ad testimonium perhibendum possunt adigere. *Gail. d. observ. 98. num. 2. ubi hanc assignat rationem:* quia istiusmodi commissiones sub nomine & sigillo Cæsaris decernuntur: qui superiorem non habet: & cujus jurisdictioni omnes subjecti sunt, *arg. l. deprecatio 9. ff. ad l. Rhod. de jactu. & l. fin. C. de quadrien. præscript.* Quod autem suprà, *ad concl. 7.* 10
num 5. & seqq. de testibus quibusdam non cogendis, dictum fuit: perpetuum non est. Multæ enim ejusmodi personæ, aliis omnibus probationibus deficientibus, in eruendæ veritatis subsidium, ad ferendum testimonium utriusque juris authoritate compelluntur:

ut

ut servus, socius, mulier, & illi, qui sanguinis necessitudine, vel affinitate sibi invicem sunt devincti parentibus & liberis, ut quibusdam placet, exceptis. *l servi. 7. l. ob carmen. 21. §. 1. ff. de testib. c. venerabilis. 11. & ibi gl. in fi. c. pervenit. 5. ext. de testib. cog. l. ult. in fine. C. de impub. & aliis substitut. Wesenbec. in Paratit. ff. de te-*
11 *stib. n. 3. circa fine* Quod & in clericis, veri investigandi favore, obtinere manifestum est: Etsi enim illi in causis laicorum, ad dicendum testimonium compelli nequeant: tamen, aliis probationum adminiculis non existentibus, eorum cessat privilegium. *can. quanquam. 14. q. 2. glos. in c. super eo. 3. in verb.*
12 *non cogendi. de testib: cogend.* Eo namque casu coràm judice suo ecclesiastico, vel etiam seculari, ex superioris tamen licentià, & permissu, testimonium perhibere coguntur. *Gail. d. lib. 1. obs. 100. nu. 16: citans ad hoc Alberic: in l. jurisiurandi. 9. num. 4. C. de testib.*

IX.

1 Porrò meminisse hic oportet: productionem testium sumptibus producentis fieri debere: sive ab actore ad probandum articulos positionales, sive à reo ad defensionalium probationem producantur.

l. 3. §. Gabinio. ff. de testib. l. quoniam. 11. ibiq; Sichard. nu. 7. C. eod. l. eos, qui. 6. §. si quis autem. Cod. de appellationibus. Stephan. Berchtold. in tract. de judic. & process. judiciar. c. 15. concl. 269.

Quare

Quare si extra locum habitationis peregrè evocentur testes: viaticum iis necessarium, nullâ habitâ ratione vel deductione sumptuum, quos aliâs domi fecissent, producens suppeditabit. Quod nisi fecerit: citati testes comparere non tenentur. *c. statutum. 11. §. proferendo. & §. insuper. ubi gloss. Anchor. & alii. de rescript. in 6.* Cæterùm quanti debeant esse isti sumptus, sive viaticum illud: arbitrio boni viri, id est, per judicem æstimabitur. Siquidem pro qualitate & conditione personæ, si aut nobilis sit, aut sit plebejus, aut senex, aut ægrotus, sumptus decernentur. *Donell. & Sichard. in præcitatâ l. quoniam. 11. num. 7. C. de testib. Andr. Gail. lib. 1. observat. 99. numer. 4. Bocer. class. 5. disput. 20. thes. 49. Ummius disputat. 16. de proceß. judiciar. thes. 8. num. 56.* Enimverò cùm testes ob testimonium non lucrum quærere, sed veritati gratis adsistere debeant: temporis, aut emolumentorum, quibus propter absentiam carent, ratio nulla habebitur. *can. non sanè. 14. quæst. 5. Bald. in l. ult. num. 12. Cod. de fruct. & lit. expens. Franc. in d. c. statutum. 11. d. §. proferendo. numer. 4. de rescript. in 6. Gail. d. observat. 99. num. 5. & 6.* ubi subnectit: quòd Judex, vel Commissarius debeat cavere, ne testes ultra definitum à jure tempus, putà quindecim dies, in loco examinis detineat. Aliâs enim, veniâ etiam non petitâ, discedere domumque redire possunt: licèt

licèt ante illud tempus absque licentiâ impunè id facere nequeant, *per text. expressum in*
5 *l. si quando. 19. C. de testibus.* At quid, si testis mercenarius ex operis diurnis cibum conquirens, adeoque se, uxorem, & liberos alens, peregrè evocetur: nunquid præter expensas, etiam harum operarum, & diurnæ mercedis ratio habenda est? Et habendam esse, æquitas ipsa efflagitat. *Guido decis. 68. num. 6. incip. dominus Petrus, &c. Gail. prædictâ observat. 99. nu. 8. & 9 ubi hanc sententiam venustis rationibus confirmat.*

X.

1 Hoc loco illud silentio prætereundum non est: quamvis regulariter ante litis contestationem nulla fiat legitima, & valida examinis testium commissio: tamen, cùm multis modis nostra interesse possit: ne pereat nobis, nostrisque successoribus rerum gestarum memoria, & probationis facultas: permitti quandoque contra communem juris regulam, testes etiam nondum factâ litis contestatione, ad perpetuam rei memoriam recipi, atque examinari: cùm aut de ipsorum obitu, vel diuturnâ absentiâ subest periculum.

c. quoniam. 5. ext. ut lite non contest. ubi eleganter Daniel Venatorius in Analysi Juris Pontificii. Fürst. Würtemb. ernew. Landt. *part. 1. tit. 44. pag. 149. Speculator ejus rei casus 36. enume-*

enumerat, in tit. de teſte. §. nunc tractemus. Mynſinger. cent. 4. obſerv. 71. Gail. lib. 1. obſervat. 92. & ſeqq. ubi plures adducit authoritates, & hanc ipſe materiam plenius pertractat. Formulam ſupplicationis pro impetranda commiſſione ad perpetuam rei memoriam, vide apud Termineum cap. 40. Conſule etiam Vultejum lib. 2. Iuriſprud. Rom. c. 30. num. 90. & duob. ſeqq. Bocerum claſſ. 5. diſput. 20. theſ. 39. & ſeq. itemq; noviſſimè Ummium accuratius hanc rem perſequentem, diſputat. 16. de proceſſ. judiciar. theſ. 7. num. 46. Termino, ad productionem teſtium 2
conſtituto, elapſo: teſtibus, & utrâque parte præſente, producentis adverſarius exceptiones ſuas, ſi quas habet, contra perſonas teſtium proponit. *c. præſentium. 31. in princ. ex. de teſtib.* Judex autem, prout (perſpectis diligen- 3
ter negotii circumſtantiis) æquius melius eſſe animadverterit, harum exceptionum probationem vel ſtatim admittere, ſi ea confeſtim per confeſſionem ipſius teſtis, vel alia documenta haberi poſſit: vel, ſi res longiorem indagationem requirere videatur, in diſputationis tempus, poſt atteſtationum publicationem, eandem reiicere poterit. *c. ex parte. 7. & ibi gloſ. in verb. infames & notabiles. ext. de teſtib. vide hac de re locum elegantem apud* Weſenbec. *in Paratit. ff. tit. de teſtib. num. 3. in medio.* Paſſim tamen hodiè generali quadam ple- 4
rarumque Curiarum conſuetudine invaluit:

ut interrogatoriis clausula, & protestatio, de reservandis exceptionibus contra personas, & dicta testium, post publicationem attestationum obiiciendis, annectatur. *d. c. præsentium. 31. vers. nisi ext. de testib. Iacob. Ayrer. in histor. process. jur. cap 2. observ. 5. nu. 14. Speculat. in tit. de teste. §. 1. num. 41. Formulam huius protestationis invenies apud Termin. fol. 152. &*
5 *seq. cap. 42* Quam protestationem, de reprobatione testium faciendâ, si quis ante testimoniorum publicationem non adhibuerit: deinceps non auditur: nisi jurejurando affirmet, se nullâ malitiâ ad faciendam talem reprobationem induci: & nunc primùm id se cognovisse, quod testibus sit objecturus. *c. præsentium 2. in fi. de testib in 6. c. pastoralis. 4. ext. de exception. Gail. lib. 1. observ. 87. nu. 3. & 4.*

6 Quod ipsum tamen in supremo Imperii Consistorio minùs observari, hodiè quotidiana praxis ostendit quia ibi, etiam omissâ ab initio tali protestatione, exceptiones tam contra personas, quàm contra dicta testium post publicationem admittuntur. In consistorio enim Principis tales subtilitates, & juris apices non curantur. *Gail. d. observat. 87. num. 5. & 6. item obser. 105. n. 17.*

CON-

CONCLUSIONUM CONTROVERSARUM, EX PROCESSU JUDICIARIO UNIVERSO DELIBATARUM;

DECAS X.

DE INTERROGATORIIS; de juramento & examine testium; nec non publicatione attestationum verba faciens.

CONCLUSIO I.

SI exceptionibus quibusdam; producti testes à ferendo testimonio removeri non possint, vel solennis protestatio (a) adhibita fuerit: ad testificandum deinceps admittendi, & interrogatoria à producentis adversario judici exhibenda erunt. (b) 1

a) *de qua dictum in praecedente Decad. sub conclus. 10. num. 4. & de eadem videatur Ioan. Emericus à Rosbach. in process. judiciar. tit. 55. num. 15. & seq.* (b) *c. praesentium. 2. vers. testes. & ibi glos. in verb. interrogatoria. de testibus. in 6. Hancaon. in tract. ord. judic. p. 2. tit. de testibus. pag. 70. fac. 2.*
2 Quae quidem interrogatoria ex ipsis à producente oblatis articulis prudens, & eruditus advocatus depromere; in iisque conficiendis omnes causae principalis circumstantias diligenter accurateque perpendere, maximeque curare debebit: ne super eo interrogatoria proponat, quod probatum, magis parti suae nocere, quàm prodesse possit. *Andr. Gail. lib. 1. observ. 95. num. 4. & 5. Stephan. Berchtold. in tract. de judic. & process. judiciar.*
3 Suntque duplicia interrogatoria: generalia, & specialia. *Vultejus lib. 2. Iurispru. Roman. cap. 31. num. 74. Ruland. part. 4. de Commiss. lib. 1. cap. 4. num. 3. Ummius disputat. 16. de process. judic. th. 10. n. 67.* Per generalia integritas, dignitas, fides, gravitas, & mores testium investigantur: cujus scilicet quis sit conditionis, decurio, plebejus, honestae & inculpatae vitae, turpitudine aliquâ notatus, infamis, periurus, excommunicatus, locuples, egenus, amicus, inimicus ejus, contra quem, vel pro quo testimonium est dicturus, &c. *l. 3. in princ. ff. de testib. Vultejus d. loco.* Fürstlich Würt-

Würtemb. ernewert Landtrecht / *part. 1. tit. 39. pag. 142.* Nam si suspicione careat testimonium: vel propter personam, à qua fertur; quòd videlicet honesta sit, minimeque suspecta: vel propter causam; quòd neque lucri, neque gratiæ, vel inimicitiæ causâ fiat: admittendum illud esse extrà controversiam est. *Callistratus in d. l. 3. in princ. vers. nam si careat. ff. de testib.* Per specialia interrogatoria de singulis propositi negotii, sive præsentis controversiæ circumstantiis, nimirùm loco, tempore, visu, auditu, famâ, credulitate, scientiâ, causis scientiæ, & certitudine rei prudenter inquiritur. *c. cùm causam. 37. ext. de testib. Gail. d. observ. 95. num. 8. lib. 1. latè Rulant. d. part. 4. lib. 1. cap. 9. num. 3. Cæterùm formam & generalium & specialium interrogatoriorum expressit Emericus à Rosbach. d. tit. 55. num. 23. & seq.* 4 5

I I.

Copia igitur interrogatoriorum judici tantùm, non etiam producenti est exhibenda: ne de iis testes suos instruendi capiat occasionem. 1

Glos. in c. 2. §. testes etiam. in verb. interrogatoria. de testib. in 6. Gail. lib. 1. observ. 95. num. 6. Marant. de ord. judic. part. 6. tit. de position. num. 21. & tit. de interrogator. productione. n. 3. Damhouder. in prax. civ. cap. 168. nu. ult. Campeg. de testib. reg. 267. Pacian. lib. 1. de prob. c. 65.

nu.112. & seq. Atque ita de consuetudine servari certum est: quantumvis iniquissimum esse, quod parti interrogatoriorum copia non detur, speciosis impulsus rationibus contendat Rulant, part.4. de Commiss. lib.1 cap.11. num.6. & seqq.
2 Horum tamen exhibitio non necessitatis, sed voluntatis tantùm est. *Gail. d. observat.95. num.9. Vult. lib.2 Iurispr. Rom. cap.31. num.73.* Licèt enim nulla fuerint à producentis adversario exhibita: tamen Judex, vel Commissarius officii sui ratione tales interrogationes proponere tenetur. *c. cùm causam.37. ext. de test. l. ubicunque.21. ff. de interrog in jur.*
3 *fac.* Peculiariter enim ad officium judicis pertinet: ut, quod per partes, vel earum advocatos omissum fortè sit; illud ipse suppleat: si id ad accuratiorem testium examinationem facere arbitretur. *Papinianus in l. quaesitum scio.13. ff. de testib.*
4 Oblata quoque interrogatoria diligenter examinare: & superflua, atque impertinentia resecare debet. *gloss. in d. c.2. § testes etiam. in verb. interrogatoria de testib. in 6. Gail. d. observat 95. num.6. Ummius disput.16. de process. judiciar. thes.10. num.73.*

III.

1 Postquàm testes admissi, & interrogatoria judici oblata sunt: proximum est, ut testes, antequàm quicquam deponant, sub jurisjurandi religione affirment: quòd neque odio, neque favore moti, neque praemiis, aut futuri spe

spe commodi, sed solius veritatis amore adducti, ad ferendum testimonium accesserint: quódque ad ea omnia, de quibus interrogabuntur, secundùm veritatem, quam noverunt; syncerè & bonâ fide sint responsuri. *c. fraternitatis. 17. in fine, & ibi glos. in verb. juramentis. ext. de testib. Haneton. in tract. de judicior. ord. tit. de testib. & attestationib. pag. 71. fac. 2. Ordin. Camer. part. 1. t. 77. Mynsinger. cent. 3. observ. 80. Rittershus. lib. 2. partit. feudal. cap. 10. quæst. 9.* Fürstl. Würt. ernewert Landtrecht / *tit. 37. pag. 137. §.* Wann dann / ꝛc. Testi 2
enim non jurato, quamvis religiosus ille fuerit, & præclaræ curiæ honore, aliáve dignitate quavis præfulgeat, in præjudicium alterius fides non habetur. *l. jurisjurandi. 9. ibiq; Donell. C. de testib. c. nuper. 51. ubi Felinus ext. eod. Gail. lib. 1. observ. 101. num. 1. Menoch. de arbitrar. jud. quæst. lib. 1. q. 26. Wurmser. lib. 1. tit. 19. observat. 1. num. 2. latè Hippolytus de Marsil in pract. criminal. §. diligenter. num. 63. & seqq. item consil. 12. num. 17. & consil. 29. num. 17. & singul. 214. nec non novissimè Ummius disputat. 16. de process. judic. thes. 9. num. 60. pagina 677.* Si tamen juramentum ipsam testis 3
depositionem in continenti, non ex intervallo subsequatur: si nimirùm juret, ita se rem habere, sicuti deposuit: testificationem ejus admittendam esse à quibusdam statuitur,

Termineo in process. jur. cap. 38. & Gailio. d. observat. 101. num. 9. & 10. vide Mynsingerum centur. 4. observat. 77. ubi diversas Baldi & Panormitani ea de re opiniones refert & conciliat. Idem facit Iosephus Mascard. vol. 3. de probationib. conclus. 1362. num. 10. 11. & seq. Cæterùm planè dissentit novissimè Jacobus Ayrer. *in historico processu jur. cap. 8. observat. 3. num. 38. & seqq.*

IV.

Præstatur autem hoc juramentum à viris, tactis sacrosanctis Evangeliis, vel signo crucis Salvatoris: aut sublatâ manu dexterâ, & duobus prioribus digitis, cum pollice. Fœminæ verò, manu dexterâ sinistræ mamillæ impositâ, jurare solent.

Termineus in process. jur. cap. 38. pag. 144. Haneton. in tract. de judicior. ord. tit. de testibus, &c. pag. 71. fac. 2. vers. idq; prius tactis, &c. Inspiciatur D. Bocerus class. 5. disputat. 20. th. 77. ubi formam jurisiurandi testium, tum in Camera Imperiali, tum in suprema Curia Ducatus Würtembergici usitatam rfert. Hodiè sanè illustres & nobiles personæ, ex singulari quodam privilegio, vel potiùs generali quadam judiciorum observatione, absque corporali juramento, per scripturam plerunque, sub fide suâ testificantur: & depositiones sigillo suo munitas, manuque propriâ subscriptas judici examinis transmittunt.

Gail.

Gail.lib.1.obſerv.100. num.21. & 22.item obſervat.101. num. 13. & 14. vide ſupr. Decad.proximam,ſub concl.7.in fine. Similiter & cæteris te- 3
ſtibus non juratis, ſi à litigantibus hoc ipſis juramentum diſertè remiſſum fuerit, fidem eſſe adhibendam rectè defenditur. *c.tuis.39. ubi Mynſinger. & c.nuper.51.in verb.contradicente. ext.de teſtib.Gail.d.obſerv.101.nu.2.& 3. Bocer.d.diſput.20.theſ 91.ad lit. a. Iuſt.Reuber de teſtib.part.3.num 58. Crott.de teſtib.part.7. numer.12. & hos, aliosq́; plures allegans Jacobus Ayrer.in hiſtor, proceſſ.jur.c.8.obſerv.3.num.3. & ſeqq.* Judex tamen,hac remiſſione partium 4
non obſtante, ſi ita ei videatur,& de præjudicio publico, vel animarum, ſive de cauſa matrimoniali agatur, teſtibus juſiurandum deferre non prohibetur. *Gail. d.lib.1.obſerv.101. num.5.& 6.Felin.in d.c.tuis.39 num.4.de teſt.& in c.juravit.6.num.2. de probat. Seſſer.lib.3.de jurament.cap.9.num.39.* Licèt autem teſtium 5
examinatio die etiam feriatâ rectè inſtituatur: idem tamen in eorundem receptione,& jurisiurandi præſtatione, utpote judiciali actu,locum non obtinet. *l 2.in princ.l.ult.C.de feriis. Lagus Meth.p.5. c.23.num.23. Specul.in t.de feriis.§.2.verſ.quid ſi tunc. &c. Maſcard. vol.1.de probationib.quæſt.5. num 91.& ſeq.Ruland.part.2. de commiſſ.lib.2.c.13.num.1.Farinac.de teſtib. q.80. num. 56. Ummius diſput.16. de proceſſ.judiciar.theſ.7.num. 44.* Quod ta- 6

men limitatur, quando periculũ in mora est: quo casu testis die feriato & jurare & examinari potest, *docente Panormitano in c. fin. n. 22. ext. ut lite non contestat. &c.* Hujusque limitationis ratio non obscura est: quia propter periculum in mora, adeoque necessitatem, receditur à regulis juris. Necessitate siquidem multa permissibilia fiunt, quæ jure prohibentur. *c. 2. §. fin de observ. jejunii. c. quanto. 11. ubi Zabarel. num. 4. de consuet. l. item quamvis. 10. §. 1. in fin. ibiq; gloss. in verb. necessitatem, ff. commun. divid. l. aliquando. 5. ff. de offic. procons. Ayrer. d. c. 8. observat. 4. n. 18. & 19.*

V.

Testibus hoc modo receptis, uterque litigantium Judici, vel Commissario, eorundem examinationem ritè, diligenterque perficiendam committit. Quibus peractis, partes, & testes secedunt, unico saltem teste admisso: quem de juramento priùs præstito, & pœnâ perjurium comitante, sedulò admonitum, super quolibet articulo & interrogatorio, aliisque, in quibus cardo principalis negotii vertitur, accuratissimè Judex, vel Commissarius examinare debet.

c. venerabili. 52. ext. de testib. Fürstl. Würtemb. ernewert Landtrecht / *part. 1. tit. 37. pagina 138. §.* So dann / ꝛc. *Ruland. part. 2. de comnu. 93.*

num. 93. Sichard. in l. nullum. 14. num. 1. C. de miß. lib. 2. c. 13. num. 2. Farina. de teſtib. quæſt. 80. teſtib. Termin. in proceß. jur. cap. 39. Vide D. Bocerum claß 5. diſputat. 20. theſ 99 ubi de ea quæſtione, an teſtes præſentibus & audientibus partibus dicere teſtimonium debeant, nec né, varias ſententias adfert. De eadem quæſtione utramque in partem noviſsimè diſputavit Ummius diſputat. 16. de proceß. judic. theſi 10. num. 62. Inter examinandum autem non ſolùm teſtificationis ipſius ſententia à tabellione: ſed etiam, quatenus fieri poteſt, ipſa teſtis verba formalia (ut loquuntur) ac denique univerſa & ſingula, ſicut dicta & faſunt, obſervanda & annotanda erunt. *Horſt. in Tribon. juriſprud. libr. 4. tit. 26. Termin. d. cap. 39.* Fürſtlich Würtemberg. ernewert Landtrecht. *loco allegato. Rulant. part. 2. de commiß. libr. 2 cap. 28. num. 3.* Singulis deinde teſtibus, hac ratione examinatis, ſilentium imponitur: ne quicquam de atteſtationibus ſuis, ante earum à judice factam publicationem, cuiquam revelent. *Horſt. d. loco. Speculat. tit. de teſte. §. ſequitur. num. 2. Vultejus libr. 2. Iuriſprud. Roman. cap. 31. num. 79. Wurmſer. libr. 1. tit. 18. obſervat. 4. Rulant. d. libr. 2. cap 29. num. 1. ubi id hanc rationem habere ait: ne ex teſtis dicto alii teſtes producendi ſubornentur.*

VI. Finito

VI.

Finito ergò examine, & renunciatione, de ulteriore testium productione, ab utrâque parte factâ: judex, altero litigantium petente, & adversario ad id citato, attestationes publicat: earumque copiam utrique concertantium communicat.

Ord. Cam. p. 3. tit. 17. §. 1. c. 2. vers. ecce. ext. de testib. Horst. in Tribon. Iurispr. lib. 4. tit. 27. c. constitutus 30. ibi postulabat ut faceremus depositiones quorundam testium aperiri. ext. de testib. Ummius disput. 16. de process. judic. thes. 13. num. 87. & seqq Commissarius verò, ad examinationem testium datus, attestationes non publicat: sed in mundum redactas (quod vocabulo forensi Rotulus examinis dicitur) ac sigillo suo obsignatas, clausasque ad delegantem judicem transmittit. *c. cùm clamor. 53. in fine. ext. de testib. c. constitutus. 3 in fine. ext. de fidejussorib. Gail. lib. 1. observat. 96. num. 9. Vult. lib. 2. Iurisprud. Roman. cap 31. num. 79. Bocer. class. 5. disputat. 20. thes. 111. Adde Decad. proximè praecedentem conclus. 8. num. 2.* Attestationibus legitimè publicatis, & cognitis testium depositionibus: secundùm juris Pontificii dispositionem, propter timorem subornationis, non licet super iisdem, sive directò contrariis articulis, alios, vel eosdem testes, tam in appellationis, quàm principali causâ, amplius producere. *c. fraternitatis. 17.*

tatis. 17. & c seq. c. constitutis. 46. vers. mandamus. ext. de testib. c. 2. & ibi glos. de testib. in Clement. Gail. lib. 1. observ. 105. num. 2. & seqq. Jure tamen civili ex communi Dd. opinione, 4
in causâ appellationis novi testes super antiquis, vel directò contrariis articulis admittuntur. *glos. elegans in d. Clement. 2. ad verb in appellationis causâ. de test. Bald. in l. per hanc. 4. C. de temporib. appellat. Guid. Pap. decis. 14 & 347. & consil. 37. vers. & ideo salva. part. 1. Rol. à Vall. cons. 45. num 8. 14. & 20.* Hancque opi- 5
nionem in Imperiali Camerâ aliquoties observatam esse Mynsingerus testatur: licèt priorem, in jure canonico fundatam, veriorem esse fateatur. *Mynsinger. cent. 1. observ. 41. Idem responso 2. num. 7. 8. 9. Videatur Ioannes Emeric. à Rosbach. in tract. de processu judiciar. tit. 60. num. 6. & seqq. item Hieronymus de Cavallos in specul. aureo opinionum commun. contra communes. quæst. 350. ubi quæstionem istam, ex consensu omnium Cæsareâ decisione indigentem, utramque in partem diligenter examinat.*

VII.

Sanè si attestationes priores amissæ: (*a*) vel 1
receptio & examinatio testium, aut publicatio attestationum minus legitimè & sufficienter, sed dolosè & negligenter à Judice vel Commissario facta fuerit: *(b)* vel partium consensus accesserit: *(c)* aut consuetudi-

ne

ne contrarium observetur: *(d)* etiam post publicationem ulterior testium productio non interdicitur.

a) *c.ult.vers.alioquin.& ibi glos.ext de probat. Specul. in §. satis utiliter. num.12. tit.de teste.* (b) *c.per tuas. 48. ext. de testib.c.2. & ibi glos.in verb.ritè.de testib. in Clement. Gail.lib.1. observat 95. num.7. Mynsing. cent.1.observ.32. Idem responso 2.num.13. respons.3.num.16.& 19. Rosbach.in process.judic tit.60.num.8.* (c) *Gail. d.lib.1.obser.105.n.14. Mynsing.d.respons 2.n.15. & seqq.* (d) *Gail. d. observ.105.nu.15. Mynsing. d.respons 2 num.16.* Super novis quoque articulis,sive capitulis,à prioribus tamen dependentibus, atque producentis intentionem coadjuvantibus, etiam factâ attestationum publicatione, testes vel antiquos, sive priores,vel novos,tam in principali,quàm appellationis causâ producere non prohibemur. *c.testib 2. & ibi glos.in verb. eisdem. de testib.in Clement.c fraternitatis.17. & ibi glos.elegans c. causam.19.c. cùm venisset. 25. c. series. 26. & ibi glos.c.ex tenore.35.inf.& ibi glos.in verb.admittendas.c. cùm causam. 42. ext. de testib. l. per hanc.4. C.de temporib.& reparat.appella. Mynsinger. d.respons. 2. num. 14. Superioribus adde locum elegantem apud Ferrar. in formâ opponendi contra testes post publicationem. in verb. suntq; publicatis, &c.fol.mihi.169.*

Judex

VIII.

Judex præterea officii ſui ratione non ſolùm poſt publicationem teſtimoniorum; ſed etiam poſtquam in cauſâ concluſum eſt, repetere teſtes examinatos, & denuò interrogare poteſt iis de rebus, quas ſuâ depoſitione non ſatis declaraſſe videntur: ſi earum notitia neceſſaria, aut utilis appareat ad cauſæ cognitionem inveſtigandam.

l. ubicunq; 21. ff. de interrog. in jur. fac. gloſ. in c. p tuas. 48. in verb. audiendũ. c. cùm clamor. 53. & ibi gl. ext. de teſt. Gail. lib. 1. obſ. 105. nu. 11. Teſtes autem ſemel producti, approbatique, ſive in eadem, ſive aliâ cauſâ, ſive inter eaſdem, ſive inter alias perſonas, adversùs eum, qui eos produxit, non obſtante aliquâ in eorundem teſtium perſonas exceptione (quæ quidem primæ productionis tempore obiici potuiſſet recuſari ampliùs non poſſunt: quamvis ex ipſis depoſitionibus eorum dicta arguendi licentia producenti non adimatur. *l. ſi quis teſtib. 17. C. de teſtib. c. præſentium. 31. & ibi gloſ. elegans. ad verb. ſi quis. ext. de teſtib. c. ſi teſtes verſ. ſi quis teſtibus. & ibi gloſ. cauſ. 4. q. 2. & 3.* Viciſſim verò ſi quis ab initio, ſe contra perſonas teſtium poſt publicationem dicturum eſſe proteſtetur: teſtibus deinceps, licèt pro ipſo proteſtate de poſuerint, nõ facilè fides adhibebitur. *d. c. præſentiũ. 31. & ibi gl. ext.*

de

de testib. Marant. de ordine judicior. part. 6. t. de testium repulsâ. num. 4.

IX.

1 Sed & testimoniorum in certâ causâ, atque à certo judice publicatorum, approbatorumque is est effectus: ut etiam in aliâ instantiâ, atque coram alio Judice, inter easdem tamen personas, plenam fidem faciant.

c. final. in princ. & ibi glos. in verb. judices. ext. de probat. c. causam. 11. & ibi glos. ext. de testib. Novell. 90. cap. 5. l. 2. C. de edendo. Hieronymus de Cævall. in specul. aur. opinion. commun. contra communes. quæst. 487. num. 3. Ferrar. in forma opponendi contra testes post publicat. fol. mi-
2 *hi 171. num. 12. ubi plenè distinguit.* Hinc etiam testes ab arbitro recepti, postea que ab hac luce subtracti, fidem faciunt in ordinario judicio: qui si superstites adhuc fuerint: in arbitrio ejus est, contra quem producti sunt, an attestationes ipsorum coram arbitro factas recipere, vel eosdem de novo examinari velit. *l. ult. C de testib. c. præsentata. 50. & ibi glos. in verb. acta. ex. de testib. Ferrar. d. fol. 171. nu. 12.*
3 Unde quoque in dubium vocari solet: An testes in judicio momentaneæ possessionis ritè recepti, fidē faciant in judicio possessorio ordinario? Sed affirmantiū Dd. opinionē verio-

rem

rem esse, negari non potest. *Gail. lib. 1. obs. 103. vide etiam c. veniens. 38. ext. de testib. & Ferrar. d fol. 171. num. 13.*

X.

Acceptis autem attestationibus, nihil prius, aut antiquius possunt habere litigantes, vel advocati ipsorum: quàm ut sedulò quisque pro obtinendâ causę victoriâ (secundùm protestationis antè examinationem adhibitę vigorem & operationem) de personis testium, & attestationum veritate, formaque examinis concertet, atque disceptet. 1

c. praesentium. 31. ext. de testib. Gail. lib. 1. observat. 105. num. 17. Specul. §. saepè in princ. tit: de teste. Conjunge etiam Decadem praecedentem conclus. 16. num. 4. & seq. Ne tamen cessatione partium, in reprobandis, & defendendis testimoniis publicatis, differatur litis decisio: potest Judex illis constituere terminum; intra quem testimonia illa evertant, aut tueantur: hac adjectâ comminatione; quòd, si istud facere neglexerint, deinceps eos ad id faciendum non sit admissurus. *c. licet. 9. & ibi glos. in verb. mensium. ext. de probat. c. pastoralis. 4. de exception. Ord. Cam. part. 3. tit. 17. §. 1.* 2

Is igitur, contra quem testes producti sunt, intra terminum ad reprobandum concessum, productorum testium personas, criminum, aliorumque objectione factâ, per alios quoque testes reprobatorios repellere, & fi- 3

dem

dem testimoniorum infringere non morabitur. *d. c. praesentium. 31. vers. nisi. ext. de testib. c. praesentium. 2. de testib. in 6.* Vicissim tamen primo producenti, aliis testibus adductis, praestitoque malitiae vitandae jurejurando, eosdem testes reprobatorios reprobare concessum est; consimili criminum, aliarumque exceptionum specificatione oppositâ. *d. c. praesentium. 2. de testib. in 6. c. licet. 49. ext. eod.* Ulterius verò neque reus, neque actor audietur. Testes enim probatorios, & reprobatorios probatoriorum reprobare licet: sed reprobatorios reprobatoriorum reprobare minimè conceditur. *d. c. licet. 49. & ibi glos. in verb. quos si rursus. ext. de testib.* Fürstl. Würtemb. ernewert Landtrecht / *part. 1. tit. 49. §.* Doch ob einer / rc. *pag. 155. Stephan. Berchtold. in tract. de judic. & process. judiciar. cap. 15. concl. 292.*

CON-

CONCLUSIONUM controversarum,

EX PROCESSU JUDICIARIO UNIVERSO DElibatarum,

DECAS XI.

DE REPROBATIONE testium loquens: hoc est, declarans, à testimonio dicendo qui repellantur: & quæ testium dicta fidem non mereantur.

CONCLUSIO I.

PLURIMA sunt, quæ ad testium & testimoniorum fidem, authoritatemque minuendam, vel penitus evertendam opponi solent: quorum quædam à personæ 1

circumstantiis, nonnulla ab attestationum qualitate, formaque examinis derivantur. Arcentur ergo à testimonio dicendo servi, *(a)* liberti, *(b)* amici maximâ familiaritate juncti, *(c)* inimici capitales, *(d)* perjuri, *(e)* banniti & excommunicati. *(f)*

a) *l. servi. 7. ff. de testib. l. servos. 8. l. quoniam. 11. & Authent. si testis: in princ. C. d. t.* & illis quodammodo similes monachi. *can. placuit. 52. cum seq. caus. 2 q. 7 can. hi, qui. 9. in fin. caus. 3. q. 4 can. canonica. 6. §. ult. caus. 3. q. 5. can. monachi. 35. caus. 16. q. 1. c. 2. ext. de postul. & tot. tit. Ne clerici vel monachi secul. negoc. &c. Dambou in tract. de testibus. c. 1. num. 18. D. Bocer. class. 5 disputat. 20. thes. 53. lit. b.* Dissentiunt *Justus Reuberus in tract. de testib. pag. 79. & Berchtoldus in tract. de judic. & process. judic. c. 15. conclus. 287. Vide quoque Mascardum vol. 1. de probationib. conclus. 261. num. 2. & seqq.* (b) *l. libertorum. 12. C. de testib. l. testium. 3 § lege. 5. ibiq; Gothofred. ff. eod. Mascard. vol. 3. de probat. conclus. 1358. num. 43.* (c) *l. 3. in princ. ff. de testib. l. eos. 5 C. d. t. c. quoties. 5. ibiq; Mynsinger. nu. 9. ext. eod. Donell. in tract. de testib. capite 4.* In diversam partem abit Unmius *disputat. 16. de process. judic. thes. 3. num. 25.* ubi rectius dici putat, ob amicitiam neminem prohiberi pro aliquo testimonium ferre: sed ita tamen, ut judex arbitretur, quantum ipsius

ipſius teſtimonio tribuere debeat, *arg. d. l. 3. in princ. ff. de teſtib.* (d) *d. l. 3. in princ. ff. de teſtib. Novell. 90. cap. 7. d. Authent. ſi teſtis. verſ. ſi verò. in fin. C. de teſtib. Farinac. de teſtib. quæſt. 53 nu. 52.* Aliter ſentire videtur Ummius *d. diſputat. 16. theſ. 2. num. 13. poſt Donell. in d. auth. ſi teſtis. C. eod.* (e) *c. teſtimonium. 54. & ibi gloſ. in verb. perjurii. ext. de teſtib.* (f) *c. decernimus. 8. de ſentent. excommunicat. in 6. Farinac. quæſt. 56. cumq́; citans Ummius d. diſputat. 16. theſ. 1. num. 10.* Fürſtl. Würt. ernewert Landtrecht/*part. 1. tit. 36. pag. 134.* Damnati in- 3 ſuper publico judicio, repetundarum, ob carmen famoſum, calumniam, adulterium, ob vitæ turpitudinem, ſenatu moti, mulier, quæ corpore quæſtum palàm facit, ſimileſque aliæ perſonæ fidem teſtimonii non merentur. *d. l. 3. §. lege Iulia. 5. & l. ob carmen. 21. in pr. ff. de teſtib. c. licet. 47. ibi, actus legitimi infamibus interdicti. ext. de teſtib. can. 1. cum ſequentib. 3. q. 5. & 4. q. 2. & 3. Sichard. ad Rubric. C. de teſtib. fol. mihi. 360. col. 1. num. 11. Menoch. de arbitrar. jud. quæſt. lib. 1. q. 27. Bronchorſt. cent. 2. ἐναντιοφανῶν. aſſert. 10. edit. 1. Ummius d. theſ. 1. num. 9.* Præterea Judæi, aliique hæretici con- 4 tra Chriſtianos, & fideles non admittuntur: quamvis intra ſe invicem, & pro Chriſtianis teſtificari non prohibeantur. *can. ſi hæreticus. 25. 2. q. 7. l. quoniam. 21. C. de hæretic. & Manichæis. D. Bocerus d. claſ. 5. diſput. 20. theſ. 61.*

Farinac.d.quæst.56.num 205.cum seqq. Reuber. d.tract.de testib.pag.67.& seq.

II.

Pariter & fœminæ in testamentis: (*a*) impuberes in quibuscunque negotiis, (*b*) vel etiam puberes, (*c*) viginti annis minores in criminalibus, ad ferendum testimonium non admittuntur.

a) *l.qui testamento. 20.§.6.ff.de testam. Sichard.in Rubric.tit.C.de testib.num.8.* (b) *l.3. §.5.l.inviti.19.in fi ff.de testib. Farinac.de testib. quæst.58. Reuber.in tract.de testib.part.2.* (c) *l. in testimonium 20.ff.eod.t. Farinac.d.quæst 58.*

2 *num.10.* Illud dubitatione non caret: An pupillus pubes factus de eo, quod in pupillari ætate vidit, testificari possit? Sed, si proximus sit pubertati, deque iis rebus testimonium perhibeat, quæ verisimiliter ab impuberibus intelligi & percipi possunt, audiendum eum

3 esse, crebriori Dd. calculo receptum est. Et rectè quidem: tum quia nullibi prohibetur: tum quia probationum facultas angustanda non est. *l quoniam 11. C.de hæretic.glos in §.testes autem.6. in verb. impubes. Instit. de testament. ordinand. ubi Vigl. nu.10. Schneidevvin. num.6. Nonius num.29. Mynsinger.num.6. glos. in l.3.§. lege Iulia.5.in verb.impuberes.ibiq. Alberic.de Rosat & Gothofred.ff.de testib. Costalius ad l.inviti.19.ff.eod. Sichard.in l.1. C.de testament.num.13. Wurmser. lib.1.tit.18.obs.14.nu.1.*

Ayrer.

Ayrer in hiſtorico proceß. jur. c. 7. obſerv. 1. n. 33. Maſcard. vol. 3. de probationib. concl. 1246. n. 11. Schenck lib. 2. progymnaſ. c. 12. & in Viridar. concluſ. 5. Decius in l. 2. §. item impuberes. nu. 11. ff. de reg. jur. Nicol de Leſcut. in tract. de teſt. exam. c. 30. num. 3. Reyger in proceß. judiciar. diſput. 6 theſ. 8. ad lit. a. Brechter. in proceß. judic. cap. 12. tit. quib. cauſ. teſtes repellantur, & c. Azo in ſumma C. de teſtib. num. 7. Emericus à Roſbach de proceß. judic. tit. 56. num. 6. Dn. Bocer. claß. 5. diſput. 20. theſ. 52. Treutler. vol. 2. diſputat. 5. theſ. 8. ſub lit. a. ubi & diſſentientes refert.

III.

Parentes quoque & liberi in infinitum, 1
propter præſumptam affectionem, in contractibus: & cauſis criminalib. ne volentes quidem ad perhibendum teſtimonium pro ſe, vel contra ſe invicem admittuntur.

l. teſtis. 9. ff. de teſtib. l. parentes. 6. & ibi gloſ. C. eod. c. videtur. 3. verſ. quod verò. ext. qui matrim. accuſ. poß. Berchtold. in tract. de judic. & proceß. judic. c. 15. conclu. 274. Reyger de proceß. judic. diſputat. 6. theſ. 8. In teſtamento tamen 2
filii, de caſtrenſi peculio teſtantis, pater teſtis eſſe non prohibetur. *l. qui teſtamento. 20. §. 2. ff. de teſtam.* & mater de ætate filii teſtari poterit. *l. etiam matris. 16. ff. de probationib.*

Sic cùm de consanguinitate, matrimonium impediente, vel non impediente quæritur: parentum, fratrum, cæterorumque consanguineorum testimonia etiam aliorum testificationibus præferuntur. *d.c.videtur.3.ext.qui matrim.accus.poss. Mascard.vol.1.de probationib.conclus.410.num.33 & seqq.* Consanguinei etiam in primo, secundo, & tertio collateralis lineæ gradu existentes, ad ferendum contra se invicem testimonium, inviti quidem non compelluntur: volentes tamen & suâ sponte testificantes non excluduntur. *l. lege Juliâ.4. ff. de testib. Vide Farinac. de testib. quæst.78. Gomez. tom.3. resolut. cap.12. de probat. delictor. numer. 24. Mascard. d. vol.1. quæst.5. numer. 64. Reuber. in tract.de testib. part.97. Cujac. lib.8. observat. cap.13. hosq; allegantem Ummium disputat.16. de process. judic. thes.5. num.38.* Frater autem pro fratre testimonium dicturus, in causâ quidem criminali, & civili maximâ, non nisi aliæ probationes deficiant; in civili verò parvâ, indistinctè admittitur: nisi ambo fratres sub patris adhuc potestate constituti, communi victu, vitæque consuetudine fruantur, & in iisdem ædibus commorentur. Hoc enim casu ejusmodi testimonium, tanquam à domestico prolatum, ideoque suspectum, minusvè idoneum, meritò reiicitur,

Glos.

Glos. in d. l. parentes. 6. in verb. nec volentes. C. de testib. l. etiam. 3. C. eod. c. in literis. 24. & ibi glos. ext. d. t. can 1. ibiq; insignis glos. & can. accusatores. 12. 3. q. 5. Fürstlich Würtemb. ernewert Landtrecht/ *part. 1. tit. 36.* §. Item Brüder/ rc. *pag. 134. Sichard. in d. l. parentes. 6. num. 6. C. de testib. Fachineus lib. 9. controversiar. jur. cap. 83. Menoch. lib. 2. de arbitr. judic. cent. 2. cas. 104. Donell. in tract. de testib. c. 3. Bronchorst. cent. 2.* ἐναντιοφανῶν. *assert. 6. edit. 1. Robert. lib. 4. sentent. jur. c. 2. Ræward. lib. 2. varior. cap. 8. Treutler. vol. 2. disput. 5. thes. 8. sub lit. f. circa finem. Videatur quoque Nepos de Monte Albano in tract. de testib. num. 48. & Stephanus Aufrer. in eodem tract. de testib. num. 25. nec non Bocerus class. 5. disput. 20. sub thes. 65.*

IV.

Sic reliqui domestici, ut mercenarii, coloni, famuli, homines liberi, bonâ fide servientes, â domino producti, contra ipsum quidem dominum testificantes audiuntur: pro ipso verò testimonium ferentes tanquam suspecti removentur. 1

l. etiam jure. 3. & ibi glos. & Sichard. num. 4. in fin. C. de testib. c. in literis. 24. & ibi glos. ext. eod. latè Mascard. vol. 1. de probationib. conclus. 533. & Iacob. Ayrer. in histor. process. jur. cap. 9. observ 5. Quod si verò iidem domestici ab extraneo aliquo contra dominum produ- 2

cti, pro ipso domino testificentur: testimonium eorum, utpote semel approbatorum testium, reprobari ampliùs non potest. *l. si quis. 17. C. de testib.* Vicissim tamen dominus pro domesticis, & contra eosdem, ipsique domestici contra, vel pro se invicem, testimonii dicendi licentiâ non privantur. *Sichard. d. loco num. 8. per l. non solùm. 67. §. 1. ibi, par affectionis causa suspicionem fraudis amovet. ff. de ritu nupt.* Personæ quoque ecclesiasticæ in causis Ecclesiæ, testimonium rectè ferunt de iis, quæ in capitulo geruntur: nisi de singulorum emolumento directè agatur. *c. veniens. 38 in fin. ext. de testib.* Eodem modo in causâ universitatis, singuli de universitate ad dicendum testimonium admittuntur: si modò controversia commodum singulorum principaliter non concernat: & alii testes magis idonei haberi non possint. *c. super prudentia. & ibi glos. 14. quæst. 2. d. c. veniens 38. in fi. c. tuis 39. ex. de testib. Wesenbec. in Paratit. ff. tit. de testib. num. 3. in fin. Mascard. de probationib. d. vol. 1. conclus. 395. num. 9. 18. & seqq. Bronchorst. cent. 2* ἐναντιοφανῶν. *assert. 14. edit. 1. Tertacinq. de test. resol. cap. 4. num. 1. huncq; cum aliis nonnullis referens Ummius disput. 16. de process. judic. thes. 4. num. 32.* Non dispari ratione propter utilitatem usus necessarii, ne probationum facultas coarctetur, Regum, Principum, Comitum, cæterorumque Ma-

gna-

gnatum subditi, vasalli, propriique homines, ad perhibendum in causis dominorum suorum testimonium vocati, juramenti prius præstiti relaxatione factâ, pro utraque parte liberè testificantur. *d. c. veniens. 38. in fi. ex. de test. c. venerabilis. 11. vers. ideoq;. in verb. ut ab hujusmodi juramento absolvant. ext. de test. cog. Wesenbec. in Paratit. ff. tit. de testib. num. 3.* Sæpè enim hujusmodi personæ, nisi per subditos suos & vasallos, probare non possunt. *Sichardus eleganter in explicat. l. libertorum. 11. C. de testib. num. 4. & Mascard. d. conclus. 395. num. 14. 15. 16. & seq. vide quoque omnino Henric. Rosenthal. in Synops. feud. cap. 10. conclus. 34. ubi plures citat.* Testis autem in appellationis 7 causâ is esse non potest: qui in primâ instantiâ appellantis vel advocatus, vel procurator extitit. *l. ult. ff. de testibus, c. Romana. 3. eod. tit. in 6.*

V.

Eorum quoque testimonium jure tam di- 1 vino, quàm humano improbatur: qui in suis depositionibus singulares sunt, & concordantem, sive contestem non habent. Namque perinde habentur, ac si ad dicendum testimonium producti non essent.

l. jurisjurandi. 9. C. de testib. c. licet causam. 9. §. quanquam. ext. de probationib. l. maritus. 20. ff. de quæst. Hinc unus testis, etsi Princeps es- 2 set, plenè non probat: nisi de suo facto testaretur. *Iul. Clar. lib. 5. sent. § fin q. 53. nu. 21. Me-*

noch.

noch. de arbitr. jud. libr. 2. cent. 1. cas. 99. num. 5. Mynsinger. cent. 5. observ. 34. Vasqui. de success. creat. libr. 3. §. 2. nu. 32. Cacher. decis. 88. num. 26. Rittershus. lib. 2. Part. feud. cap. 10. q. 6. Farinac. de testib. quæst. 63. num. 79. cum seqq. Hieronymus de Cævallos in speculo aur. opin. communium contra communes, quæst. 494 ubi plures Dd. diversimodè sentientes citat. Quòd si tamen cum vno teste concurrant alia adminicula, & præsumptiones: plena inde resultabit probatio. *Bart. in l. 1. §. idem Cornelio. ff. de quæst. Decius cons. 24. nu. 56. vol. 1. Vult. lib. 2. Iurisprud. Rom. c. 2. num. 44.* Regulariter equidem, ubicunque lege, vel statuto certus numerus non est expressus: ad plenam fidem faciendam duo concordes, probatæque vitæ testes requiruntur. *c. licet. 23. c. licet ex quadam. 47. & ibi glos. in verb. ab uno ext. de testib. Deutero. cap. 17. vers. 6. cap. 19. vers. 15. & seq. Numeri cap. 35. vers. 30. Matth. cap. 18. vers. 16. Ioan. cap. 8. vers. 17. 2. ad Corinth. cap. 13. vers. 1. ad Hebr. 10. vers. 28. l. ubi. 12. ff. de testibus.* Nam ex consentientium, non ex productorum multitudine, testium numerus est æstimandus. *l. ob carmen. 21. §. ultim. & ibi glos. finalis. ff. de testib. glos. in c. cum ecclesia. 3. in verb. vacillasse. ext. de causâ possess. & propr. Quibus autem casibus plures requirantur testes, post Speculatorem de testibus. §. 11. numer. 1. cum seqq.*

seqq. Vasquium libr. 1. illustrium controvers. cap. 14. num. 3. Donell. ad l. 9. pag. 192. cum seq. C. de testib. & Farinacium q. 63. n. 239. cum seqq. à se citatos, diligenter exponit Ummius disp. 10. de process. judiciar. thes. 6. num 42. Quinimò 6
certis quibusdam casibus, unius idonei testis testimonium plenam probationem facit. Soli enim tabellioni, instrumentum à se conscriptum, vel non conscriptum asserenti; & soli nuncio, viatori, vel apparitori, partem à se citatam affirmanti, plena fides adhibetur. *l. si quis decurio. 21. in fi. C. ad L. Cornel. de fals. glos. in c. cum parati. 19. in verb. suus nuncius. ext. de appellat. l. 5. §. 13. & ibi glos. in verb. viatorem. ff. de reb. eor. qui sub tutel. Menoch. de arbitr. jud. quæst. d. lib. 2. cas. 99. num. 3. & 4. Iacob. Ayrer. in historico process. jur. cap 9. observ. 6. & Gabriel. Rom. lib. 1 de testib. conclus. 2. qui plures fallentias, notatu dignas, recensent.* Omnibus præte- 7
reà in re propriâ dicendi testimonii facultatem jura submoverunt. *l. nullus. 10. ff. de testib. & l. omnibus. 10. ibiq; Sichard. C. eod. Campeg. in tract. de testibus. reg. 55. Farinac. de testib. quæst. 60.*

VI.

Superioribus etiam adiiciantur testes fal- 1
si, *(a)* datione vel promissione pecuniæ corrupti, *(b)* viles, redempti, *(c)* pauperes aliàs suspecti, & lucri causâ quidvis facilè perpetrantes, *(d)* levis opinionis, vi-

tæque

tæque minus probatæ, *(e)* similem causam habentes, *(f)* socii, vel ejusdem criminis participes. *(g)* Hi enim omnes, tanquam minus idonei, & suspecti omni testimonii fide destituuntur.

a) *l. qui falsò: 16. ff. de testib. l. qui falsa. 13. C. eod.* (b) *l. si quis. 17. C. d. t.* (c) *l. testium. 18. C. d. t.* (d) *l. 3. in princ. ff. d. t. Sichard. ad Rubric. tit. C. de testib. fol. mihi. 360. col. 1. num. 13.* (e) *c. licet. 23. ex. de testib.* (f) *c. personas. 20. ex. d. t.* (g) *c. veniens 10. c. personas. 20. ext. d. t. Specul. §. opponitur. num. 10. tit de teste: Novell. 90. c. 1. Mynsinger. Decad. 5. respons. 42. num. 11. Reuber. tract. de testib. pag. 69.* Etsi autem prædictæ, similesque aliæ personæ ad perhibendum testimonium inhabiles, minusque idoneæ sint: nonnunquam tamen rei in judicium deductæ ea est conditio: ut, omni alia probatione deficiente, nulloque alio eruendæ veritatis adminiculo existente, personas hujusmodi admittere, vel etiam cogere Judices compellantur. *l. servi. 7. l. ob carmen. 21. §. 1. & 2. ff. de testib. Mynsing. cent. 5. observ. 13. c. pervenit. 5. in fi. ext. de testib. cog. D. Bocer. class. 5. disput. 20. thes. 54. Berchtold. in tract. de judic. & process. judiciar. cap. 15. conclus. 285. Hippolyt. de Marsil. consil. 5. nu. 10. & consil. 31. num. 33. & cons. 22. num. 12. vol. 1. Alexand. consil. 46. num. 1. vol. 1. & alii, quos refert Iacobus Ayrer in historico process. jur. cap. 7. observat. 1. num. 25. Et ha-*

ctenus

ctenus de exceptionibus contra personas testium.

VII.

Similiter & dicta testium obscura, varia, ambigua, vacillantia, impertinentia, præmeditata, minimeque verisimilia, sibique invicem contraria, fidem non merentur. Testis enim in eodem judicio sibi ipsi contraria pronuncians, omni fide destituitur: *(a)* alteri verò, eique unico repugnans, tam sui, quàm alterius testimonii fidem, autoritatemque evertit: *(b)* duorum autem, pluriumve idoneorum & consentientium concordiâ superatur. *(c)* 1 2

a) *c. licet. 9. vers. quanquam. ibi, contradicant. ex. de probat.* Fürstl. Würt. ernewert Landrecht / *parte 1. tit. 48. pag. 153. Farinac. quæst. 66. Mynsinger. cent. 2. observ. 86. Wesenbec. in Paratit. ff. tit. de testib. num. 7. Rosbach. in process. judiciar. tit. 61. num. 13.* (b) *suprà per conclusionem 5. num. 1.* (c) *c. licet. 23. ext. de testib. l. ubi. 12. ff. eod. eleganter Mynsinger. cent. 1. observ. 93. in princ. glos. notab. in c. in nostrâ. 32. ad verb. sed adversa. ext. de testib.* Si tamen in diversis judiciis pugnantia testis protulerit: posteriori ipsius depositioni priorem esse præferenda, sæpius obtinuit. *Myns. cent. 2. obs. 86. Bart. in l. si postulaverit. 27. §. pen. ff. ad L. Iul. de adult. Innocēt. Ioan. Andr. & Imol. in c. preterea. 27. de testib. Alciat. de præsumpt. reg. 2.* 3

reg.2.præsumpt.29.num.7. Menoch.lib.2.de arbitr.judic.cas.108 num.10. Guido Pap.decis.547. Clarus lib.5.sent.§.fin. q.53. num.13. Covarruv. lib.2. var. resol. cap.13. num.8. Justus Reuber.in tract.de testib. pag.272. Gabriel.lib.7.commun. conclus.tit. de maleficiis. conclus. 29. Videatur Fachineus libr.9.controversiar.jur.c. 84. ubi id judicis arbitrio committere videtur. Econtrà verò teste extra judicium aliquid asserente: contrarium autem in judicio posteà deponente: posterior priori non immeritò prævalet testificationi. *Mynsinger.cent.6.observ.14. ubi pro hac sententia Bald. Lud.Rom. Salic.Felin. Alexand. & alios adducit. Gail. lib.1. observat.104.num.8. Clarus d. quæst.53. num.11. Menoch.d.cas.108.num 22. Sichard.in l.jurisjurandi.9.nu.11.C.de testib. Schenck Baro & Feudistæ in cap.1. §. si enim. Quid sit investit.in usib.feudor.* Dissentit Bartol. *in l.eos, qui.27.num.4.ff. ad L. Cornel. de fals. & in l.si quis ingravi.3.§.1. ff. ad senatusconf. Silan.* Cæterùm Fachineus *d.lib.9.controvers.jur.c.85. in fin.* hoc quoque negocium discretioni judicis relinquit. Enimverò talis testis, qui unum affirmavit extra judicium, & postea contrarium attestatus est in judicio, tanquam mendax & varius, extraordinariè puniendus est; *ut pluribus id auctoritatibus, & ratione evidenti confirmavi ad §. item lex Cornelia de falsis.7.num.17. Instit.de public.judic.*

Si

VIII.

Si plures testes, sive ab unâ, sive ab utraque 1
parte producti, pluribus adversentur: judicis ad officium pertinet, prolata testimonia, si id sanâ aliquâ interpretatione fieri possit, ad concordiam redigere.

c. cùm tu. 16. ext. de testib Haneton. in tract. de judicior. ord. p. 2. ti. de testib. & attest. pag. 76.
In hac constituendâ concordiâ (ne confun- 2
datur animi motus, cæcutiatque in dijudicandâ veritate) judex tres veluti gradus, nimirùm authoritatem testium, qualitatem testimoniorum, & numerum testium comprimis observabit. *l ult. ff. de fide instrũ. l. 2. l. 3. l. ob carmen. 21. §. 3. ff. de testib. Mynsinger. cent. 1. observat. 93. & cent. 4. observ 38. Adde Wurmserum lib. 1. tit. 18. observat. 22. & Stephanum Berchtoldum in tract. de judic. & process. judiciar. capite. 16. conclus. 298.* Personarum autho- 3
ritas consistit in dignitate, fide, moribus, & gravitate. Hinc seniorem juniori, decurionem plebejo, virum fœminæ, ingenuum libertino, inculpatæ vitæ hominem reprehensibili, divitem pauperi præferimus. *l. semper. 5. in princ. ff. de jur. immun. d. l. ult. ff. de fide instrum. d. l. 2. & 3. in princ. ff. de testib. Novell 90. cap. 1. Mynsinger dd. locis.* Circa testimonio- 4
rum qualitatem diligenter considerandum est: quàm verisimilia, quibus rationibus & argumentis circumvallata, atque munita;

quàmque naturæ negotii, de quo agitur, convenientia sint, quæ proferuntur. *d. l.3. §.2. d.l. ob carmen. 21. §.3. ff. de testib. Mynsinger. suprà dd. locis.*

IX.

Si testes & personarum, & testimoniorum fide sint pares: tum demum ad numerum testium, eorumque multitudinem recurrendum; & secundùm illam lites definiendæ sunt.

l.3. §.2. ibi, aliâs numerus. & l. ob carmen. 21. §.3. ff. de testib. Mynsinger. cent.1. observ.93. & cent.4. observ.38. num.6. Quibus adde c. in nostra. 32. ejusq; gloss. singularem, in verb. sed adversa. ext. de testibus. ubi etiam traditur, si testes instrumento alicui contradicant, quid observandum sit: quod etiam Mynsing. cent.4. observ.39. notavit. Si tamen ob nimiam discrepantiam testium depositiones conjungi non possint: sed unusquisque singulare aliquid, quod cum reliquorum dictis non conveniat, protulerit: omnes, etiamsi mille sint, unico testi singulari, qui per se fidem nō facit, comparantur, meritoque reiiciuntur. *c. cùm dilectus. 32. ibi, eò quòd singuli essent in suis testimoniis singulares. ext. de election. Huc referenda est conclusio 5 hujus Decadis.* Verùm hæc omnia regulis quibusdam comprehendi, vel certo ullo modo satis definiri non possunt: eamque ob causam, quæ testimonia ad quem modum pro-

probandæ cuique rei sufficiant; prudenti, providoque judici est committendum. *d. l. 3. §. 1. & 2. d. l. ob carmen. 21. §. 3. ff. de testib.*

X.

Contra formam tandem examinis, præter 1
cætera, obiicitur; testes non rogatos, *(a)* & adversâ parte non *(b)* citatâ, examinatos: ante litis contestationem, *(c)* post renunciationem, sufficientem testium productionem, & attestationum publicationem, *(d)* receptos: non secretò, neque sigillatim, ad omnia interrogatoria & articulos diligenter interrogatos: *(e)* non præmisso, *(f)* vel die feriatâ *(g)* præstito jurejurando testificatos esse: nec denique legitimam, & sufficientem testimonii sui *(h)* rationem reddisse.

a) *authent. non rogati. C. de testibus.* (b) *c. 2. vers. ecce. ext. de testib.* (c) *c. quoniam. 5. in princ. & to. tit. ut lite non contest.* (d) *s. decad. 10. conclus. 6.* (e) *sup. decade proximâ, conclus. 5.* (f) *s. decad. 10. conclus. 3. num. 2.* (g) *s. decad. 10. sub conclus. 4. num. 5.* (h) *sup. Decad. præcedente conclus. 1. num. 5. Adde Mascard. de probation. vol. 1. quæst. 5. num. 120. & seqq. Speculatorem tit. de teste. §. 1. & §. sequitur. num. 1. & seqq. Ferrar. in form. oppon. contra test. in verb. suntq; publicatis. Lanfranc. de Orian. in prax. cap. 8. de test. à numer. 1. usque ad numer. 16. & Ioannem Emeric. à Rosbach. in*

process. judic. tit. 61. num. 18. & seq. ubi formam exceptionum contra personas & dicta testium praescribit. Quo tamen posteriore casu distinguendum erit. Si enim testis à judice interrogatus dicti sui rationem, vel scientiae causam idoneam non assignaverit: testimonium ipsius, tanquam nudum, atque invalidum, absque distinctione reiicitur. *glos. in l. sola. 4. & ibi Dd. communiter. C. de testibus. glos. in c. cùm causam. 37. in verb. de causis. & ibi Innocent. & reliqui Canonistae. ext. eod. tit.* Sin verò interrogatio quidem nulla intercesserit: & de iis rebus testimonium perhibeatur, quae mente & intellectu tantùm percipiuntur: sanè praetermissa idoneae causae assignatio omnem testimonii fidem evertit. Secùs autem; si testimonium de rebus, sub sensum aliquem corporeum cadentibus, prolatum fuerit. Tunc enim, dicti ratione, vel scientiae causâ etiam non adjectâ, testificationem illam recipiendam esse, concluditur. *Proximè dictis locis. Verùm quibus casibus testis dicatur testimonii sui reddidisse rationem sufficientem, vide Campeg. de testib. conclus. 208. & Felin. in c. literis. 12. ext. de praesumptionibus.* Illa coronidis vice hic quaestio subiicienda est: utrùm dicta testium fidem faciant, quando Notarius examinavit plures testes, & unius duntaxat testimonium scripsit, dicens, caeteros testes omnes idem in omnibus, & per omnia dixisse? Et (non obstante

ſtante contrariâ opinione *Felini in c. cùm in tua. 44. num. 5. ext. de teſtib. & ſequacium)* illiuſmodi teſtium dicta fidem facere, pleriſq; placuit, *argumento l. 1. §. & eadem. 3. ff. de fonte: Alberico in l. ſi reus. 20. (per illum textum) ff. de condict. indeb. Cæpollæ in l. idem Ofilius. 10. (per textum iſtum in principio, juncto §. 1.) num. 7. & in l. ædiles ajunt. 38. §. loquuntur. 1. ff. de ædilic. edict. & Hieronymo de Cævallos in ſpecul. aur. opinionum commun. contra communes, quæſt. 223. in fine. ubi ſubdit, hanc ſententiam veriorem eſſe, & tenendam in judicando ac conſulendo, & ita communiter practicari.*



CONCLUSIONUM CONTROVERSARUM,

EX PROCESSU JUDICIARIO UNIVERSO DELIBATARUM.

DECAS XII.

PROBATIONEM PER instrumenta continens: hoc est; quid, & quotuplex instrumentum sit, quantamq; vim probandi habeat, aperiens.

CONCLUSIO I.

1 CUM in causis decidendis tanta instrumentis adhibeatur fides, quantam vel testes (de quibus superioribus conclusionibus disputatum est) mereri solent: *(a)* superest,
2 ut etiam aliquid de illis proponatur. Instrumenti *(b)* verbum, quo in judicio utimur, & ge-

& generale eſt, & ſpeciale. Generaliter acceptum, ſignificat omne id, quo cauſa inſtrui poteſt: & ideo tam teſtimonia, & perſonæ teſtimonia dicentes, inſtrumentorum loco habentur, quàm ſcripturæ, quibus res geſta comprehenſa eſt. *(c)* Specialiter verò inſtrumenti nomen ſumptum, deſignat ſcripturam, de re geſta factam, ut ejus fidem ac probationem præſtet. *(d)*

a) *l. in exercendis.15. C. de fid.inſtrumentor.* Fürſt.Würt.ernew.Landt. *par.1.t.34.pag.128. Speculat.in § reſtat videre.nu.8.de inſtrument. edit.Petr.Gregor.in ſyntag.jur.lib.48.c.18.nu.1.*

(b) Inſtrumentum, ab inſtruendo dictum, latiſſimè uſurpatũ, denotat ea omnia, quibus & prædium, ſive fundus, & cauſa inſtrui ſolet, *per rubr. ff. de fundo inſtructo & inſtrum.legat. l.1.ff. de fide inſtrument.ibiq;* W*eſenbec.in Paratit.num.1.l.notionem.99.§.fin.ubi Alciat. num.5. & Gœdd.num.4. ff.de verb.ſignif.cap.1. ext. de teſtib. Sichard.in l.5. C. de probat. & in rubr. C.de fide inſtrument. num.2. Maſcard. vol.1. de probationib. quæſt.6.num.99. & ſeqq.* 3

(c) *d. l.1.ff.de fid.inſtrument. l.ſi uxor.12.C.de pignorib.l.oratione.7. ff. de fer.l.3.§.idem Divus.3. ibi, teſtibus ſe, non teſtimoniis crediturum. item ibi, nec teſtes producebat, ſed teſtimoniis uti volebat. & §. Gabinio. 4. ibi, alia eſt auctoritas præſentium teſtium; alia teſtimoniorum, quæ recitari ſolent. ff.*

de testib. (d) *l. cùm te transegisse. 5. in fine. ibi, scriptura, quæ probationem rei gestæ continere solet. C. de transactionib. l. contrahitur. 4 ff. de pignorib. d. l. si uxor. 12. C. eod. l. in re. 4. ff. de fide instrument. l. sicut. 5 C. d. tit. & l. cùm res. 12. C. de probationib. Ioan. Emeric. à Rosbach in process. judici. tit. 62. nu. 2. Stephan. Berchtold. in tract. de judic. & process. judiciar. cap. 17. nu. 299.* Eodemque sensu instrumenta appellantur etiam tabulæ. *l. 1. ff. de bonor. possess. secund. tabul. & l. ult ff. de fide instrumentor.* & documenta. *l. ult. C. de probationib. D. Bocerus class. 5. disputat. 21. thes. 2. lit. b & c.*

II.

Instrumentum est aut publicum, aut privatum. *(a)* Publicum est scriptura, à Notario rogato, *(b)* aliové, cui statutum, vel consuetudo auctoritatem & potestatem dedit, solenniter confecta quæ rerum, inter homines licitè gestarum, *(c)* monumenta continens, sine alio adminiculo plenam fidem judici facit. *(d)*

a) *l. scripturas. 11. C. qui potiores in pignor. hab. l. comparationes. 20. in princ. ibi, et aliis instrumentis, quæ non sunt publicè confecta. item ibi, ex forensibus vel publicis instrumentis. C. de fide instrument. c. cùm Ioannes. 10. §. cùm igitur. vers. dictus verò Ioannes. ibi, publicum exhibens instrumentum. ext. d. t. Novell. 49. cap. 2. Wesenbec. in Paratit. ff. de fide instrument. num. 2.*

Hanc-

Haneton. in tract. de judicior.ord. part.2.tit.de inſtrument.public. Tancret. in tract.ordinis judicior.lib.3.tit.de inſtrum. Vult. lib.2.Iuriſpru. Rom.c.2.num.65 Reyger in proceß. judic.diſputat.7.theſ 9. Emeric. à Roſbach in proceß.judic. tit. 62. num. 2. Et utrumque vel authenticum ſive originale eſt, vel exemplare ſive tranſumptum.*c.2.& 3.ibiq; Cujac.& c.ult.ext.de fide inſtrument. l. ſancimus. 3. C. de diverſis reſcript.l.in fraudem.45.§.ipſe autem.ibi,actorum ſuorum exempla. ff. de jure fiſc. c. quoniam. 11. verſ. Et omnia. ibi, ita quòd originalia penes ſcriptores remaneant. & c. ult. in princ. ibi, acta originalia. ext. de probat. l. 2. ibiq; gloſ. in verb. indice. ff. de fide inſtrument.* Exemplaria ſive 2
tranſumpta inſtrumenta vulgariter copiæ vocantur, *tradente Bocero claß. 5. diſputat. 21. theſ.4. ſub lit.c.* (b) Quòd notarius ſpecialiter debeat rogari, ut conficiat inſtrumentum, conſtituit Maximilianus publicâ lege *in Comitiis Colonienſib. de Anno 1512. tit. de publicis notariis. §.* Und nach dem/ ꝛc. Cur autem rogandus ſit, ratio hæc eſſe videtur: quia meritò ſuſpectus eſſet, ſi ſe ultrò ingereret. Et rogationem iſtam Doctores communiter deſiderant. *Roland à Valle lib.1.conſil.38.num.4. Alexand.conſil.153. num 9. & ſeqq. lib.2. & conſ.38. num. 6. libr. 7. Videantur quoque Cujacius & Dd. in Novell. 44. de tabellionib. Panormit. & Felin. num. 21. & cæteri in cap. 1. ext. de fid. in-* 3

 ſtrument.

strument. Bald. ad rubric. C. eod. num. 7. hosq; referens Jacobus Ayrer. in tract. de historico process. jur. c. 9. observ. 9. num. 44. ubi & alia huc non parùm facientia, adfert. (c) *Ioan. Sichard. in l. instrumenta. 5. nu. 3. C. de probationib. & in l. final. num. 17. C. de litigios. Wesenbec. in Parat. ff. de fide instrum. num. 4.* (d) *l. in exercendis. 15. C. de fide instrum. arg. d. c. 2. ubi Panormit. ext. de fide instrum. Rosbach. d. process. judic. tit. 62. num. 4. Lanfranc. de Orian. in prax. tit. de instrument. product. Stephan. Berchtold. in tract. de judic. & process. judiciar. c. 17. thes. 303. König. in process. jud. c. 91. num. 3.*

III.

1 Solenniter confectum instrumentum tunc videtur, quando habet hujusmodi requisita; putà invocationem divini nominis, *(a)* annum Domini, *(b)* indictionem Romanam, *(c)* diem, & mensem, *(d)* nomen & annum Principis regnantis, *(e)* locum & narrationem rei gestæ, *(f)* nomina testium & Notarii signantis. *(g)*

a) *Joan. Schneidevvin. in rubr. procemii. Instit.* ubi ex communi Dd. sententia ait: honestum quidem & pium esse, invocationem nominis divini semper in negotio honesto apponere: si tamen à Notario omissa fuerit; propterea instrumentum non vitiari: nisi aliud consuetudine (quam confirmare videtur Maximilianus Imp. *in ordinat. de publicis*

notar.

notar. Coloniæ promulgatâ, Anno 1512. §. Vnd nach dem/rc.) receptum esset. Et sanè si 2 jus scriptum Justinianéum respiciamus: nullibi probatur, instrumentum annullari, quod præfatione divini nominis caret. *Didac. Covarruv. practicar. quæst. cap. 20. num. 1. tom. 2. Emanuel Soarez. in thesaur. recept. sent. lit. I. num. 114. Wesenbec. in Paratit. ff. de fide instrument. num. 5. Sichard. in Rubr. C. eod. num. 17. Emeric. à Rosbach. in proceß. judic. c. 62. num. 5. Valent. Guliel Forster. tractation. Iustinia. li. 1. disputat. 1. thes. 2. Bocer. class. 5. disput. 21. thes. 13. Philipp. Hœnonius disput. 1. controvers. 3. Treutler. vol. 2. disp. 5. th. 3. lit. a. Gœdd. part. 2. disp. 14. thes. 3. Hackelman. disput. 4. thes. 19. & disput. 13. thes. 4. & ego part. 1. disputat. 1. assert. 2. item latè Jacobus Ayrer. in historico proceß. jur. c. 9. obs. 9. num. 2. cum seqq. & Joan. Stuckius part. 1. Exercitat. Iustin. Decad. 1. assert. 1. lit. a.* Dissentiunt Bernardus Waltherus *lib. 2. Miscellan. jur. c. 1. Lagus part. 5. meth. jur. c. 24. num. 7. König in practica & proceß. jud. cap. 91. num. 5. Reyger de proceß. judiciar. disputat. 7. conclus. 9. sub lit. e. & noviter Rulant. lib. 5. de commiß. circa liter. docum. cap. 7. num. 6.* (b) *glos. notab. in l. generali. 3. C. de Tabular. Rosbach. d. cap. 62. num. 5. Ayrer. d. cap. 9. observat. 9. num. 20. & 21.* (c) *c. inter dilectos. 6. cum glos. in V. indictionis. ibiq. Felin. num. 11. & Bald. num. 14.*

de

de fide instrum. (d) *Speculat. in tit. de instr. edit. §.1. vers. debet etiam instr. Novell. 44. c. 2. l. si qua. 4. C. de divers. rescript. & ibi Bald. nu. 1. & Iason. num. 3. Alexand. in l. jurisgentium. 7. §. quod ferè. num. 6. ibidemq́; Fulgos. num. 3. ff. de pact.* (e) *Novell. 47. ut praepona. nom. Imp. Rulant. d. lib. 5. de commiss. circa liter. doc. c. 33. num. 1. & 5. Bocer. d. disputat. 21. thes. 14. Ayrer. d. cap. 9. observ. 9. num. 28.* Hujus contrarium verius & æquius esse, dicit Soarez *d. thesaur. recept. sent. lit. l. num. 116. in fine. De istis solennitatibus videatur quoque Menoch. de praesumpt. lib. 2. praesumpt. 82. & seqq.* (f) *d. glos. in d. l. 3. C. de tabular. Ioan. Sichard. in rubr. nu. 7. C. de fide instrum. Andr. Gail. observ. 13. lib. 2.* (g) *Novell 73. de instrum. caut. & fide. cap. 2. l. contractus. 16. ubi Sichard. num. 4. C. d. tit. Andr. Gail. lib. 2. observ. 43. num. 3. Boër. decis. 36. num. 6. & 8. Franc. Vivius lib. 1. commun. opin. in verb. instrumentum publicum, &c. Hieronymus de Cavallos in specul. aur. opinion. communium contra communes. quaest. 32. Rosbach. d. c. 62. n. 5. D. Bocer. d. disput. 21. thes. 12. & Ayrer d. obs. 9. n. 39. & aliquot subseqq.*

IV.

1 Pro diversitate autem actuum, impar etiam testium numerus adhibetur. In actibus enim à testatoribus celebrandis, plerunque septem, *(a)* interdum quinque, *(b)* nonnunquam duo: *(c)* à viventibus verò, &

con-

contrahentibus sæpiùs duo, *(d)* quandoque tres, *(e)* interdum quinque *(f)* requiruntur.

a) In testamentis. *l. in testamentis. 26. & l. si unus. 12. in princ. C. de testam. vide* des Reichs Abschiedt *in Comitiis Coloniensibus de Anno 1512. tit.* Von Testamenten. *§.* Unnd sollen die Notarien / etc. Tametsi etiam plures testes, quàm septem, rectè adhibeantur. Abundans enim cautela non officit. *l. testamentum. 17. C. de testament.* actusque non vitiatur, si aliqua impertinenter, inordinatè, vel vitiosè fiant, quæ necessaria non erant; adeoque omitti poterant. *l. quæ extrinsecus. 65. ibiq; Zasius n. 4. ff. de verb. obligat.* (b) in codicillis. *l. ult. §. fin. C. de codicil.* in donation. mortis causa, & in omni ultimâ voluntate. *d. l. ult. §. fi C. de codicill. l. ult. C. de donatio. causâ mortis. Wesenb. in princ. Inst. de donatio. num. 8. & in §. fin. num. 14. Inst. de fideic. her.* (c) in testamento militis vel quasi. *l. Divus. 24. ff. de testament. mil. c. cùm esses. 10. de testament. Sichard. in rubr. nu. 3. C. de testament. milit.* (d) *Idem Sichard. in auth. sed novo jure. in fin. C. si certum petat. Bocer. class. 5. disp. 21. th. 15. & 21. cum aliquot seqq. Iacob. Ayrer. in histor. process. jur. c. 9. observ 9. num. 35.* (e) *l fin. C. si cert. petatur. Novell. 73. c. 1.* (f) *d. auth. sed novo jure. cum sua glos. C. eod. & d. Novell. 73. c. 8.* Prodest etiam actuum distinctio ad hoc: ut scire possit Notarius, 2.

quan-

quando ad instantiam unius partis tantùm instrumentum conficere debeat : vel quando requiratur duorum consensus; ut in contractibus ultrò citroque obligatoriis. *Lanfr. in c. quoniam. 11. in verb. instrumentorum product.*
3 *num. 17. de probationib.* In priori tamen casu, ut & in aliis negotiis, quæ non dependent ex unius tantùm voluntate, ut plurimùm judicis authoritas intervenire debet. *Ioan. Sichard. in l. neque natales. 10. in fin. C. de probatio-*
4 *nib.* Unde posterioris casus occasione, facilè ad illam quæstionem responderi potest: quòd scilicet instrumentum, per Notarium rogatu unius tantùm partis confectum, non plenè probet: cùm inde constet, regulariter Tabellionem, nisi præsente utrâque parte, pro negotii qualitate, instrumentum facere non posse. *Sichard in l. instrumenta. 5. num. 7. & seq.*
5 *C. de probat.* Imò quicquid contra alterius partis voluntatem in instrumento est adscriptum; nullius momenti esse creditur. *Argum. l. cùm precibus. 18. C. eod. tit. de probat.* Enimverò cùm Notarius ex suo capite nihil in instrumento scribere possit; sed de omnibus rogatus esse debeat: præsumitur omnia partium voluntate scripsisse, *Bald. in l. errore. 7. C. de te-*
6 *stament.* Proinde qui asserit; Notarium aliquid ex suo capite scripsisse : durioribus afficitur probationibus. *Dec. in cons. 105. nu. 4. Alciat. in tractat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 13. nu. 2.*

num. 2. Menoch. cons. 37. nu. 131. & 134. & de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 79. num. 2. & 3.

V.

Ad solennitatem ulteriùs, & clausulas instrumentorum quod attinet; sciendum est, maximè judiciorum stylum, & Provinciarum consuetudinem debere observari. *(a)* 1
An verò instrumenta facta ab eo, qui se vulgò pro Notario gerit, & pro tali habetur, non tamen est, sint valida, quæritur? Placet illorum responsum, qui dicunt: quòd si Notariùs semel creatus, & deinde ob causas remotus, nihilominus talem, qui fuerat, se gerens, pro notario habeatur; instrumẽta ab eodem confecta valere: sin nunquam sit creatus, aut quidem creatus, sed notoriè ob turpitudinem abdicatus, non valere. *(b)* 2

a) *Glos. in l. generali. 3. ibi, si hoc sit de consuetudine. C. de tabular. Sichard. in l. optimam. 14. num. 25. C. de contrah. & committ stipulat.*
(b) *Bartol. in l. Herennius. 10. ff. de decurionib. latè Mascardus in tract. de probat. vol. 2. conclus. 648. num. 49. cum seqq. Sichard. & Dd. in l. 1. in fine. C. de testam. & l. si uteris. 2. num. 7. C. de fid. instrument. Idem Sichard. in l. 1. numer. 4. C. ad Senatusconsult. Maced. Marant. in sp. aur. tit. de actor. editio. numer. 17. Jason. in l. Barbarius. 3. in fin. ff. de offic. prætor. Bernardus Diaz, reg. 347. Alciat. reg. 3. præ-*

præsumpt. 3. num. 15. hosq; referens Cævallos in speculo aureo opinionum communium contra communes. quæst. 386. ubi tamen subjungit, consuetudinem servare partem contrariam, sicq; instrumentum confectum per notarium putativum, esse validum, arg. d. l. Barbarius. ff. de offic. prætor. Adeoque sufficit tabellionis subscriptio & signatio; ut nec contrahentium, nec testium signatio, & subscriptio necessaria sit; *Sichard. in l. contractus. 16. num. 4. & seq. C. de fid. instrument. Jacob. Ayrer. in historico proceß. jur. cap. 9. observat. 9. num. 40. & seq. Treutler. vol. 2. disputat. 5. thes 3 lit g. Wesenbec. in Paratit ff. eod. num. 5.* nisi quibusdam in casibus. *l. in donationibus 31. C de donation. l. hac consultissima. 21. C de testam. Panormit. & Innocent. in c. 1. de his, quæ fiunt à prælat. sine cons. cap.* Sufficit item hoc in casu illius subscriptio & signatio; ut impeditus infirmitate, aliisvè negotiis, instrumenti extractionem de imbreviatura sive protocollo, alii auctoritate judicis committere possit: ubi tamen is, cui res describenda commissa est, in ejus extensione & ingrossatione, quoad substantialia, mandati fines non transgredietur. *Iohan Baptista à Villalob. in com. opin. lit. N. n. 26 & seq Lanfr in c. quoniam. 11. v. Instrumentorum product. nu 19. ext. de probat. Emericus à Rosb ch. in proceß. judic. tit. 62. num. 62.* Si verò non solùm ingrossatio, *ut loquuntur*, sed totius etiam instru-

strumenti completio alii committatur; valebit, intervenientibus duobus vel tribus subscriptis testibus. *Cujac. in Novell. 49. de appellat. & de privat. scripturis, &c.* Validum quo- 6
que est illud instrumentum, ab eo quidem confectum, cui commissum est à Notario, qui prius est mortuus, quàm instrumentum absolveret; modò defuncti Notarii signum adhibeatur. *c. penult. ext. de fide instrument. Baptist. à Villalob. in commun. opin. d. liter. N. nu. 27. & in L. I. num. 33.* Imò mors Notarii vim signi 7
& subscriptionis habebit: licèt instrumentum tantùm confectum, nondum autem partibus omnibus suis absolutum sit; *argumento c. cùm P. tabellio. 15. ext. de fide instrument. And. Gail. lib. 2. observat. 43 nu. 4. Alexand. consil. 14. num. 8. vol. 6. incip. visis & consideratis his, &c. Curt. Iunior consi. 162. num. 1. Bald. ad Rubr. C. de fide instrument. nu. 20. cum seq.*

VI.

Errore in Instrumento apparente, putà in 1
eo substantiali parte, vel clausulâ omissâ, quę vel jure scripto, vel nec scripto, requirebatur, quid juris sit, quæstionis est? Si potest corrigi à Notario in continenti, authoritate Judicis, & partibus præsentibus, valebit correctio: si non, secus. Si tamen instrumenta antè ab eodem Notario ejusdem formæ essent confecta, fieretque comparatio: & hoc casu errorem non obesse verius videtur.

nâ amputationis manus, & perpetuæ infamiæ plectendum esse, *per c. Imperialem. §. scriba. de prohib. feud. alien. per Frider. Et eâ de re explicatiùs disserui ad §. item lex Cornelia de fals. 7. Instit. de public. judic. num. 26. 29. 30. & 64.*

VII.

Reliqua genera publicorum Instrumentorum perhibentur. I. quod sigillo aliquo authentico munitum est, licèt à privato scriptum. *(a)* II. quævis scriptura, etiam privata, cujus publicatio, Magistratus authoritate accedente, ritè contingit. *(b)* III. In judicio apud acta publica scripta. *(c)* IV. Ex Archivo publico prolata. *(d)* V. Libri antiqui & censuales, lapidumque inscriptiones. *(e)*

a) *Sichard. in l. cùm precibus. 18. num. 2. C. de probat. c. scripta. 2. ext. de fide instrum.* putà sigillo Principis, Civitatis, Universitatis, aut alicujus Collegii. *c. post cessionem. 7. ubi glos. in verb. literas judicis. ext. de probationib. c. cùm dilectus 9 ibi, illius Regis fides. ext. de fide instrument. Schurpff. consil. 7. centur. 1. num. 5. & 6. huncq; allegans Arnoldus de Reyger in process. judiciar. disputat. 7. thes 9. ad lit. d.* (b) *l. publicati. 2. C. de testam. l. ult. C. de re judic. Petr. Termin. in process. jur. capite 43. pagina 161.* (c) *l. ne in arbitris. 4. §. 1. ibi,*

vel apud ipsum. C. de recep. arbitr. Chilian König in practic. sive process. judic. cap 91. num. 4. Mynsinger. cent. 6. observ. 29. num. 4. & seqq. (d) *c. quoniam. 11. ext. de probat. auth. ad hæc. C. de fide instrument. Reyger. d. disputat. 7. thes. 9. lit. e. Wesenbec. consil. 27. num. 7. & 8. lib. 1 Iacob. Ayrer in historic. process. jur. cap. 9. observat. 8. num. 1. Schurpff. consil 90. num. 8. & seqq. cent 3. Sichard. in l. comparationes. 19. num. 7. & seq. C. de fide instrument. Termineus in process. Iur. d. cap. 43 pag. 161.* (e) *c. cum causam. 13. ibiq. glos. ext. de probationib. l. 1. & 2. ff. de albo scribendo. Speculato. lib. 2. tit. de probationib. §. videndum restat. num. 12.* Fürstl. Würtemb. ernewert Landtrecht / *part. 1. tit. 34. §.* Item Rhodel / 2c. *pag. 130. Sichard. in Rubr. C. de probation. nu. 8.*

2 Hisce quodammodò simile est instrumentum, quod *Transumptum* seu *Vidimus* vulgò nuncupant: quod licèt regulariter nullam fidem mereatur: si tamen authoritate Judidicis, & citatis his, quorum interest, per Notarium ex Originali sit descriptum, & collationatum; eandem cum Originali fidem obtinet. *Specul. in §. ostenso. 4. de instrum. editio. l. quicunque. 2 ff. de fide instrum. Rittershus. lib. 2. partit. feudal. cap. 10. quæst. 12. Adde Termin. alleg. cap. 43. §. transumptum. & §. seq. & Ioannem Emericum à Rosbach. in process. judiciar. tit. 62. num. 8. & 9.*

Instru-

VIII.

Instrumentum à personâ privatâ (unde etiam Scriptura, vel Instrumentum privatum dictum) de re vel obligatione, aliavé causâ (*a*) confectum: sed nec authentico sigillo, nec testium voce, (*b*) neque aliis adminiculis (*c*) suffultum, nullam fidem facit: nisi contra illum ipsum, qui conscripsit, idque subscriptum, suum esse confessus est, sit productum. (*d*) 1

a) *l. cùm de indebito. 25. §. fin. ibi. nisi ipse specialiter. ff. de probat. Sichard. in l. instrumenta. 5. num. 6. C. de probat.* (b) *Sichard. in Rubr. num. 12. C. de fide instrum. l. Scripturas. 11. C. qui potior. in pig.* (c) *Idem Sichard. in d. l. instrumenta. 5. nu. 5. C. de probat.* (d) *l. publia. 26. §. fin. ff. depos. d. l. 5. & seq. C. de probat.* Fürstl. Würt. ernewert Landtrecht / *part. 1. tit. 34. §.* Es sollen auch / etc. *pag. 129. Stephan. Berchtold. in tract. de judic. & process. judiciar. cap. 17. conclus. 302. Arnold. de Reyger in process. judiciar. disputat. 7. thes. 9. ad lit. f. latè Mascard. vol. 1. de probationib. conclus. 111.* Et hujus tres potissimùm sunt species: apocha, quâ continetur etiam antapocha: epistola: & liber rationum. *Lanfr. in c. quoniam. 11. verb. instrum. productiones. num. 47. de probationib. Bartol. in l. admonendi. 31. num. 25. ff. de jurejur. Sichard. in l. in bonæ fidei 3. num. 22. C. de reb. cred. Termin. in process. jur. cap. 43. pag. 162.* Apocha est 2 3

scriptura (quam confessionem, seu quitantiam vulgò vocant, *Alciatus lib. 1. prætermiss. fol. mihi, 227. Sichard. in Rubr. C. de fide instrument. num. 14. Termineus d. cap. 43. pag. 162. Emericus à Rosbach in process. judic. tit. 62. num. 21.* securitatem verò jura. *l. 2. & l. ult. C. de apochis public. l. in contractibus. 14. §. sed quoniam. C. de non num. pecun. l. unic. C. de solutionib. & liberationib. debitor. civitat.)* quâ tanquam suo chirographo creditor, cui quidem solvi potest, sibi â debitore solutionem factam profitetur. *l. fin. §. Titius. cum suâ glos. ff. de condict. indeb. Sichard. in d. l. in bonæ fidei. 3. num. 22. C. de reb. credit.* Et hoc interest inter acceptilationem, & apocham: quòd scilicet acceptilatione omnimodò liberatio contingat, etiam pecuniâ non solutâ: apochâ non aliter, quàm si pecunia soluta sit. *l. si accepto latum. 19. § fin. ff. de acceptilationib.* Unde licèt apocha data sit, quâ quis se accepisse scripserit, quod non accepit, vel sibi solutum esse, quod reverâ solutum non est: ea tamen recipientem à probatione non relevat. *l. ex pluribus. 89. ff. de solutio. l. neque scriptura. 6. Cod. de compens. l. si inter. 6. l. si obligatum. 13. & l. si literarum. 23. Cod. de solut. facit l. si ex cautione. 3. & tot. tit. Cod. de non num. pecun.*

IX. Anta-

IX.

Antapocha dicitur ſcriptura, ſeu chirographum, quod debitor de penſionibus, uſuris, & præſtationibus annuis vel menſtruis creditori ſolutis, neceſſariò propter præſcriptionem, & ſimilia facit. 1

l fi. §. Titius. cum ſuâ gl. ff. de condict. indeb. l. plures. 18. C. de fide inſtru. Hanet, in tract. de judicior. ord. par. 2. t. de inſtrument. privat. pag. 88. Roſbach. de proceſſ. judic. tit. 62. numer. 20.

Cujus formula hæc eſt: Lucius Titius fateor, me Sejo anno illo, die illâ tot ſolviſſe annui reditus nomine, quem ei debeo ob fundum vel poſſeſſionem illam, vel tot uſurarum nomine, ob creditam mihi pecuniam... *Jacob. Cujac. in Paratit. Cod. de fide inſtrumentor.* 2

Et quemadmodum debitor creditorem ſuum compellere poteſt, ut ſolutione factâ, ipſi det apocham: ſic contrà creditor non tenetur tradere apocham debitori ſolventi: niſi debitor faciat ipſi antapocham de debito ſoluto, vel reddat apocham à ſe ſubſcriptam. *d. l. plures. 18. ubi Caſtrenſ. C. d. t. Sichard. in l. teſtium. 14. num. 1. C. de teſtib.* 3

Quod debitum ſi creditori debitor diſſolverit, eique ſuum chirographum dederit: ab illo condicere hoc poterit. *l. diſſolutæ. 2. Cod. de condict. ex L. & ſine causâ. & ibid. Gothofredus.* 4

Epiſtola eſt, quam abſens debitor, vel etiam 5

creditor per se, vel per alium, suo ipsius tamen signo munitam, mittit absenti. *Lanfr. in c. quoniam. 11. V. instrumentorum product. num. 49. de probat. Termin. de process. jur. c. 43. §. epistola, &c.* Unde epistola non tantùm probationem facit contra debitorem mittentem; sed etiam contra recipientem: qui præsumitur ex tacitâ voluntate omnia contenta confiteri in eâ, quorum debitorem scribens dixerit recipientem: nisi recipiens se illam pecuniam debitam soluisse probet. *l. si filius fam. 16. ff ad SC Macedon. l. Impp. 29. in pr. ff. de probatio. Sichard in l. in bonæ fidei. 3 num. 23. C. de reb. credit. Et hac de re fusiùs differentem vide Menoch. de arbitr. jud. quæst. lib. 2. cent. 1. cas 94. per tot.* Ab eâ non multùm differre videtur schedula privata, â Patre sine omni solennitate & testibus scripta vel subscripta; continens ipsius voluntatem, circa bonorum divisionem inter liberos. Istam quippe schedulam in vim testamenti nuncupativi plenè probare, communiùs placuit. *Andr. Gail. observ. 112. num. 7. 8 9. & 15. lib. 2 per text. in Authent. quod sine. ibiq; Bald. & Iason. C. de testament. Wesenbec. consil. 90. num. 3. & 4. Clarus lib. 3. sentent. §. testamentum. quæst. 14. Fachin. lib. 4. controvers. jur. cap. 1. Cothman. vol. 1. respon. 6. num. 2 cum seq. Cephal. consil. 99. num. 3. Anton. Faber. Decad. 35. error. 2. & 36. error. 2.*

Ratio

X.

Ratio porrò, est liber vel codicillus, uno 1
contextu conscriptus, ultrò citroq; dandi, accipiendi, credendi, vel etiã obligãdi, cum die anno negociationem complectens. (a) Sed 2
quantam faciat probationem, nondum inter omnes convenit? Potest autem tale dari responsum: Quòd si quidem codex rationum pro scribente, ejusvé heredibus producatur, nullius sit probationis: nisi fortè in eo scripta etiam sint, quæ à merâ facultate scribentis dependent, ut natales liberorum, (b) & alia: vel nisi scribens persona sit honesta, & integræ opinionis, vel tutor, curator, procurator: ubi & qualitas negocii, & quantitas summæ, aliæque circumstantiæ suadent; probationi locum esse dandum, accedente juramento suppletorio. (c)

a) *l.1.§.editiones.2.vers.rationes. & l.si quis.6.§.rationem.3.ff.de edendo. Ioan. Sichard. in l. in bonæfidei.3. num.32. & 37. Cod. de reb. credit.* (b) *l. Imp.8.ff. de statu hom. l.2. in fin. princ. ff. de excusatio. Sichard. in l. neque natales.10.n.9. C. de probation.* (c) *Idem Sichard. in d. l. in bonæ fidei.3 num.32. in fin. cum seqq. C. de reb. cred. Andr. Gail. observ.20. lib.2. Bart. in l. admonendi. num.27. & Iason. ibid. num.127. cum seq. ff. de jurejur.* Sin verò contra scribentem 3
proferatur: tunc regulariter quidem, sive manu propriâ, sive alterius, veluti Factoris

(quem appellitant) etiam omisso die & anno, modò insertâ causâ sit scriptus, codici creditur. *l. Publia. 26. §. fin. cum glos. ff. depositi. Sichard. in d. l. 3. num. 35. & seq. C. de reb. credit. Abbas Panormit. in c. 2. colum. 7. de fide instrumentor. Covarruv. tom. 2. Practicar. quæst. capite 22. num. 8. Bronchorst. cent. 2. ἐναντιοφανῶν.*
4 *assert. 13 edit. 1.* Consuetudo tamen toleraretur, quæ non modò hisce rationibus, præsertim mercatorum, pro scribente productis; sed etiam contra scribentem, plenam accommodaret fidem. *Gail, d. observ. 20. nu. 6. & seq. Sed quando fides adhibeatur libro rationum tam pro producente, quàm contra, dilucidè explanat Menoch. lib. 2. de arbitr. jud. quæst. cent. 1. cas. 93. & Mascard. in tract. de probationib. vol. 2 con-*
5 *clus. 975. & seq.* Et ubi quis semel expressè istis rationibus contradixisset: posteà autem in illis quædam contra scribentem invenirentur: talis renuncians eo scripto non posset juvari. *l. si testamentum. 6. ff. de petitio. hæred. l. 8. C. de his, quibus ut indig. c. ex eo 38. de reg. jur.*
6 *in 6.* Cæterùm ad hoc, ut libris mercatorum fides habeatur, sex requiruntur: quibus concurrentibus, plenam fidem faciunt. I. Ut mercator sit homo legalis, adeoque bonæ conditionis & famæ, *juxta Bartol. in l. admonendi. 31. ff. de jurejur. num. 27. & in l. nuda. 26. ff. de donationib.* II. Ut causam obligationis subjunxerit. *l. cùm de indebito 25. §. fin. ff. de probat. l.*

gene-

generaliter.13.C.de non numer pecun.Hippolyt. de Marsil.in l.1. §.praeterea.num.123.ff.de quaestionib. III. Ut propriâ manu mercator contenta in suo libro conscripserit. *l.generaliter. 13. C.de non num.pecun.* IV. Quòd aliquid contra se in eodem libro conscripserit; id est, quòd in libro data & accepta, debita & credita contineantur. *d.l Publia.26.§.fin.ff.deposit.Guid.Pap.decis.441.num.5.* V. Quòd veritatem scribere consueverit. *l. vel universorum.12.ff de pignorat.act.l,qui semisses.13.§.1.ff. de usur.* VI. Ut ex verisimilibus deprehendi ac praesumi possit, verum esse, quod scriptum reperiatur. *Roland. â Valle cons.92 nu.6.vol.3. Atque isthaec requisita,post alios,refert & sequitur Jacobus Ayrer. in histor. process. jur. c.9.observ.8.num 9.& seqq.Eadem de re videatur jus renovatum Würtembergicum part.1.tit.34 pagina 131.§* Item Schuldbücher/ꝛc.*& §.seq.ubi nonnulla de probatione chartarum & bacillorum fissorum illorum (quos Germani* Kerffzedel / oder Hölzer *indigitant) affert. Vide quoque Boërium decis.105.num.7.& 8. Mollerum lib.4.semest. c.37.eosq; citantem Treutlerum vol.2.disput.4.thes.2.ad lit.a.edit.5.*

CON-



CONCLUSIONUM CONTROVERSARUM, EX PROCESSU JUDICIARIO UNIVERSO DELIBATARUM,

DECAS XIII.

IN QUA DE JUDICE, apud quem instrumenta producenda sint; de comparatione literarum; de reprobatione instrumentorum; & de probatione per famam, perq́, rei evidentiam & aspectum disputatur.

CONCLUSIO I.

1 PRODUCUNTUR instrumenta non tantùm apud judicem causæ, parte adversâ ad hunc actum citatâ; *(a)* sed propter longinquitatem & periculum itineris, etiam alibi,

alibi, depositione ex illis ad judicem instantiæ transmittendâ. *(b)*

a) *Marant. part. 6. ord. judic. tit. de instrum. product. num. 18. Cujac. lib. 10. observ. cap. 14. gl. & Castr. in l. 1. §. 2. & 3. ff. de edend. Mascard. vol. 2. de probationib. conclus. 922. nu. 3. Treutler. vol. 2. disputat. 5. thes. 4. lit. a.* (b) *c. accepimus. 4. ex. de fid. instrum. l. Iudices. 17. ubi Sichard. C. eod. t. Cujac. Novell. 90 ibi, quinto loco. &c.* Nisi statutum esset, ut instrumenta paratam haberent executionem. Tunc judex etiam sine strepitu judicii, illis inspectis, exequi posset. *Wesenbec. in Paratit. C. de exception. num. 7. Sichard. in. l. unic. num. 4. C. de plus petition. & in l fin. nu. 26. C. de edict. D. Hadr. toll.* Nec, quemadmodum post publicatas attestationes, alios testes, & nisi ad præfixum terminum, producere non licet: ita quoque instrumentorum productio inhibenda: sed postea etiam usque ad causæ conclusionem facienda erit. *c. cum dilectus. 9. ex. de fid. instru. Marant. suprà citato loco. num 26. cum seq. Bocer. class. 5. disputat. 21. thes. 67. Andr. Gail. lib. 1. observat. 105. num. 4. & alii, ab eo allegati.* Et postquam renunciatum, & habita est fides instrumentorum productioni: nulla amplius allegatio admitti potest, vel opus est. *l. fin. in fin. C. de fide instrum.* nisi in quibusdam casibus. *Mynsinger. cent. 6. observ. 56. & cent. 2. observ. 53. Idem Mynsinger. in d. c. cum dilectus. 9. num. 5.*

Margin numbers: 2 (beside "co. &c. Nisi statutum esset…"), 3 (beside "dr. toll. Nec…"), 4 (beside "observat. 105… Et").

num. 5. & seq. ext. de fide instrumentor. Harth man. Hartmanni lib. 2. pract. forens. tit. 17. observat. 2. num. 2. & seqq. Addatur Mascardus d. vol 2. de probationib. conclus. 925. num. 7. cum seqq. ubi, an & quatenus instrumentum post conclusionem in causa produci valeat, multis limitationibus declarat.

II.

1 Utrum Instrumentum, ad causam in judicio pendentem semel productum, pœnitente posteà, illudque reposcente producente, ab actis iterum removeri possit, sæpius in dubium vocatum est? Non posse, ad veritatem propius accedere, mihi videtur.

Didacus Covarruv. in practicis quæst. capite 20. num. 7. §. secundò est, &c. Gail. lib. 1. observat. 134. num. 24. Mynsinger. cent. 6. observat. 76. num. 4. ubi Azonem dissentientem allegat.
2 Similiter an pars parti instrumenta edere cogenda sit, quæsitum est? Commune quidem instrumentum communicandum esse: proprium verò, reum actori ostendere non cogi (licèt hunc illi copiam ejus edere oporteat) æquius judico. *c. cum sunt. 11. de reg. jur. in 6. l qui accusare. 4 & l. fi. ibiq; Donellus. C. de edendo. l nimis grave. 6. C. de testib.* Fürstlich Würtemberg. ernewert Landtrecht / *parte 1. tit. 35. §. ult. pag. 133. Philip. Dec. in l. favorabiliore.*

liores. 125. num. 5. ff. de reg. jur. Mynſinger. in cap. 1. num. 21. ex. de probat. Weſenbec. in Paratit. ff. de edendo. num. 12. Tancret. in tract. ord. jud. libr. 3. tit. de modo exhibendi. Schenck, Baro libr. 2. progymnaſ. cap. 13. Bronchorſt. centur. 2. ἐναντιοφανῶν. *aſſert. 9. edit. 1. Pac. ad l. 6. numer. 19. C. de probat. Hackelman. diſputat. 13. theſ. 5. Joan. Emericus à Roſbach in proceſſ. judic. tit. 11. num. 27. & tit. 36. num. 11. & ſeqq.* Niſi actoris intentio jam fundata ſit. 3
Tunc enim & reum invitum eſſe cogendum, ut coadjuvet illius replicationem, rectè quis dixerit. *l. Titius heres. 48. & l. creditor. 52. in princ. ff. de actio. empt. Sichard. in l. diſſoluta. 2. num. 7. C. de condict. ex l. & ſine cauſ.*
Atque inſtrumentum recuſans edere, vel officio judicis, vel actione, quâ adverſarium convenit, vel ad exhibendum, vel actione in factum ad intereſſe, vel jurejurando in litem, compellendus erit. *l. ſi quis. 6. §. ex hoc edicto. & l. ubi. 8. cum ſuâ gloſ. & l. argentariis. 10. ff. de edend. Sichard. in l. non ignorabit. 4. Cod. ad exhibend. Speculat. in §. videndum. numer. 17. & 22. de inſtrum. edit.* 4
Ita quidem, ut ſufficiat, illud edere capitulum, de quo agitur, ſine anno, menſe & die, ſineque Tabellionis ſubſcriptione. *l. 1. §. editiones. in fine. l. exempla. 11. ff. de edendo. c. contingit. 5. extr. de fide inſtrum.* 5

Tam-

Tametsi aliud sit in editione actorum, quæ cum die & consule; loco & tempore edi debent, *ut tradit Maranta in tract. de ord. judicior. part. 6. tit. de actor. editio. num. 57. Bald. &*
6 *Dd. in l. 2. C. de edend.* Planè si fc tè instrumentum, ut ab adversario, juramento priùs præstito, eoque ad talionem obligato, falsi arguatur, exhiberi vel reproduci petatur: quemadmodum judici, sic parti integrum erit offerendum. *l fi. & ibi Sichard. C. de fid. instrum. & in l. optimam. 14. nu. 26. C. de contrah. & commit. stipul.*

III.

1 Producto igitur instrumento, & quidem publico plenam, privato verò regulariter semiplenam esse adhibendam fidem, & probationem fieri manifestum est: *(a.)* nisi illud ab adversa parte, tanquam vel vitiosum, vel falsum reprobetur. Quo facto, aliisque probandi argumentis deficientibus; per comparationem literarum ut fiat quasi instrumentorum redintegratio & confirmatio, necesse est. *(b)*

a) *Haneton. in tract. de judic. ord. part. 2. t. de instrum. privat. Covarruv. in tom. 2. pract. quæst. cap. 20. 21. & seq latissimè Mascard. vol. 2. de probationib. à conclus. 905 usque ad conclus. 928.* (b) *Novell. 73. cap. 7. Sichard. in l. comparationes. 20. num. 2. & seq. C de fide instrument. D. Bocer. class. 5. disputat. 21. thes. 42.*

Sed

Sed antequam ad literarum comparationem 2
perveniatur: juramentum calumniæ tum ab adversario, tum ab eo, qui instrumentum protulit, nec non ab iis, qui eam faciunt, præstari debet. *d. l. comparationes. 20. vers. omnes autem. cum sua glos. in v. ab his. C. de fid. instr. d. Novell. 73. cap. 7. vers. & omninò. & vers. si verò nihil, &c. Cujacius ad Novell. 49. c. 2. pag. mihi 227.* Est autem literarum comparatio quæ- 3
dam collatio, sive subsidiaria probatio; quæ petitur ex collatione scripturarum, & subscriptionum. *d. Novell. 73. cap. 7. §. 2. vers. si verò nullus. Sichard. in d. l. comparationes 20. num. 1. C. de fide instrum.* Et primò ex scriptura priva- 4
tâ, à tribus, vel ad minimum duobus testibus subscriptâ, ita facta comparatio intelligitur; ut isti testes jurati pro sua subscriptione deponentes, plenam faciant probationem. *Cujac. in d. Novell. 49. mihi pag. 224. Sichard. in d. l. comparationes. 20. nu. 7. C. de fide instrument.* Sanè si adversarius instrumentum similiter 5
privatum proferat, idque tacitè verum confiteatur, eodemque tanquam suo utatur: cum ejusmodi fieri comparationem rectè desiderat. *argumento l. si quis testibus. 13. C. de testibus. auth. adhæc. C. de fide instrum. Cujac. suprà citato loco.* Fit item eo in casu comparatio privatæ 6
scripturæ; etiam non subscriptæ; quam adversarius expressè suam asserit. *d. auth. adhæc. Sichard. in d. l. comparationes. num. 7. C. de fid.*

7 *instrum.* Tum quando contra privatam scripturam etiam non subscriptam, esset per sententiam Judicis pronunciatum, quòd scil. sit Titii manus; ex ea posset fieri comparatio; &, ut in proximis superioribus casibus, semiplena probatio. *Ioan. Sichard. in sæpe allegata l.*
8 *comparationes. num. 7. C eod.* Denique privata scriptura ad comparationem, plenamque probationem valet; licèt non habeat subscriptionem trium testium; nec sit à Tabellione confecta; sed proferatur ex Archivis publicis, veluti ex Cancellaria, vel sacris scriniis literarum. *d Novell. 49. c. 2. §. 2. d. auth. ad hæc. C. de fid. instrument. Bocer. d. class. 5. disputat. 21. thes. 47. Sichard. in d. l. comparationes. n. 8. & num. 11. C. de fide instrum.*

IV.

1 Instrumentum autem publicum à Tabellione justè completum, si ab adversario falsi arguatur: recurrendum erit, & ad Tabellionem, & ad testes, si vivant; quorum illi asserenti se scripsisse, sine comparatione creditur, fitque plena probatio. Eodem verò mortuo cum testibus, aut in longinquis partibus agente: & sic nullâ factâ Instrumenti cōparatione; hoc casu id tantùm semiplenè probare quibusdam videtur, ita ut in defectum juramentum deferri possit.

l. si

l. si quis Decurio. 21. in fi. C ad L. Corn. de falsis. Lanfranc. in c. quoniam. 11. V. instrumentorum. num. 49. de probat. Angel. & Sichard. in l. comparationes. 20 num. 13. C. de fide instrument. Cujac. ad Novell. 49. Et si fortè aliud testes dicant, aliud suadeat comparatio; ferè semper vivæ & juratæ voci testium potiùs credendum est. *Cujac. ibid. & observ. 16. cap. 25. Mynsinger. cent. 4. obser. 39. & Novell. 73. cap. 3. c. cùm Ioannes. 10. ex. de fid. instrum. c. tertio. 5. de probat. Tancret. in tract. ord. jud. lib. 3. tit. quanta fides adhibeatur instrumento.* Promiscuè quoque instrumentorum, tam illorum, ex quibus, quàm horum, ad quæ fit collatio, ex privatis ad publica, & contrà, comparationem fieri, verius arbitror: modò privatum, ad quod fit collatio, habeat testium subscriptionem, si semiplenè probet; aut si plenè, testes accedant. *Sichard. in d. l. comparationes. num. 10. & 11. & in l. Scripturæ. 14. num 3. C. de fid. instrum. & in l. Scripturas. 11. num. 18. C. Qui potior in pig. &c.* Unde utcunque Instrumentum justum, & solenne præsumatur: probatio in contrarium admittitur. *l. cùm precibus. 18. C. de probatio l. 1. C. plus valere quod agitur, &c. Mascar. vol. 2. de probationib. concl. 905. num. 6. & 7.* Cæterùm si non impugnetur, neque contra illud excipiatur; nihilominùs, etiam non obstante defectu, probare puto; 2 3 4 5

adeò, ut ne quidem, cùm de ejus fide nihil dicatur, testes adversùs scripturam interrogari possint. *Gail. observat. 71. num. 6. lib. 2. Iul. Paul. recept. sent. lib. 5. tit. 15. §. 4. Et Cujac. lib. 16. ob-*
6 *serv. cap. 25. & lib. 13 cap 35.* Et quidem duo testes non inscripti instrumento, & omni exceptione majores reprobare possunt Instrumenti fidem, & privati, & publici: nisi simul cum Instrumento, alii testes sint producti; vel instrumentarii sua signa recognoscant. Ubi pro ipsorum numero & subscriptorum & agnoscentium subscriptionem plures, & ad minimum quinque adsciti rogatique testes reprobatorii sufficientem dictorum suorum rationem reddituri, requirentur: cùm reprobatio non nisi per plures, aut testes meliores, aut alio scripto fieri possit. *Sichard. in l. in exercendis. 15. num. 6. & seq. C. de fide instrument. & in l. 1. num. 12. & l. penult. num. 35. C. de contrah. & com. stipulat. Ioach. Mynsing. cent. 4. observ. 98. & observ. 39. & in c. cùm Ioan. 10. ext. eod. de fide instrum. Cujac. d. libr. 13. observat. cap. 38.*

V.

1 Variis denique modis instrumenta reprobantur; & probationes in cōtrarium erui solent. Enimverò si est publicū, contrà excipitur, non esse solenniter confectum: *(a)* non debitū esse numerum testium adhibitum: *(b)* non absolutum, *(c)* sed rasum; *(d)* aliud a-

ctum;

ctum, aliud scriptum: *(e)* & quæ id genus aliæ sunt exceptiones. *(f)*

a) *arg. l. Divus. 7. in princ. ibi, et si nihil facilè mutandum est ex solennibus. ff. de in integrum restitutionib. l. cùm hi. 8. §. si prætor. 17. ff. de transactionib. Schurpff. cent. 1. consil. 56. vide suprà Decad. 12. conclus 3.* (b) *l. ult. C. si cert. pet. cap. 2. extr. de fide instrumentor. cap. 1. in fin. ext. de procuratorib. Novell. 73. cap. 1. 2. & 4.* (c) *l. contractus. 17. C. de fide instrum. Novell. 44. in præfat. & cap. 1.* (d) *c. ex literis. 3. ext. de fide instrum. Termin. in proceß. jur. cap. 44. & Haneton. in tract. de judic. ord. part. 2. t. de instrum. publ. pag. 86. fac. 2.* (e) *l. 1. cum 4. seqq. C. Plus valere quod agitur, & c. l. quamvis. 4. & seqq. C. si quis alteri vel sibi sub alterius nomine, & c. l. si ancillam. 7. C. de contrah. empt. l. si cùm pater. 17. C. ad SC. Vellejan. l. cum ea. 21. C. de transactionib. Arnold. de Reyger. in proceß. judiciar. disputat. 7. thes. 10. lit. b.* (f) *l. ad probationem. 21. C. de probatio. l. Scripturæ. 14. C. de fid. instru. Vide omninò Ferrar. in suâ Pract. in formâ opponendi cont. instrum. & Ioannem Emericum à Rosbach. in processu judiciar. tit. 63. per totum.*

Contra privatum, ut codicem rationum, opponitur; esse diem omissum, *sicut indicat Vlpianus in l. 1. §. editiones. in fin. ff. de edendo.* Sunt 2
tamen nonnullæ scripturæ, quas non licet facilè impugnare: ut sunt monumenta publica, libri civitatum, & similia. *l. ult. § sin autem,* 3

C. arbit. tutelæ. l. census. 10. ff. de probation. Felin. in c. cùm Ioannes. 10. de fide instrum. Mynsinger. cent. 4. observ. 39. num. 6.

VI.

1 Fama, per quam etiam probatur, est communis quædam opinio, voce manifestata, ex quadam suspicione proveniens. *(a)* Et hoc interest inter famam & rumorem; quòd fama quidem sit quædam communis, ac consentiens opinio, ac tanquam publicum civitatis testimonium: rumor verò sermo quidam, sine certo authore dispersus; qui minorem, quàm fama, probationem adfert. *(b)*

a) *Ioan. Petr. de Ferrariis in sua Practic. in forma positionum actoris. in verb. Item quòd de prædictis omnibus & singulis, &c. num. 3 Bartol. in l. de minore. 10. §. plurimum ff. de quæstionib. num. 7.* (b) *Mynsinger. cent. 5. observat. 46. in*
2 *fin. & in rubr. ad tit. ex. de probat. n. 47.* Eaq; duplex est: una scil. status hominis inter homines; ut quòd Titius sit stultus, vel discretus: alia est fama alicujus facti, vel negocii, particulariter inter homines gesti. *Ferrariens. proximè citato loco. nu. 2. Videatur etiam Mascard.*
3 *volu. 2. de probat. conclus. 748.* Ut autem fama per se, vel aliis adminiculis adjuta, vim probandi habeat; requiritur, quòd ipsa prius duobus testibus fide dignis sit probata: item quòd testes deponant, se à pluribus audivisse,

nom-

nominentque particulariter aliquas personas, etiã nõ interrogati: item quòd audiverint à majore parte populi: quòd exprimant causam, ob quam fama sit orta; item quòd fama præcesserit accusationem. *Mynsinger. d. centur. 5. observat. 46. Villalob. in com. opin. in lit. f. num. 7. & in addit. num. 10. & d. lit. f. numer. 9. Vultejus libr. 2. Jurisprud. Rom. cap. 2. num. 34. in margine. Jul. Clarus libr. 1. com. opin. in v. testes in his. vers. quia ad probationem. cum seqq. usque ad fin. & libr. 5. §. final. quæst. 6. vers. sciendum est. num. 12. & sequentib. Latè Mascard. d. volu. 2. conclus. 749. Godelman. in tractat. de Magis, &c. libr. 3. cap. 3. num. 10. cum seqq. & Hieronymus de Cævallos in speculo aureo opinionum commun. contra communes. quæst. 20.* In præscriptione tamen immemoriali probandâ, necesse non est; ut aliquæ personæ, à quibus audiverint, particulariter à testibus nominentur. *Gabriel libr. 5. de præscript. conclus. 1. num. 80. Covarruvias in c. possessor. de reg. jur. in 6. parte 2. Relect. §. 3. num. 7.* 4

VII.

Per famam probamus territoria, dominia, jurisdictionem, jus patronatus; maximè si ultra hominum memoriam ea jura extendantur: item consuetudines, privilegia, immuni- 5

tates, servitutes; & id genus alia jura, præscriptione supra hominis memoriam quæsita. Atque isthæc omnia probamus per famam interdum plenè; nonnunquam semiplenè, idque regulariter.

Ferrar. Montan. de judic. praexerc. lib. 2. cap. 4. Mascard. vol. 2. de probationib. con-
2 *clus. 753. per tot.* Plenè in factis antiquis, quæ supra 100. annum repetuntur: ut in possessoriis, territoriis, & finibus eorum, civilibusque judiciis. Siquidem ad Juris præsumptionem plerique eam referant, absolutæ probationi non ita absimilem. *l. si arbiter. 28. ff. de probat. c. quid per novale. 21. ext. de verb. sign. Sichard. in l. proprietatis. 4. num. 3. C. de probatio. & in l. ex his verbis. 7. num. 12. C. de testam. milit. Item in l. in bona fidei 3. num. 55. C. de reb. cred. Villalob. in communib. opin. lite. f. num. 11. cum seq. Gabr. lib. 5. de restit. spoliat. conclus. 1. num. 124. Cravetta in tract. de antiquitatib. tempor. p. 1. vers. viso in hac prima parte, &c.*
3 Idem, argumento ducto de tempore ad locum remotum, obtinet; si mulier Germana vult probare, maritum suum esse mortuum in Galliâ, &c. ad hoc, ut possit alteri nubere; fama erit pro sufficiente probatione. *arg. c. in præsentia. 19. ex. de sponsal. Sichard. in l. ubi adhuc. 29. num. 13. C. de jure dotium. Ferrar. in suâ pract. in forma positionum actor. in verb. Item quod de prædictis, &c. num. 6. & in additionib.*

Simi-

Similiter communis fama & opinio, quâ quis 4
liber homo, vel idoneus in officio conſtitutus, exiſtimabatur, qui reverà non erat, nec aliâs hujuſmodi officium gerere poterat, pleniſſimè probat, ad hoc, ut actus valeat. Nam & teſtamentum, cui cùm aliquis ex teſtibus teſtamenti quidem facti tempore liber habitus, licèt poſteà ſervus apparuerit, adhibeatur, firmum eſſe Impp. placuit. §. *ſed cùm aliquis. 7. Inſtit. de teſtament. ordin. l. 1. C. de teſtament.* Et Barbarii Philippi ſervi, Romæ Præturâ functi, geſta valent; nec errori communi, iſtum pro libero habenti, contravenitur. *l. penul. ff. de offic. Prætor. Franc. Hotoman. illuſt. quæſt. 17. Cujac. lib. 18. obſervat. cap. 33.* Sufficit 5
denique ſola fama quandoque, ubi agitur ad modicùm præjudicium inferendum, *Sichard. in d. l. ubi adhuc. 29. num. 13. C. de jure dot.* putà quo ad impediendum matrimonium contrahendum. *c. ſuper eo. 2. & inibi gloſ. in verb. fama. ext. de conſang. & affinit. & c. cùm in tua. 17. ext. de ſponſalib.* item ſuſpendendum infamatum, donec ſe purgaverit, *c. inter. 10. ext. de purgat. canonica.* & quoad facultatem inquirendi de veritate. *c. qualiter & quando. 2. ex. de accuſatio. Sichard. in l. perſecutione. 24. num. 15. C. de pignor. & hypoth.*

VIII.

Porrò facit fama per ſe, ſine aliis adminiculis, ſemiplenam probationem, in cujus 1

supplementum jusiurandum deferri queat.

glos. in l. testium 3. §. ejusdem. 2. v. confirmat. ff. de testib. Mynsinger. centur. 5. observat. 46. numer. 1. Ioan. Sichard. in l. 7. nu. 12.
2 *C. de testam. milit.* At si ipsa fama aliis argumentis, veluti uni testi consentiat; omnino fidem merebitur. *d. l 3 §. ejusdem. vers. aliàs veluti. cum sua glos. in v. confirmat. ibi: alii dicunt, quòd. ff. de testib. Ferrar. in forma positionum actor. in verb. item quòd de prædictis, &c. num. 11. & in additio. v. unus testis.* Certè si talis testis deponeret tantummodò de auditu: fama cum illo conjuncta, plenam probationem non faceret. *Mascard. vol. 2, de probat.*
3 *conclus. 753. num. 12.* Illud etiam restringitur ad torturam. Ad eam enim licet aliâs fama indicium insufficiens sit: si tamen alia adminicula concurrant, secùs est dicendum. *d. l. 3. §. 2. ibi, aliâs veluti consentiens fama confirmat rei, de qua quæritur, fidem. ff. de testib. c. cùm in tua. 27. ext. de sponsalib. & cap. 4. ext. de eo, qui cognovit consang. uxor. sua. Julius Clar. lib. 5. sent. §. fin. quæst. 21. in pr. ibi, cæterùm si cum ipsa, &c. Menoch. lib. 1. de præsumptionib. præsumpt. 89. n. 28. Ioan. Zanger. in tract. de quæstionib. & tortur. reor. c. 2. n. 30. D Bocer. in tract. de quæstionib. & tortur. reor. cap. 3. num. 27. Pulchrè Mascard. de probationib. d. vol. 2. concl. 754. per tot. ubi hanc rem copiosè & accuratè explicat.*

Famæ

IX.

Famæ maximè affines, & sensibus obnoxiæ sunt probationes; evidentia facti, & aspectus corporis : quarum illa ut plurimùm servitutibus, *(a)* & aliis *(b)* probandis accommodanda: hoc verò vel atrox injuria, *(c)* vel ætas, *(d)* vel facti sumptus in administratione, *(e)* vel integritas aut infirmitas corporis, *(f)* æstimanda veniunt. 1

a) Würtembergische Hoffgerichts Ordnung / *parte 3. tit. 18. pagina 75.* (b) *c. tua nos. 8. ext. de cohabit. cler. & mulier.* (c) *l. vulneris. 8. ff. de injuriis.* (d) *l. minor. 32. ff. de minor. 25. an c. puberes. 3. extr. de despons. impub.* (e) *l. lex, quæ. 22. §. sed & si parens. Cod. de administrat. tut. Damhouderius in prax. civil. cap. 127. num. 4.* (f) *c. proposuisti. 4. extr. de probatio. Bartolus in l. 1. num. 5. Cod. de mendicantib. valid. & in l. quæsitum. 60. in fin. ff. de re judic. Mascard. de probationib. volum. 2. conclus. 806. num. 13.* Sed 2
& evidentia facti sive ocularis inspectio petitur plerunque, & locum habet in novi operis nunciatione : in cautione damni infecti, cùm ædes ruinosæ sunt inspiciendæ : in terminis describendis : item cùm de partu maturo, vel immaturo agitur : cùm de virginitate dubitatur: cùm

cùm de alveo mutato quæstio incidit: cùm de duritie carceris disputatur: & in similibus, quæ fusiùs & pleniùs persequitur Rutgerus Rulant. *part. 2. de commissariis & com-*
3 *missionib. lib. 3. cap. 4.* Fitque ocularis inspectio omnis vel principaliter, vel incidenter. Principaliter, cùm commissio ad solam ocularem inspectionem alicujus rei petitur: incidenter, cùm testium examinationi, vel lapidum elevationi clausula ocularis inspectionis adjicitur. Præterea eadem vel ex officio, vel ad instantiam partis decerni solet, *ut id diligenter explicat Rutger. Rulant. d. lib. 3. cap. 2. per totum. & colligitur etiam ex jure renovato Ducali Württembergico part. 1. tit. 51. §. ult.*

X.

1 Neque dubium est ullum: quin probatio per evidentiam rei, & aspectum, adeò omnium sit optima: ut nunquam prohibita, nec ipsi derogatum censeatur.

Alexand. in consil. 35. col. 3. num. 8. vol. 4. & consil. 39. num. 23. & 24. vol. 6. & consil. 196. in fin. vol. 1. Curtius Sen. consil. 69. num. 6. Alciat. in tract. præsumpt. part. 2. num. 19. Diffusè Tiraquell. in tract. de retract. lign. §. 4.
2 *glos. 1. num. 37. cum seq.* Imò ocularem inspectionem, probationum omnium primam esse, arguunt triti isti versiculi:

Aspi-

Aspectus, sculptum, testis, notoria, scriptum, Jurans, confessus, præsumptio, fama probavit.

Quò spectat & illud Horatii in arte Poëtica:

Segniùs irritant animos demissa per aurem,
Quàm quæ sunt oculis subjecta fidelibus, & quæ
Ipse sibi tradit spectator. ———————

Hinc quamvis post didicita testificata ad probationem aliquis non admittatur: probatio tamen per evidentiam rei minimè reiicitur. *Bald. in l. si quis testibus. 17. in fin. C. de testib. quem refert, & sequitur Iason. in l. de perjurio. ult. ff. de in lit. jur. nu. 4. Stephan. Bertrand. consil. 337. non puto. col. 2. lib. 1. & Matth. de Afflict. decis. Neapolit. 216. quotidie. num. 3. Ioannes Borcholt. in § agnationis. 8. in fine. Instit. de gradib. cognationum. ubi & ego num. 4.* Hinc quoque traditum est: ubicunque per evidentiam facti de sententiæ iniquitate liquet: ejusmodi sententiam nunquam transire in rem judicatam: & semper, etiam sine appellatione, reiici posse. *Innocent. in c. fraternitatis. 6. de frigid. & malefic. Alexand. consil. 248. incip. stantibus. col. 8. lib. 2. Jason. in d. l. ult. num. 5. ff. de in lit. jur. & idem Jason. in l. 1. num. 10. ff. de nov. oper. nunciat. & Tiraquell. præcitato tract. de retract. lign. § 4. glos. 1. num. 37.* Idque adeò verum est: ut, si statutum extet, quòd contra sententiam de nullitate non possit opponi,

locum

locum non habeat in nullitate, quæ ex inspectione actorum constat. *Anchor. consil. 212. incip. ex jure communi. circa fin. Hippolyt. de Marsil. in l. 1. §. si servi. num. 7. ff. de quæstionib. Quos adducit, & sequitur etiam Mascard. volum. 1. de probationib. quæst. 8. numer. 17. ubi nu. 18. ex Accursii, & aliorum mente addit:* si statuto rejectæ sint omnes exceptiones, illas tamen opponi posse: quæ ex inspectione instrumenti, vel contractus, sive sententiæ, aut alterius actus apparent. *Porrò de utilitate ocularis inspectionis, & aliis eò pertinentibus, plura observatu dignissima tradidit Rutger: Rulant. part: 2. de commiss. lib. 3. cap. 1. & aliquot seqq.*

CON-



CONCLUSIONUM CONTROVERSARUM,

EX PROCESSU JUDICIARIO UNIVERSO DELIBATARUM,

DECAS XIV.

IN QUA, DE PROBATIONE PER PRÆSUMPTIONES, DISSERITUR.

CONCLUSIO I.

PRÆSUMPTIONES, sunt cōjecturæ in rebus dubiis, ex signis & argumentis, per rerum circumstantias frequenter evenientibus collectæ, quæ fidem faciunt.

arg. c. afferte mihi. 2. ext. de præsumptio. l. continuus. 137. §. cum ita stipulatus. in fin. ff. de verbor. oblig. Mascard. vol. 1. de probat. quæst 10. num. 8.

nu.8. Menoch de præsumpt. lib.1. quæst 7. Bald. in rubr. C. de probat. Speculat. tit. de præsumpt. §.1. Damhouder. in pract. civil. cap.178 hosq; citans Emericus à Rosbach in tract. de proceß. judic. tit. 64. num.1. Unde probatio etiam ex præsumptionibus petita, & habet vim testium atque confessionis, & transfert onus probandi contrarium in adversarium. *l. si qui adulterii. 34. C. ad l. Iul. de adult. l. non est verisimile. 23. ff. quod metus causâ. Sichard. in l.1. n.10. C. de contrah. & com. stipul. Mynsinger. cent. 5. observ. 68. num.1. Steph. Berchtold. in tract. de*
3 *judic. & proceß. judiciar. cap. 18. thes. 305.* Enimverò differt præsumptio à probatione: quòd hæc fit argumento inartificiali, putà testibus & instrumentis: illa autem ducitur ex argumento artificiali, quod in jure nostro simpliciter argumentum vocatur, item indicium, tum etiam ratio. *l. ad probationem. 21. & l. ult. C. de probationib. l. si defunctus. 10. C. arbitr. tutel. l. indicia. 19. C. de rei vindicat. l. cùm citr. 15. C. de jure dot. l. penult. C. de contrah. & committ. stipulat. l. 2. C. de in lit. jurand. l. 3. § præterea. ff. de suspect. tutor. l. libertas. 17. §. ult. ff. de manumissis testamento: Donell. lib. 25. Commentar. de jure civ. ad titul. de testib. 19. pag. 179. D. Collega Bocerus claß. 5. disputat. 21. thes. 70.*
4 Cæterùm præsumptio à fictione differt: quòd præsumptio de re dubia, fictio de re certa inducatur; atque ideo contra fictionem rece-

receptum ſit, probationem non admitti; ex quo ſcilicet lex fingẽdo, ſciens prudens contra veritatem ſtatuit: cùm tamen adverſus præſumptiones paſſim probationem recipiamus; *ut poſt Accurſ. in l. fin. ff. quod met. cauſ. in l. 1. §. accedit. C. de rei uxor. act. & in l. ſi duo. 38. ff. de acquir. vel omitt. hered. docuit Coraſius in tract. de juris arte. part. 3. cap. 7. & latè Menochius lib. 1. de præſumptionib. quæſt. 8.*

II.

Sunt autem præſumptiones duplices: quædam hominis, ſeu arbitrariæ, quæ committuntur induſtriæ judicantis, ut deficiente lege, ex qualitate facti, & conjecturis veritatem rei cognoſcat, & ſecundùm eam judicet: *(a)* cæteræ juris ſunt, & legitimæ. *(b)* 1

a) *l. continuus. 137. §. cùm ita. ff. de verb. oblig. Sichard. in l. ſive poſſidetis. 16. num. 8. C. de probat. l. teſtium fides. 3. §. ideoq; 1. & §. ejuſdem. 2. & l. quæſitum. 13. ff. de teſtibus. Bocer. claſſ. 5. diſputat. 21. theſ. 98.* (b) *l. 1. C. de contrah. & com. ſtipul. l. ſciendum. 30. ff. de verb. oblig. §. ſi ſcriptum. 16. Inſtit. de inutil. ſtipul. l. Titia. 134. §. penult. ff. de verb. oblig. Arnoldus de Reyger in proceſſ. judiciar. diſputat. 7. theſ. 11. Emericus à Roſbach in proceſſ. judiciar. tit. 64. num. 2.* Et hujus generis itidem duæ ſunt ſpecies: præſumptio ſcil. juris tantùm: ac juris & de jure 2

re. *Menoch. de præsumpt. lib. 1. quæst. 2. num. 11. Wesenbec. in Paratit. ff. de probat. & præsumpt. num. 14. Coras. in tract. de juris arte. part. 3. c. 7.*
3 *ante finem. Reyger d. thes. 11. lit. C.* Quarum hæc ita definitur: ut sit dispositio legis, aliquid præsumentis, & super præsumpto, tanquam sibi comperto, statuentis. *Alciat. in pr. tract. de præsumpt. part. 2. incipiente, videndum. nu. 3. glos. & Sichard. in d. l. sive possidetis. 16. num. 10.*
4 *C. de probationib.* Ideoque non facilè aliam admittit in contrarium probationem. *l. antiquæ. 23. cum suâ glos. in v. esse credendum. C. ad SC. Vellejan. l. fin. C. arbitr. tut. & l. fin. in fin. cum suâ glos. C. ad SC. Macedon. l. si qui. 34. C. ad l. Iul. de adult. glos. ordin. & elegans in l. si. ff. quod metus causâ. Bocer. d. class. 5. disput. 21. thes. 72. & 76. lit. c. Sichard. in l. 1. num. 11. in fin. C. de contrah. & com. stipul. & in d. l. sive possidetis. 16. numer. 11. C. de prob.* ubi ostendit: præsumptionem juris & de jure, nullâ probatione contrariâ everti posse, nisi confessione. *Idem tradiderunt Mascard. volu. 1. quæst. 10. num. 51. & Menoch. de arbitr. judic. quæst. libr. 2. cent. 5. cas. 484. numer. 5. & libr. 1. de præsumptionib. quæst. 60. Pacian. in tract. de probat. lib. 1. cap. 11. num. 3. Tertacinquius de præs. resol. cap. 2. nu. 4. aliiq; ab his citati. Etsi d. loco Mascard. & alias limitationes recenseat. Ut & plures exceptiones novissimè recitat Ummius disput. 15. de process. judic. thes. 11. num. 56.*

Præ-

III.

Præsumptio juris tantùm, surgit ex probatione probabili sive verisimili : quæ, alio non adducto, pro veritate habetur. 1

l. sive possidetis. 16. & ibi Sichard. num. 7. & 9. C. de probat l. cùm de indebito. 25. ff. eod. l. 1. § si servus. ff. de quæst. Mynsinger. cent. 5. observ 68. Alciat. in tractat. de præsumpt. in prælud. part. 3. num. 1. huncq; referens Menochius lib. 1. de præsumptionib. quæst. 4. num. 5. Everhard. in top. legal. in loco, à verisimili. num. 19. Ejusmodi signum, ex quo ista juris præsumptio provenit, nihil aliud esse videtur; quàm cujuslibet rei naturalis affectio, qualitas, & forma, solennitasque (quam vocant) intrinseca, *per notata Sichardi in l. 1. num. 11. & seqq. C. de contrah. & com. stipul.* Et tale quodque præsumitur, quale naturâ, lege, vel more regulariter esse debet, aut plerunque fieri solet. *l. nec enim. 6. ff. de solutionib. l. semper in stipulationib. 34. ff. de reg. jur. Emericus à Rosbach in process. judic. tit. 64. numer. 35. & Sichard. in d. l. sive possidetis. 16. numer. 12. & seqq. Cod. de probat.* Hinc quilibet præsumitur perfectæ formæ, sanæ mentis, bonus & frugi, habilis & dignus, gratus in parentes, &c. *l. non sunt liberi. 14. ff de statu homin. l. ne codicillos 5. Cod. de codicill. c. ult. de success. ab intest. Gabr.* 2 3 4

lib. 7. concluf. 2. num. 9. cum seq. l. omnimodo. 36. C de inoffic. testam. Sichard. in d. l. 16. num. 12. C. de probationib. Coraf. in tract. de juris arte. par-
5 *te 3. cap. 8.* Sic unumquodque præsumitur illius esse jurisdictionis, cujus est territorii. *Wesenbec. in Parat. ff. de jurisdict. num. 12. c. 2. de restit. spol. in 6. c. cùm Episcopus 7. de offic. ord. in 6. Panorm. in c. si diligenti. 17. de præscript. Imol. in c. nimis. 30. num. 3. & 4. de jurejur. So-*
6 *cin. consil. 86. in cauf. num 6. vol. 1.* Unde etiam in instrumento fidejussionis præsumitur: hanc solenniter, præcedente scilicet interrogatione, & subsecutâ responsione, intercessisse. Hujusmodi enim solennitas, cùm sit intrinseca, perpetua & formalis, & sine eâ nulla fidejussio, intervenisse videtur. *l. sciendum. 30. cum suâ glos. & notatis Cujacii. item l. Titia. 134. §. penult. ff. de verb. obligat. §. final. Instit. de fidejuss. § si scriptum. 16. Instit. de inutil stipulat. l. 1. cum sua glos. & traditis Sichardi. num. 7. & seq. & nu. 20. usque ad fin. C. de contrah. & com-*
7 *mitt. stipulat.* Quando autem instrumentum sonat, mulierem fidejussisse: non propterea intercessionem factam cum renunciatione beneficii SC. Vellejani, præsumendum est. Nam cùm vel de facto, sine renunciatione istius beneficii, mulier pro alio intercedere potuisset, quemadmodum quilibet: talis renunciatio extrinsecùs accedit; ita ut nisi probetur, non præsumatur. *glos. in d. l. 30. ff. de verb. oblig.*

oblig.l quæcunque.13.§.fin. ff.de publ.in rem act. l.neque natales.10.cum notatis Sichardi, num.3. 4.& 5.C.de probat. Extrinseca enim conjectura verisimilis, minùs sufficiens præsumptio est: sed cum aliis probationem facit. *l. rationes.6.l.instrumēta.5.C.de probatio.l. indicia 19. C.de rei vindic.l.absentem.5. ff. de pœnis.& ext. tot.tit.de purgat canon.* Cæterùm controvertitur: si instrumentum contineat causam emptionis-venditionis, omisso autem ejus precio, an retractans, qui fortè habet jus luendi, offerens justum precium, sit audiendus, & illud pretium justum præsumendum? Sed aliter consideranda est solennitas intrinseca quoad formam, quæ semper perpetua & vniformis esse perhibetur: quò refertur consensus, stipulatio, fidejussio, ubi præsumptio militat pro solenni obligatione: aliter verò quoad materiam, ad quam refertur merx & pretium, quæ difformis est, & pro tempore mutabilis: ubi justum precium non esse præsumendum, ratio monet. *Egregiè Sichard. in d.l.1.num.21. & seq. C.de contrah.& com.stipul. Villalob.in communib.opin.in lit.S.num.72.*

8

9

IV.

1 Sanè præsumptionum legitimarum regula prima generalis hæc est: quòd pro negante contra affirmantem præsumatur: ideoque affirmanti actori, non neganti, aut reo proba-

tio incumbat: *(a)* nisi ultrò hoc probationis discrimen subire velit reus: quod permittendum est. *(b)*

a) *l. 2. & l. eum, qui. 22. ff. de probation. l. si ex cautione. 3. & l. asseveratio. 10. C. de non num. pec. & l. actor. 23. ubi Sichard. C. de probation.* (b) *l. circa eum. 14. in fi. ff. de probat. Sichard. in l. 1. & seq. C. de testib.* Unde, cùm

2 testator defunctus rem sciens alienam legare dicatur, & pro herede contra legatarium, ipsum videlicet, qui agit, præsumatur: constat, hunc probare oportere, & non heredem, scivisse defunctum, alienam se rem, vel obligatam legare. *Marcianus in l. verius. 21. ff. de probatio. & præsumpt.* Sic cùm melior

3 sit possidentis conditio in pari causâ, *l. sive autem. 9. §. si duobus. ff. de Publician. in rem act. l. quoties. 13. C. de rei vind. l. si debitor. 10. ff. de pignorib. & hypoth.* & delicto. *c. in pari. 65. de reg. jur. in 6. l. si servum. 91. §. sequitur. 3. ff. de verbor. obligat. l. si duo. 36. ff. de dolo. l. dominum. 57. in fin. ff. de contrah. empt. l. idem si. 4. & l. penult. ff. de condict. ob turp. caus.* petenti incumbit necessitas probandi, possessionem ad se pertinere: quo in probatione cessante, res apud illum remanere debet. *l. possessiones. 2. Cod. de probationibus.* Imò generali-

4 ter, ubicunque nedum affirmatio, sed etiam

nega-

negatio eſt cauſa intentionis alicujus, ſive actoris, ſive Rei, licèt aliâs pro negante contra affirmantem præſumatur: ei tamen ſemper incumbit probatio iſtius, tam negativæ, quàm affirmativæ. *l. generaliter. 12. ff. de exception. §. commodum. Inſtit. de interdict. l. ſi filius. 8. l. circa. 14. l. in exceptionib. 19. & l. quinquaginta. 12. ff. de probationib. l. 1. Cod. eod. l. liberis. 7. §. final. ff. de liberal. causâ.* 5
Quod tamen fallit plerunque in debitore: qui, licèt ſe fundet in negatione, aſſerendo pecuniam non eſſe numeratam, vel hypothecam eo tempore, quo de illâ convenit, ad ſe non pertinuiſſe: ad probationem non aſtringitur. *l. aſſeveratio. 10. & l. ſi ex cautione. 3. ubi Sichard. num. 1. & ſeqq. C. de non numerata pecunia. l. ante omnia. 23. ff. de* 6
probationibus. Quòd ſi verò ipſe in cautione, quâ debitum confeſſus ſit, ſpecialiter cauſas expoſuerit, pro quibus eandem conſcripſit: ſtare eum debere ſuæ confeſſioni arbitror: niſi evidentiſſimis probationibus in ſcriptis habitis, oſtendere paratus ſit, ſummam indebitè promiſſam eſſe. *l. cùm de indebito. 25. §. final. ff. de probat. c. per tuas. 10. ext. eod. l. cùm precibus. 18. Cod. de probat. l. generaliter. 13. Cod. de non num. pecunia.*

V.

1 Porrò si de duobus justis quæratur, utrum sit justius? præsumitur pro lege speciali contra regulam, vel rationem generalem: pro æquitate, contra jus strictum: pro mente Legislatoris, contra verba legis; pro lege deni-
2 que novâ, contra antiquam. Quia de jure ita fieri debet: ut regula sive ratio cedat legi: species deroget generi: *(a)* æquitas præferenda sit juris rigori: *(b)* mens & volun-
3 tas scripto: *(c)* lex denique antiqua abrogetur per novam. *(d)*

a) *argumento l. prospexit. 12. in princ. ff. Qui & à quibus manumissi, &c. l. de pretio. 10. ff. de publ. in rem act. l. in toto. 80. ff. de reg. jur. l. in his. 14. ff. de legibus. l. 1. in fi. ff. de reg. jur. l. lex naturæ. 24. ff. de statu hom.* (b) *l. si fuerit. 11. §. fi. ff. de reb. dub. l. si omnia. 8. ff. de pactis. l. cùm inter. 14. in fin. C. de fideicom. liber. l semper. 56. l. in omnibus. 90. l. semper in conjunctionibus. 197. in fin. ff. de reg. jur. l. placuit. 8. C. de judic. Fachin. lib. 1. controversiar. jur. cap. 3.* (c) *l. si quis. 3. in fin. C. de liber. præter. l. cùm de. 18. §. optimum. ff. de instrum. legat. l. in conventionib. 219. ff. de V. signif. l. in ambiguis. 96. ff. de reg. jur. l. penult. ff. ad exhibend. l. scire leges. 17. ff. de legib. l. non dubium. 5. in princ. C. eod.* (d) *l. constitutiones. 4. ff de constit. princ. l. de quibus. 32. §. fi. ff. de legib. cum simili b.*

Si

VI.

Si item in facto de habitu, & privatione: 1
de ſcientiâ, & ignorantiâ: de dolo malo, & bonâ fide, alternativè quæratur? habitus, *(a)* ignorantia, *(b)* bona fides *(c)* præſumitur: niſi privatio, ſcientia, dolus probetur.

a) *l. cùm tacitum. 3. & l. eum, qui. 22. ff. de probationib. l. ne codicillos. 5. in fin. C. de codicill.* Et ſanè dubium non eſt ullum, quin habitus 2
per inſtrumentum, in quo continetur privatio, probetur. Hinc per inſtrumentum legitimationis probatur, quem non eſſe legitimum, *docente Baldo in l. 2. per iſtum text. nu. 1. C. de jure aur. annul. quem ſequitur Paulus Caſtrenſ. in l. decem. 116. ff. de verbor. obligationib.* Hinc etiam per inſtrumentum emancipatio- 3
nis probatur, patriam poteſtatem præceſſiſſe, *ut concludit Bald. in l. ult. col. 2 num. 1. C. de ſent. paſſ.* Sic quoque per inſtrumentum in- 4
duciarum, bellum præceſſiſſe probatur, *juxta ſententiam Bartoli in l. legata inutiliter. 14. n. 3. ff. de adimēd. vel transfer. legat.* Sic denique (ut 5
paucis multa comprehendantur) quem aliquid habuiſſe, probatur per inſtrumentum privationis & remotionis ab eodem; *ut reſpondit Socinus ſenior conſil. 89. num. 13. vol. 1. quem refert & amplectitur Ioſephus Maſcard. vol. 2. de probationib. concluſ. 848. num. 13.* (b) *l. ſuper ſervis. 6. C. Qui militare poſ. l. verius. 21. ff.*

V 5 de

de probat. Coras. in tract. de juris art. parte. 3. cap. 9. circa princip. (c) *l. quoties. 18. §. qui dolo. ff. eod. Sichard. in l. etiam furti. 8. in fi. C. de furtis. l. meritò 51. ff. pro socio. Covarruv. in c. possessor. de reg. jur. in 6. part. 2. § 8. num. 2. Vasq. controvers. illustr. libr. 2. cap. 70. num. 2. Gregor. in Syntag. Iur. part. 3. lib. 40. cap. 8. nu. 2. Mascard. de probat. vol. 1. conclus. 224.*

VII.

1 Amplius si quæratur, uter prior decesserit, pater, vel mater, an filius: maritus, an uxor ejusdem ferè ætatis? Filius pubes, *(a)* & patri, & matri: maritus *(b)* autem uxori supervixisse creditur.

a) *l. qui duos 9. §. cùm bello. & §. fin. & l. cum pubere. 22. & l. quod de pariter. 16. cum l. seq. &*
2 *l. si mulier. 23. ff. de reb. dub.* Cæterùm si mater & ejus infans naufragio simul perierint: præsumptio verisimilis est, infantem ob teneræ ætatis imbecillitatem priùs aquis obrutum extinctumque esse. *d. l. si mulier. 23. ff. de reb. dub. l. inter socerum. 26. in princ. ff. de pact. dotal. Marant. in procemio speculi sui aurei. numer. 15. vers. quod tamen limitatur, &c. Corasius in tract. de juris art. part. 3. cap. 8. post me-*
3 *dium.* Si item mater uno utero marem & fœminam pepererit: verisimiliter præsumitur, ma-

masculum priorem esse editum: cùm plerunque mas fœminâ sit fortior. *l. si fuerit 10. §. ult. ff. de reb. dub. Fulv. Pacian. in tract. de probationib. libr. 2. cap. 11. numer. 11. & seqq.* Præterea cùm pater in extremis vitæ constitutus, filio absolutè sine mortis mentione 4
quid donat: non mortis causa, sed inter vivos simpliciter donasse, probabiliter præsumitur. *l. Seja. 42. §. ult. ff. de mort. caus. donat.* Cùm autem moriens utitur verbo, *relinquere*; ut si dicat; *Relinquo tibi Titio centum aureos:* mortis causa donatio præsumitur. *l. 1. §. ultim. ff. de tabul. exhibend. Dynus ad l. 1. Cod. de revoc. donat. D. Bocer. class. 5. disputat. 21. thes. 95. Joannes à Reberteria lib. 3.* τεχνικῶν *juris. cap. 1. pag. mihi 62.* (b) *d. l. qui duos. 9. §. si maritus 3. ff. de reb. dub. l. si possessor 32. §. si eodem. ubi gloss. in verb. id ipsum. ff. de religios. & sumpt. funer.* Est enim longior & 6
diuturnior vita masculis, quàm fœminis, *teste Aristotele, quem referendo sequitur D. Bocerus d. class. 5. disputat. 21. thes. 94. & Joann. à Rebert. loco præallegato.* Si quoque dubite- 7
tur, unde quid ad mulierem pervenerit: ex bonis mariti ad eam pervenisse conjectura coarguit. *l. Quintus. 51. ff. donatio. inter vir. & uxor. l. non est ignotum. 6. Cod. eod.*

VIII. Sed

VIII.

1 Sed & si de voce ambiguâ, vel voluntate alicujus quæstio incidat, quid voluerit: vel utrùm libera, an coacta fuerit voluntas? sententia ea potissimùm accipietur, quæ ad rei negotium, & cujusque affectionem propiùs accedit, & aptior est: *(a)* & libera voluntas præsumitur, donec coacta probetur. *(b)*

a) *l. quoties. 67. & l. in testamentis. 12. & l. in contrahenda. 172. in fin. ff. de reg. jur. & l. 3. ff. de constit. pr. & l. 2. C. de bonis vacantibus.* (b) *l. 2. in fin. C. de his, quæ vi, metusvè causâ &c.*

2 Si denique de duabus summis lis sit, utra debeatur: vel si de tempore, de quo actum est, vel de fide instrumenti, testis, aut probationis alius dubitetur: in dubio minor summa. *l. semper in obscuris. 9. & l. semper in stipulationibus 34. in fin. ff. de reg. jur. l. stipulatio ista. 38. §. eum, qui ita ff. de verb. obligat.* majus tempus. *arg. l. cùm tempus. 17. ff. de regul. jur.* pro instrumento, vel teste præsumitur. *l. optimam. 14. C. de contrah. stipul. §. item verborum. Instit. de inutil. stipul. l. cùm precibus. 18. C. de probationibus.*

3 Ex tempore item præsumptiones sumuntur: veluti ex præterito in præsens, ex præsenti in futurum: ex longâ usurarum præstatione præsumitur obligatio sortis: ex diuturnitate temporis, si aliquandiu passus sim, consentire arguor: præsertim, si consensus meus requiratur.

Sicharl.

Sichard.in l.ʃive poʃʃidetis.16.num.19. C de probation. Gabr. lib.1.de præʃumpt.concluʃ.1.num 7. 38.& 48. Coraʃ. in tract. de juris art.part.3. c.10. circa finem. Accuratè & plenè Menoch. lib.1.de præʃumpt.quæʃt.24.per tot. Porrò ſolam uſurarum præſtationem, longo tempore factam, non inducere obligationem in futurum, defendit Eberhardus Bronchorſt *cent.2.* ἐναντιοφανῶν.*aʃʃert.5 edit.1.per textum in l.creditor.7. C.de uʃuris. l.ʃi certis.28. C.de pact.l.operis.31.ff. de operis libertor. & l.ult. C. ne uxor pro marito,&c.* 4

I X.

Ad præſumptiones certarum cauſarum quod attinet: putà in cauſâ matrimoniali, *(a)* liberali, *(b)* dotis, *(c)* venditi, *(d)* ſtipulationis, *(e)* ſi dubitetur: pro matrimonio, libertate, dote, emptore, promiſſore præſumendum eſt. 1

a) *Sichard.in l.ʃi vicinis.9.C.de nuptiis.*(b) *l. quoties 20.& l.in obʃcurâ.179.ff.de reg.jur.l.inter pares 38.ff.de re judic.* (c) *l.in ambiguis.70. ff.de jure dot.l.Labeo.21.ff.de contrah.emption.* (d) *l.in contrahendâ.172.in princ.ff.de reg.jur. l.veteribus.39.ff. de pactis.* (e) *l.ʃtipulatio 38. §.in ʃtipulationib. ff. de verb.oblig. l.cùm quæritur.27.ff. de reb. dub. l.quidquid.99.in princ.ff. de verb. oblig. Bronchorʃt. cent.1.* ἐναντιοφανῶν. 2
aʃʃert.32. edit.1. Porrò indiciis veriſimilibus, aut etiam levibus argumentis pluribus re quo-

quodammodo probatâ, si non contrariis præsumptionibus enervata sint, locum esse juramento suppletorio ex parte actoris, & quandoque ex Rei parte purgatorio jurijurando, censet D. Collega Bocerus *class. 5. disputat. 21. thes. 99. Et de utroque hoc jurejurando dicetur nonnihil in Decade proximè se-*
3 *quenti.* Ac sanè haud dubium est ullum, quin præsumptio una tollat aliam, *arg. l. si qui adulterii 34. Cod. ad l. Jul. de adulter. l. Divus. 7. ubi Bartol. num. 3. ff. de in integr. restitutionib. glos. in c. ex literis. in verb. ad plenum. ext. de in integr. restit. Gail. libr. 2. obser-*
4 *vat. 97. num. 18.* Et quidem potentior, sive validior præsumptio tollit ac perimit minùs potentem & debiliorem, *docente Menochio lib. 1. de præsumptionib. quæst. 8. num 20. & tota quæst. 30. Cæterùm quæ præsumptio dicatur validior & firmior alterâ, copiosè diligenterq́ declarat Menochius d. libr. 1. de præsumptionib. quæst. 29. & libr. 2. de arbitrar. judic. qq. casu 472.*

X.

1 In criminali judicio licèt non facilè sit locus suspicionibus, ut vel condemnetur quis, vel probandi onere gravetur: ubi satiùs esse, impunitum relinqui facinus nocentis, quàm innocentem damnari, Trajanus rescripsit: *(a)* talem tamen vim interdum in eo præ-

præsumptiones juris sustinent; ut tam ad condemnandum approbentur, *(b)* quàm ad torturam sufficiant. *(c)*

a) *l. absentem. 5. in princ. ff. de pœnis. l. ult. Cod. de probationib. l. qui sententiam. 16. Cod. de pœnis Sichard. in l. incivilem. 2. in fin. Cod. de furtis.* (b) *l. si qui adulterii. 34. Cod. ad l. Iul. de adult. Sichard. in l. frater. 1. numer. 10. & 11. Cod. de testam. mil.* (c) *l. 1. §. 1. l. unius. 18. §. 1. & 2. & l. ultim. ff. de quæstionib. l. milites. 8. §. oportet. Cod. eod. tit. plenè Menochius libr. 1. de præsumptionib. quæst. 89.* Quin 2
etiam in quibusdam criminibus, putà adulterio, conspiratione, veneficio, falsâ monetâ, & similibus, quæ de sui naturâ plenè probari non possunt, adeò hæc, quæ ex præsumptionibus consistit, species probationis approbatur; ut in iis non aliter, quàm præsumptionibus & conjecturis probatio fieri possit: quantumvis etiam à lege, vel statuto evidentissimæ in illis probationes requirantur. *d. l. si qui adulterii. 34. Cod. ad l. Iul. de adulter. Gribald. in regulis criminal. §. in criminalibus occultis. Sichard. in l. quicunque. 4. numer. 51. Cod. de servis fugit. & in l. cùm ea, quæ. 21. numer. 8. & seq. Cod. de transactionibus.* Pla- 3
nè, levia indicia ad generaliter inquirendum sufficere, Doctores plerique autumant: ut sunt testimonium cujuslibet testis,

Bald.

Bald. in l. servos. 8. versic. & adde. C. de testib. Bossius in tract. causar. criminal. tit. de inquisit. num. 4. assertio offensi sive vulnerati viventis, *Ang. Aretin. in tract. maleficior. in verb qui judex ad probationem. num. 6. Igneus in l. Cajus. 22. num. 13. ff. ad SC. Silanian. Iul. Clar. libr. 5. sentent. §. final. l. quæst. 20. num. 21. & quæst. 21. num. 14.* fama. *Ang. Aretin. d. tract. maleficior. in verb. hæc est quædam inquisitio. num. 68. Jacob. Novellus in tract. criminal. tit. quæ indicia præcedere debeant. num. 24. in fin. Clarus d. §. fin. quæst. 6. num. 1.* gravis inimicitia. *Blancus in l. ultim. num. 175. ff. de quæstionib. Clarus d. quæst. 20. num. 2.* & testimonium propinquorum ejus, qui vulneratus vel occisus est. *Blancus in pract. crim. in princ. num. 13. & 28. huncq; referens Menochius d. libr. 1. de præsumpt. quæst. 88. num. 19.*

4 Ad specialem autem sufficere inquisitionem ajunt, gravem inimicitiam, famam, fugam, testimonium socii criminis, assertionem offensi, existentis in articulo mortis, & denunciationem Syndici, vel alterius Officialis, delationi criminum præpositi. *Blancus in d. l. ultim. num. 279. ff. de quæstionib. Clarus d. quæst. 20. num. 3. Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 10. in fine. Franc. Brunus in tract. de indiciis & tortura. part. 1. quæst. 3. numer. 26. Angel. Aretin. in d. tract. maleficior. in verb. nec non ad denunciationem. num 14.*

Rectè

Rectè tamen admonent Doctores, ne judex incautè progrediatur ad inquiſitionem: ſiquidem ex ea aliquantulum lædatur exiſtimatio ejus, in quem adornatur & ſuſcipitur inquiſitio: & bona illius fama apud graves probatosque viros quodammodo minuatur. *Menochius d. libr. 1. de præſumptionibus quæſt. 88. numer. 10. quem citat & ſequitur D. Bocerus claſſe 5. diſputat. 21. theſi ultima.* 5



CONCLUSIONUM CONTROVERSARUM, EX PROCESSU JUDICIARIO UNIVERSO DELIBATARUM,

DECAS XV.

DE JUREJURANDO: de allegationibus & probationibus juris: deq; conclusione causæ, agens.

CONCLUSIO I.

1 SUPEREST, ut etiam de jurejurando, cujus sępè hactenus facta est mentio, quodque ut plurimùm in defectum probationis, *(a)* ac in subsidium præsumptionis, *(b)* litisque æstimationem, *(c)* in judicio litis deci-

decidendæ gratiâ, interponitur, breviter aliquid agatur. Illud uni ex litigatoribus delatum, dicitur remedium; *(d)* quo factum vel præteritum, vel præsens, *(e)* de quo lis est, finitur, & deciditur; *(f)* divinaque attestatione; *(g)* vel etiam sub fide, & dignitate principali; *(h)* confirmatur. *(i)*

a) *c. ex literis. 32. ext. de jurejurand. c. 2. in fin. ext. de probationib. Stephan. Berchtold. in tract. de judic. & process. judic. c. 18. conclus. 311.* Utrum autem juramentum habeatur pro legitima probatione, in utramque partem disputat Hieronymus de Cævallos *in speculo aur. opinionum commun. contra communes. quæst. 7.* (b) *c. fin. §. sane si actor. ext. de jurejur.* (c) *tot. tit. ff. & C. de in litem jurando.* (d) *l. 1. in princ. ff. de jurejurand.* (e) *l. ait prætor. 3. §. quacunque. 1. cum §. seq. ff. eod. Joan. Sichard. in rubric. Cod. de reb. credit. numer. 12.* (f) *l. 1. 3. & l. cum proponas. 6. Cod. eod. d. l. 1. ff. d. tit.* (g) *d. l. 3. §. final. cum 2. ll. seq. ff. de jurejurand. Facit c. Et jurabunt. 7. cum 3. seqq. 22. quæst. 1.* (h) *Mynsingerus centur. 1. observat. 17. Gail. libr. 2. observat. 50. idque pluribus auctoritatibus confirmatum est supra Decad. 6. conclus. 4. numer. 7.* (i) Generaliter non malè jusiurandum definitur religiosa affirmatio, *auctore Cicerone lib. 3 offic. circa fin.*

arg. l. quæ sub conditione. 8. in princ. ibi, contemptu religionis. ff. de conditionib. instit. & l. jurisjurandi religione. 9. C. de testib. Duaren. ad tit. ff. de jurejur. c. 1. & Cujac. in Paratit. C. de reb. credit. & jurejur. quos sequitur Treutlerus vo-
4 *lum. 1. disputat. 21. thes. 1. lit. a.* Idque jure divino permissum esse, contra deliram Anabaptistarum hæresin rectè statuitur. *Exodi 22. Deuteronomii 6. Levitic. 19. 2. Reg. 21. Luc. 1. v. 73. Hebr. 6. v. 13. & 16. 2. Corinth 1. vers. penult. Roman. 1 v 9. c. etsi Christus. 26. ext. de jurejurand. Joan. Borcholt. in Commentar. de jurejurand. c. 1. num 1. 2. & 4. D. Bocer. class. 5. disputat. 8. thesi 2. lit. d & thes. 2. ubi ad hoc etiam Dn. Wigan-*
5 *dum & D. Hunnium allegat.* Cæterùm an juramentum necessariò verba requirat, valde controversum est, *ut demonstrat Fachinéus lib 3. controvers. jur. cap. 8.* Ego in mutis, literarum peritis, scripturam sufficere censeo, *arg. can. si quid invenisti. 4. caus. 14. q. 5. & can. erubescant. 11. Distinct. 32.* in aliis verò verba oris
6 desidero. Impium siquidem esset, si in re tam ardua & religiosâ nolit quis dignari voce suâ & loquelâ ipsum Deum, quem vocis auctorem agnoscit. Et quia seriò agendum est in jurejurando: suspectum se redderet, qui ore juramentum præstare negaret, *tradente D. Bocero d. class. 5. disputat. 8. thes. 11. lit. c. vide Cypræum in tract. de sponsalib. cap. 14. §. 26. num. 3. & Um-*

& Ummium disputat. 14. de process. judiciar. thes. 1. num. 1.

II.

Ejus species duæ sunt. Est enim judiciale jusiurandum, aut voluntarium, aut necessarium. *(a)* Voluntarium est: quod ex conventione *(b)* à parte parti, Iudice approbante, *(c)* in judicio delatum, non nisi ex illius, cui delatum est, voluntate vel suscipitur, vel refertur. 1

a) *Vide omninò Petr. Termin. in Proc. jur. cap. 46.* ubi primùm juramentum distinguit in judiciale, & extrajudiciale, quod aliâs voluntarium dicitur; quodque extra judicium à parte parti defertur: ex earumque conventione & voluntate sponte suscipitur: *de quo in hoc judiciorum argumento non agitur.* Dein judiciale rursus in necessarium, & voluntarium distribuit: *de quibus hîc sermo est institutus. Vide etiam Marant. de ord. judic. tit. de juramento, &c. Borcholt. in Commentar. de jurejurand. cap. 2. Berchtold. in tract. de judic. & process. judiciar. cap. 18. conclus. 312. & seqq. Bocer. class. 5. disputat. 8. thes. 47. Treutler. vol. 1. disputat. 21. thes. 6. Emeric. à Rosbach in tract. de process. judiciar. tit. 66. num. 2. & seqq.* (b) *l. sed & si. 25. & l. seq. § fin. ff. de jurejur.* (c) *l. generaliter. 12. §. 1. & Sichard. in rubr. C. de reb. cred. c. fin. vers. quamvis. extr. de jurejur. Ha-* 2

 neton.

netoll. in tract. judic. part. 2. tit. de juram. volunt. &c. pag. 91.

III.

1 Defertur jusiurandum & omnibus, & ab omnibus, qui convenire, vel conveniri regulariter possunt; modò deficiant aliæ præter opinionem probationes; *(a)* & illi, qui alieno nomine in judicio versantur, speciale ad hoc habeant mandatum. *(b)*

a) *c. Etsi Christus. 26. in fin. ext. de jurejurand. Cujac. lib. 22. observat. cap. 28.* (b) *l. jusjurandum. 17. §. ult. ff. de jurejur. Mynsinger. centur. 4. observat 99. Bocer. class. 5. disputat. 8.*
2 *thes. 50. & seqq.* Quacunque etiam actione quis conveniatur; juranti proficiet jusiurandum. *l. 3. §. quacunque. 1. cum seq. ff. de jurejurand. & l. in actione. 10. C. de reb. cred. & jure-*
3 *jur.* Et suscipiens hujusmodi juramentum à delatore, non verò referente, exigere potest; ut ille prior de calumnia juret; quod tamen juramentum calumniæ quibusdam personis remittitur. *l. jusiurandum. 34. §. qui jusiurandum. 4. & §. datur. 7. & l. si patronus. 16. ff. de jurejur. vide s. Decad. 8. conclus. 3. numer. 4. &*
4 *seqq.* Cui simpliciter, & purè hoc juramentum delatum est; debet statim vel suscipere, vel illud referre: nisi ei sit remissum. *l. non*

erit.

erit. 5. §. final. cum l. ſeq. l. nam, poſteaquàm. 9. §. 1. l. ſi non fuerit. 37. ff. de jurejurand. impunè omninò, niſi juſta ſubſit cauſa, id recuſare non poteſt. *d. l. juſiurandum. 34. §. ait prætor. 6. l. manifeſtæ. 38. ff. eod. l. delata. 9. & l. penult. §. 1. & 2. Cod. de reb. credit. Eleganter Donellus ad tit. ff. de jurejurand. cap. 13. num. 1. 7. 8. in fin. & num. 9. & ſeqq.* Sed con- 5
troverſi juris quæſtio eſt: ſi actor nihil prorſus probaverit, & reo juſiurandum obtulerit; an is jurare teneatur, aut ſolvere: niſi illud referre maluerit? Ego affirmantem ſententiam, cum multis non contemnendæ auctoritatis Interpretibus, amplectendam judico. *l. tutor. 35. in princ. & d. l. manifeſtæ. 38. ibique Alexander. Jaſon. & Purpurat. ff. de jurejurand. Duarenus ad eundem tit. capite 6. Cujacius libr. 22. obſervat. capite 28. Weſenbec. in Paratitlis. ff. de jurejurand. numer. 9. Maſcard. de probationib. volum. 2. concluſ. 957. numer. 6. & alii ab eo citati. Quibus noviſſimè accedit Andreas Fachineus lib. 1. controverſiar. jur. capite 19. parte 1. Diſſentit tamen Speculat. in tit. de jurament. delat. §. 1. verſ. ſin autem actor. Abbas in capite 2. de clandeſtin. deſponſ. & in capite ultimo. extra. de jurejurand. Socin. in conſil. 184. libr. 2. & Coſtal. ad d. l. 38. ff. de jurejurand.*

6 Planè juramento præstito, vel remisso; nihil amplius quæritur, quàm an juratum sit: & litigatores, quasi transactione, aut solutione factâ, ab omni controversiâ discedunt: præsertim cùm Prætor reum vel absolvendo, vel condemnando, ulteriorem quæstionem moveri, edicto inhibeat. *d. l. jusiurandum. 34. §. fin.*

7 *Wesenbec. in Paratit. num. 9. ff. de jurejur.* Et si hujusmodi decisioni vel actor, vel reus non paruerit; accommodabit Prætor illi quidem actionem in factum; huic verò exceptionem. Atque illa actio, etiam utilis judicati actio appellatur. *§. item si quis postulante. 11. Instit. de action. l. ait prætor. 7. l. nam, posteaquam. 9. § 1. d. l. 34. §. fin. l. jusiurandum. 40. ff. de jurejur. §. æquè si debitor. Instit. de except. l. actori. 8. C. de reb. cred. Sed videatur Joan. Borcholt. in Commentar. de jurejurand. c. 8. num. 30. cum seqq. item D. Bocer. d. class. 5. disputat. 8. thes. 68. lit. e. & f. & thesibus aliquot seqq.*

IV.

1 Necessarium jusiurandum est; quod judex parti, quæ non potest referre, nec facilè recusare, in dubiâ & levi causâ, in supplementum probationum, imponere debet; inspectis diligenter & causæ, & personarum circumstantiis.

l. admonendi. 31. ff de jurejur. ibiq; glos. Joach. à Beust. Costal. & DD. communiter. Sichard in rubr. num. 12. & in l. in bona. 3. C. de reb. cred.

Myns.

Mynsinger. cent. 1. observat. 68. c. fin. in princ. ex. de jurejur. Guilielm. Haneton. in tract. de process. judic. tit. de juram. volunt. &c. pag. mihi 92. Boicholt. in Commentar. de jurejur. c. 2. num. 6. & 9. c. 7. num. 9. & c. 8 num. 58. cum seqq. Setser. in tract. de jurament. lib. 4. c. 10 Wurmser. lib. 1. tit. 14. obser. 12. Treutler. vol 1. disput. 21. thes. 10. Emeric à Rosbach in tract. de process. jud. tit. 67. num. 1. & 2. Gail. lib. 1. observ. 108 num. 11. & 12. Brechter de process. judiciar. c. 10 Hackelman. disputat. 13. thes. 13. & 17. Causa dubia *(secundùm crebriori Dd. calculo receptam sententiam)* dicitur; quando ea semiplenè, putà per unum testem omni exceptione majorem, est probata. *Mynsinger. citato loco. & cent. 4. observat. 12. circa fin. Wesenbec. in Paratit. ff. de jurejur. num. 10. Hartmann. Hartmanni libr. 2. tit. 25. observ. 6. Henning. Gœden consil. 52. nu. 8. Sed videatur D. Bocer. class. 5. disput. 8. thes. 82. cum trib. seqq. ubi ea de re diversas diversorum Interpretum opiniones diligenter exponit. Adde Iliconem Ummium disputat. 14. de process. judic. thes. 16. num. 87. ubi illam frequentissimis omnium pragmaticorum suffragiis comprobatam sententiam solidè satis defendit, contra Duaren lib. 2. disputation. anniversar. cap. 3. Donell. de jurejur. c. 11. nu. 3. & seq. & Ant. Fabr. lib. 9. err. pragm. err. 1.* Reo tamen ad sui purgationem & absolutionem in omnibus, etiam arduis, & gravioribus causis, hoc juramentum

(margin: 2 beside "Causa dubia"; 3 beside "Reo tamen")

deferri posse, æquitas dictat. *Haneton. loco proximè annotato. Jul. Clar. libr. 5. sentent. §. final. quæst. 63. num. 4. & seq. Mascard. de pro-*
4 *bat. volum. 2. conclus 955. num. 39.* Hinc reo fractæ pacis insimulato, ad purgandum citato, si is neget suspicionis articulos, ab actore vel ex fama publicâ, vel unius testis testimonio semiplenè tantùm probatos, juramentum purgationis defertur: sicut & pro suspicionis gravitate compurgatoribus; quòd videlicet credant, eum verum jurâsse. *Latè Andreas Gail. lib. 2. de pace publica. cap. 7. per tot.*
5 Ecquid verò in causa quoque matrimoniali locum habeat juramentum necessarium, controvertitur inter Scribentes? Ego, si pro matrimonio, non contra, res agatur, ab ajentium partibus stare non erubesco, *per c. lator. 4 ext. de sentent. & re jud. c. in literis. 24. ext. de testib. & attestat. Schurpff. consil. 47. nu. 2. cent. 2. Mascard. d. vol. 2. conclus. 1033. Covarruv. de sponsalib. part. 1. cap. 4. num. 5. §. 1. Gail. libr. 2. observat. 94. num. 12. Borcholt. d. Commentar. de jurejur. cap. 5. num. 23. & cap. 8. num. 76. & seq. Duaren. ad tit. C. de reb. credit. cap. 4. Treutler. d. disputat. 21. thes. 10. sub lit. a. Hackelman d. disputat. 13. thes. 17. Cypræus in tract. de sponsalib. cap. 14. §. 18. Setser. in tract. de jurament. lib. 4. cap. 14. num. 12. & noviter Ummius d. disputat. 14. de process. judic. thes. 15. n. 84.*

Cæte-

Cæterùm tam ante, quàm post causæ conclusionem, judex ex officio suo hoc juramentum necessarium, parte non petente, deferre potest. *argument. c. judicantem. 30. quæst. 5. c. cùm causam. 37. ext. de testibus. l. judices. 9. C. de judic. Gail. libr. 1. observat. pract. observat. 108. numer. 5. & seqq. Rosbach prædicto tit. 67. num. 3. D. Bocer. class. 5. disputat. 8. thesi 86. & 87. Vide quoque Fachineum libr. 1. controvers. jur. cap. 16. & 17. necnon Setserum d. lib. 4. de juram. cap. 15.* 6

V.

Cui autem ex litigatoribus deferendum sit juramentum istud, quod suppletorium vulgò appellant, reo, an actori, non eadem omnium est sententia. Sunt enim, qui actori: sunt, qui reo deferendum existimant: sunt item, qui judicis id arbitrio demandant. *(a)* In hac opinionum diversitate fortasse non malè dici poterit: actori, qui semiplenè probavit, deferendum esse juramentum in supplementum probationis, in causis pecuniariis; si reus nil probaverit, quo intentio actoris excludatur, vel obscuretur. Quòd si verò pares hinc inde sint probationes, & reus aliquid præstiterit, quo causa dubia reddatur: non ambigendum est, quin reo potiùs, quàm actori sit deferendum. *(b)* 1

a) *Jason*

a) *Jason hac de re copiosè in repetitione l. admonendi. 31. num. 314. ff. de jurejurand. & ibidem Beust. num. 167. cum multis seq. Donellus ad d. tit. de jurejurand. cap. 11.* Fürstlich Würtemberg. ernewert Landtrecht / *part. 1. tit. 52. nec non Speckhan. cent. 1. quæst. 46.* (b) *Egregiè Fachineus lib. 1. controvers. jur. cap. 18. & novissimè Ummius disputat. 14. de process. judi-*
3 *ciar. thes 13. num. 74.* Porrò re decisâ, jurejurando à judice in dubiis causis exacto; permittitur & appellare, & causam, post restitutionem, ex integro agere; si quis nova instrumenta se invenisse dicat, quibus nunc solis, non etiam testibus, usurus sit. *l. generaliter. 12. §. sed juramento. C. de reb. cred. Cujac. lib. 18. observat. cap. 35. Haneton. in tract. de judicior. ord. tit. de juram. volunt. &c. pag. 97. & seq. d. l. admonendi. in princ. ff. de jurejur. Donell. ad d. tit. cap. 11. num. 12. Mynsinger. cent. 1. observat. 39. & cent. 2. observat. 14. D. Bocer. class 5. disput. 8. thes. 89. & seqq.*

VI.

1 Necessario juramento affine est, jusiurandum in litem; quod à Judice defertur actori, domino; vel ei, qui litem suo nomine contestatus est; *(a)* rei in judicium deductæ; & ejus, quod interest, etiam in infinitum jurando, æstimandi causâ; adversùs eum, qui jussus exhibere vel restituere, ex dolo & contumaciâ non exhibet, vel restituit. *(b)*

a) *l. uni-*

a) *l.vulgò.7.ff.de in litem jur.* (b) *l.1.in fin. cum l.ſeq. l. videamus. 4. §. jurare. & l. nummis. 3. ibi, niſi fortè. ff. d.t. l. à poſſidentibus. 21. C. de rei vindic. Ioann. Coraſ. lib. miſcel. 6. cap. 1. vide Bocer. claſſ 5. diſput. 8. theſ 94. & ſeqq. & Joannem Borcholt. in Commentar. in tit. ff. de in litem jurand cap. 1.* Et judicem tantùm oportet deferre, nec alium. 2
Nam ſi eo non à judice delato, juratum ſit; nulla erit jurisiurandi religio. *d.l videam⁹. 4. §. deferre. et ibid. Coſtal. Bartol. Bald. Ang. Jaſon. num 1. & 2. ff. de in lit. jur. Treutler. vol. 1. diſput. 21. theſ. 11. lit. c. Ioan. Emeric. à Roſbach. in tract. de proceſſ. judiciar. tit 68. num. 4.* Idem judex, ne arreptà occaſio- 3
ne in immenſum actor juret, ex officio ſuo hoc juſiurandum refrenare poterit; certam ſcilicet ſummam præfiniendo, uſque ad quam juretur, fiatque condemnatio. *d.l. videamus. 4. §. jurare. & l. in actionibus. 5. in princ. ff. d.t. de in lit. jur. & d. l. à poſſidentibus. 21. C. de rei vind.* Quinimò & repertis poſtea probationibus, 4
quibus legitimè probetur; rem, quâ de quæritur, Rei eſſe, eundem prorſus abſolvere, vel minoris condemnare judex poterit. *d. l. 4. §. penult. & d.l. 5 §. 2. ff. de in lit. jur. l. ſancimus. 13. C. de judiciis* quamvis hoc Imp. Iuſtinianus vix admiſiſſe videatur. *Novell. 82. cap. 10. & auth. poſt juſiurandum. C. de judiciis.* Ante- 5
quam autem juretur; adverſarii dolum latamvé culpam præcedere oportet. *l. 2. in fin.*

& l. in

& l in actionibus. 5. §. sed in his omnibus. ff. de in lit. jur. l. Nesennius. 41. §. penult ff de re judicata. l. qui restituere. 68. ff. de rei vindic. l. 1. & 2. C. de in litem juran. l. alio jure. 4. ubi glos. in v. dolo malo. C. eod. Bronchorst. cent. 1. ἐναντιοφανῶν. *assert. 73. edit. 1. Coras. lib. 4. Miscellan. jur. civil. cap. 2. num. 11. Joann. Borcholt. d. Commentar. in tit. ff. de in lit. jurand. cap. 5. per totum.*

VII.

1 Et qualiscunque sit actio; dummodò ad rem restituendam agatur; sive sit in rem: sive personalis in rem scripta; & sive bonæ fidei, sive arbitraria: sive stricti juris, si rem post morã debitoris extinctã, judex æstimare amplius non possit; solet in litem jurari. *(a)* Licèt, si ex stipulatu, vel ex testamento agatur, secùs sit. *(b)*

a) *l. tutor. 8. & l. in actionibus. 5. l. in instrumentis. 10. ff. de in litem jur. l. qui restituere. 68. in fi. ff. de rei vindic. l. si fundus. 16 §. in vindicatione. ff. de pignorib. & hypoth.* (b) *l. aliâs. 6. ff. de*
2 *in lit. jur.* Verùm quibus in actionibus in litem jurari possit, latissimè explicat Joannes Borcholt. *in Commentar. in tit. ff. de in lit. jur. c. 4. per tot. Joan. Emericus à Rosbach in tract. de processu judiciar. tit. 68. num. 9. & seqq. necnon D. Bocerus class. 5. disputat. 8. thes. 102. & aliquot*
3 *subsequentibus.* Si possessor quidem dolo fe-

cit,

est; actor verò jurare non velit; sed quanti res sit, adversarium condemnari malit; mos ei gerendus est. *Paulus in l. quòd si. 71. ff. de rei vindic. l. 2. in princ. Cod. de in litem jur. arg. d. l. videamus. 4. in princ. ff. eod. tit.* Et hæc breviter de jurejurando in litem dicta sufficiant. Cæterùm ex genere jurisiurandi probatorii est quoque jusiurandum illud, quo expensæ litis probantur. *Novell. 82. cap. 10.* quo creditor hypothecarius, impetrato jure dominii, intra biennium, debitore pignus reluente, quantitatem damni sui manifestat. *l. ult. §. 3. C. de jure domin. impetran.* & quo idem creditor, si vendiderit rem, pignori oppositam, debitore eam non reluente, probat; se tanti vendidisse eam, quanti venire potuerit. *d. l. ult. §. penult. Cod. d. tit.* quo item is, cujus domus incendio vel ruinâ corruptæ sunt, & in earum refectionem ex donatione cujusdam quid accepit, religiosè confirmat, totam eam pecuniam in ædium illarum refectionem expensam esse. *l. penult. § 2. Cod. de donationib.* & quo datus tutor vel curator ostendit, obligatum se habere pupillum vel adolescentem, *Novell. 72. capite 3.* Similiter hujus generis est jusiurandum paupertatis, *de quo Mynsingerus centur. 1. observation. 81. Ordinatio Consistorii Würtemberg. parte 1. pagina 32. in fine.* item quo 4 5

quo quis impedimentum probat, *Mynsinger. cent. 3. observat. 92. num 3.* & quo quis confirmat, se non sperare, quòd apud judicem quendam sit justitiam consecuturus, *Mynsinger. d. cent. 3. observat. 58.* & denique quo spoliatus damnum, quod perpessus est, probat. *Mynsinger. cent. 4. observat. 12. & cent. 5. observat. 71. Atque de istis, & aliis jurisiurandi generibus, accuratè dissertat D. Bocer. d. class. 5. disputat. 8. thes. 114. & seqq.*

VIII.

1 Testimoniis, & instrumentis productis, & præstitis; tunc juris allegationibus insistendum, causarumque patronis, qui gloriosæ vocis munimine confisi surgunt, lapsa erigunt, fatigata reparant, causarum ambigua facta diriniunt, studendum est.

l. advocati. 14. C. de advocatis diversor. judiciorum. Tancret. in tract. ordin. judiciar. lib. 3. tit. de probation. juris, & allegationib. in
2 *princ.* Allegare, est intentionem probationibus facti, in judicium reproductis fundatam, approbare juribus. *Tancret. d. tit. de probat.*
3 *jur. & allegat. §. 1. pag. mihi 199. in fine.* Et hoc facere debet non modò actor; qui primò proponere debet, quæ ad actionem suam fundandam viderit expedire: sed etiam reus, qui adducet, quæ ad exceptiones, quibus uti potest, quamvis diversis, probandas facient; priùs

priùs respondendo inductis ab actore; & reprobando ejus allegationes, è dictis testium, vel instrumentis, vel aliis assertis probationibus petitas; & insuper adversarii jura allegata distinguẽdo & exponẽdo: ac demùm ꝑ se alia jura allegando. *c. licet causam. 9 ext. de probat. c. inter dilectos 6. ext. de fide instrum. Marant. p. 6. de ord. judicior. tit. de allegatione & disputat. super dubiis causæ. num. 2. Tancret. citato loco.* Et si ulteriùs processum fuerit: allegationibus Rei actor respondeat, destruendo ejus allegationes, si potest. Deinde, si actor contra reum replicare intenderit: super ipsâ replicatione, si quid habet, proponat. Cui eodem modo respondeatur à reo, & similiter fiat in triplicatione, & deinceps. *argumento l. 1. & 2. ff. de exceptio. vide suprà Decad. 7 conclus 6. num. 3.* Atque in omnibus allegationibus argumenta firmiora initiò, ut ad credendum moveatur animus judicis: & in fine, ut ultimò audita meliùs memoriæ commendentur, & diutiùs in animo permaneant, proponuntur: leviora autem in medio inculcantur. Et in confirmando sunt condensanda: in refutando singula paulatim frangenda. *can. liquidò. 53. ubi & glos. in verb. infigere. de consecrat. distinct. 2. Dn. Crus. Quæst Rhet. lib. 1 cap. ult. quæst. 8.* Ad extremum partes allegationibus renunciantes, & in causâ concludentes, sententiam ferri petent. *Tancret. in d. tract.*

4 (margin, beside "loco. Et si ulteriùs processum fuerit")
5 (margin, beside "clus 6. num. 3. Atque in omnibus")
6 (margin, beside "ult. quæst. 8. Ad extremum")

ord. judic. lib. 3. tit. de probatio. juris, & allegationib. prope finem.

IX.

1 Probationem, confirmationem ac refutationem hinc inde testibus, instrumentis, aliisque probationum generibus factam, proxi-
2 mè subsequitur conclusio causæ. *(a)* In causa verò conclusum dicitur: non, quando Rhetorum more, ad affectus movendos, dictorum fit ἀνακεφαλαίωσις: *(b)* sed dum litigantes utrinque omnibus allegationibus, & exceptionibus facti & juris, sententiæ ferendæ gratiâ, renunciârunt *(c)*

a) *Marant. parte. 6. de ord. judicior. tit. de conclusione in causa. num. 1. D. Bocer. class. 5. disputat. 22. thes. 1. Joann. Emericus à Rosbach in tract. de process. judiciar. tit. 70. num. 1.* (b) *Quintil. libr. 6. cap 1.* (c) *Innoc. in c. pastoralis. 5. & ibi glos. ext. de causa poss. & propr. Specul. de renunc. & conclus. libr. 2. Termin. in process. jur. cap. 49. in princ. Gail. lib. 1. Practicar. observat. observ. 107. num. 3. Stephan. Berchtold. in tract. de judiciis & process. judiciar. cap. 19. conclus. 325. Damhouder. in praxi. civil. cap. 191. numer. 1. Arnoldus de Reyger in*
3 *process. judiciar. disputat. 8. thes. 1.* Et hæc renunciatio (per se quidem unica) ab utraque parte litigantium, meritis tamen causæ discussis & agitatis, fit: interdum ultrò, & sæpe

in

in scriptis: crebriùs autem oretenus, simul: atque vel purè, vel in eventum, ac ante sententiam definitivam, adjectâ plerunque clausulâ, cum oblatione si quid facti, &c. *Id Etymon docet. Vocatur enim conclusio. Ordin. Camer. part. 3. tit. 23. §. 1. & §.* Es mag auch / rc. *D. Bocer. d. disputat. 22. thes. 3. & 4.* Sed & eadem fit interdum ex officio Judicis, litigantibus morosis aut fugientibus, ad claudendam utrinque concertationis aleam, terminum statuentis; vel, si sufficientes dilationes datæ sint, causam pro conclusâ acceptantis. *Authent. Jubemus. Cod. de judic. Novell. 115. cap. 2. Mynsinger. centur. 3. observ. 17. in fine. Vultejus libr. 2. Jurisprud. Rom. cap. 31. num. 47. pag. mihi 439.* Fürstlich Würtemberg. ernewert Landtrecht / *part. 1. tit. 50. pagina. 156.* 4

X.

Quanquam autem conclusio, de jure, *(a)* in causis maximè profanis, civibus, & ordinariis; hodie verò sine discretione, in summo Imperialis Cameræ tribunali, ita habetur de substantiâ judicii, & processus: ut nulla sententia, ne interlocutoria quidem, publicetur: nisi legitimè conclusum, aut (quod de interlocutionibus propriè intelligunt) submissum sit: *(b)* attamen hoc intelligendum, quoad partes: secùs, quoad judicem, cujus officium tunc non conquiescit: 1 2

nec semper huic solennitati ita addictus est, quin sine illa quandocunque, ubi negocium fuerit instructum, ferre sententiam queat. *(c)*

a) *arg. Novell. 115. c. 2. circa fin. & auth. jubemus. C. de judic. Clement. sæpe. §. sententiam verò. ibi, conclusione non facta. ubi & glos. tit. de verb. signif. c. auditis. 8. ibi, fuisset super eisdem processibus hinc inde conclusum. ext. de procuratorib. c. pastoralis. 5. §. consultationi. ibi, antequàm renunciatum sit, aut conclusum. & §. seq. ibi, renunciatum fuerit, vel conclusum. & §. ult. ibi, postquàm etiam conclusum fuerit. ext. de caus. possess. & propriet. Felin in c. cùm dilectus. 9. col. 6. vers. quinto scias. de fide instrum. Bald. in l. libellorum. 3. ff. de accus. Guid. Pap. decis. 72. Joannes de Arnono in practic. judic. cap. 4. nu 5. & cap. 6. num. 3. D. Bocer. class. 5. disputat. 22. thes 5. lit. b. Videatur Vant. in tract. de nullitatib. tit. 13. de nullitate ex defect. process. & c. nu. 45.*
(b) *Gail. lib. 1. observat. 107. num. 2. Mynsinger. observat. 17. cent. 3. Ordinat. Camer. part 3. tit. 3. ibidemq; Nicolaus Cisner. Arnold. de Reyger. in process. judic. disput. 8. thes. 1. lit. c. Schvvanman lib. 1. process. Cameral. cap. 53. num 1.*

2 Ideoque ulteriùs dilationes, aut probationes facti, & instrumenta produci, vel producta admitti & concedi, non debent: quemadmodum nec juramenti petitio locum habet regulariter. *l. cùm à nobis. 5. C. de dilat. tex. & ratio notabilis*

lis in d.c.pastoralis.5. de causâ possess.& propriet. cap.2.de rest.in integr.in 6. Gail.d.observat.107. cum seq.& observat.71. num.17. ubi idem etiam ad tertium intervenientem extendit. Adde Mynsinger. cent.6. observat.56. Cachera. decis. Pedem.142. num.6. & Hartmannum Hartm. tit.17. observ.2.& 3. item Bocerum d. disput.22. thes.7. & 17. (c) *d.Clem.sæpe.§.Et quia.& ibi Card.19 quæst.de verb.signif.Joan.Andr.in addit.ad Specul. de renunc. Gail. d. observat.107. num 5.& seq. & lib.1. de pace publ. c.18. num.8.*
Nec quoad litigantes perpetuum illud existit. Ab his enim post conclusionem quandoque, præter oblatas preces, & literas promotoriales, ad maturandam sententiam, etiam informationes juris ac consilia DD. extrajudicialiter, ad partem *(ut vocant)* hoc est, alterâ non auditâ, sed ignorante, exhiberi, & ad acta referri solent. *Marant.part.6. de ord. judicior. tit. de conclusione in caus.num.2.& in repetit. l. is potest.18. num.93. ff. de acquir. vel omitt.heredit. Mynsinger. d.cent.6. observat.56.num.14. Gail. d.observat.107.num.13. libr.1. Henning. Gœden in proceß. judiciar. Rubric.25. numer.46. Menoch. libr.1.de arbitr. judic. quæst.35. num.21. Iul. Pacius.disput.26. thes.37. Emericus à Rosbach in proceß. judic tit.70. num.15.* Verùm ea, nisi factum, ex quo jus oritur, sufficienter priùs deductum, & probatum sit, parùm aut nihil juvant: 3 4

 nec

nec conclusionem factam tollunt. *Ludovic. Roman. consil. 228. glos. ad Rubric. Cod. de legib. Gail. loco proximè notato. videatur Bocerus d. class. 5. disputat. 22. thes. 14. & 15.* Sed &
5 rescissâ conclusione, alterum litigantium, nonnihil vigore præfatæ clausulæ, si quid facti, &c. ad ulteriores probationes facti, ac proferendum literas vel instrumenta de novo reperta, juramento tamen malitiæ prius interposito, admitti receptum est. *l. Imperatores. 35. ff. de re judic. Petr. Gregor. Synt. libr. 47. c. fin. ex Guid. Pap. decis. 201. Bartol. in l. admonendi. 31. ff. de jurejur.* Fürstl. Würt. ernewert Landtrecht / *part. 1. tit. 50.* §. Vnnd sollen / rc. *d. Ordin. Camer. part. 3. tit. 23.* Von mündtlichen Beschlüssen. §. So aber etwas / rc. *D. Bocer. post alios, à se citatos, d. di-*
6 *sputat. 22. thes. 8. & duabus seqq.* Insuper favore defensionis, in criminalibus, & (quæ eis ob gravitatem comparantur) matrimonii causis, non obstante testium publicatione, aut renunciatione factâ, novæ probationes fieri possunt: modò pars producens Judicem non supplantet, vel litem differat, *arg. l. 1. §. si quis ultrò. 27. & l. unius. 18 §. cogniturum. 9. ff. de quæstionib. Mynsinger. centur. 6. observat. 56. num. 8. Sichard. ad auth. jubemus. numer. 10. Cod. de judic. Menoch. d. libr. 1. de arbitr. jud. quæst. 35. num. 12. Bocer. d. disput. 22. thes. 10.*

thes. 10. Vultejus libr. 2. Jurisprud. Roman. cap. 31. num. 51. pag. mihi. 439. & Gail. d. observat. 107. num. 11. & 12. ubi hanc sententiam & juris textibus, & Dd. auctoritatibus satis superque confirmat. Illud pro colophone hic addendum: quod interrogatus aliquid de novo post conclusionem in causa, ex mero judicis officio respondere teneatur, *ut ex communiori Dd. sententia notavit Cavallos in speculo aureo opinion. commun. contra communes. cap. 167.* 7



CONCLUSIONUM CONTROVERSARUM,

EX PROCESSU JUDICIARIO UNIVERSO DELIBATARUM,

DECAS XVI.

DE SENTENTIA, ET re judicatâ, sermonem instituens.

CONCLUSIO I.

1 CONCLUSIONEM in causa *(a)* excipit sententia *(b)* judicialis: quæ nihil est aliud, quàm pronunciatio Judicis, controversiæ partium finem ritè imponens. *(c)* Eaque duplex perhibetur: interlocutoria, & definitiva. *(d)*

a) *de qua praecedente Decade conclus. 9. & 10.*
2 *abundè dictum.* (b) à sentiendo dicta, quòd judex

judex per eam, quid sentiat, declaret, *arg. l. sicut. 8. §. & si quidem vers. quia per sententiam. ff. si servit. vindicet. Marant. part. 6. de ordine judicior. tit. de sententia. num. 3. Joan. Emeric. à Rosbach in process. judiciar. tit. 71. num. 1.*
Sententiæ vocabulum variè usurpatur. Aliâs 3
enim pro eo, quod verba sonant, accipi solet: aliâs pro γνώμη, sive lumine quodam orationis sumitur: aliâs pro animi conceptâ quadam opinione capitur: aliâs denique judicialis quædam appellatur pronunciatio. Atque eo modo in præsentia accipitur. *Et de istis variis significationibus videatur Azo in sua summa Cod. tit. quomodo & quando judex sententiam proferre deb. & Oldendorp. in tract. de*
sent. & re judicat. in princ. Cæterùm si qua in 4
re aliâ, maximè in sententiis ferendis, Judicem prudentissimum, nec non justitiæ atque æquitatis observantissimum esse, convenit, *arg. l. quòd si Ephesi. 4. in fin. ff. de eo, quod certo loc. l. quæ utiliter. 45. §. ult. ff. de negoc. gest. & l. placuit. 8. Cod. de judic. Stephan. Berchtold. in tract. de judic. & process. judiciar. cap. 20. con-*
clus. 334. Illis namque litigantium jura vel as- 5
servantur, vel labefactantur: prout munere judicandi aut rectè, aut perperàm judex defungitur, *per notata D. Sichardi ad l. 1. num. 40. & seqq. C. de sentent. ex brevic. recitand.* (c) *l. 1. ff. de re judicata. l. qualem. 19. § 1. ff. de receptis, qui arbitrium, &c. l. eos. 6. C. de appellat. vide*
 Marant.

Marant. d. tit. de sentent. numer. 1. Vultejum libr. 2. Iurisprud. Rom. cap. 31. pag. mihi 441. num. 73. & Treutlerum vol. 2. disput. 33. thes. 1.
6 *lit. b.* Differt autem sententia à re judicata, ut causa ab effectu. Sententia controversiam finit: res judicata finitur. *Zas. & Duaren. ad d. l. 1. ff. de re judic.* Licèt unum pro altero per metonymiam dicatur. *tot. tit. Cod. de execut.*
7 *rei judic. l. 1. Cod. de re jud.* Differentia & inde perspicitur: quòd, si sententia suspensa fuerit appellatione, tum demum dicitur in rem judicatam transire, cùm tempus provocationis elapsum est, ita ut ampliùs jus sententiæ controverti nequeat. *tot. tit. Cod. de re judic. l. si causa. 32. Cod. de transact. Villalob. in commun. opinionib. lit. a. num. 112. Wesenbec. in Paratit. ff. de re judic. num. 3. Gail. libr. 1. observat. 144. num. 1. & 2. & obser. 147. numer. 11. & 12.* (d) *arg. Rubric. tit. ff. de re judic. & de effectu sentent. & de interlocutionib. item tit. Cod. de sentent. & interlocut. om. jud. Iason in l. nec quicquam. 9. §. 1. ff. de offic. proconsul. l. quod jussit. 14. ff. de re jud. ibique Wesenbecius in Paratit. numer. 4. Emericus à Rosbach. d. process. judiciar. tit. 71. numer. 2. Treutler. d. volum. 2. disputat. 23. thes. 1. ad lit. c. Arnoldus de Reyger. in process. judiciar. disputat. 8. thes. 6. Sichard. ad Rubric. dicti tit. Cod. quomodo & quando judex sententiam, &c. num. 10.*

Inter-

II.

Interlocutoria dicitur, quæ super incidente vel emergente aliquo articulo, dum principale adhuc negocium pendet, fertur. *(a)* Hæc rursus aut vim definitivæ *(b)* continet: aut non continet. *(c)* 1

a) *Arg. l. quod jussit. 14. ff. de re judic. ubi Wesenbec. in Paratit. num. 4. l. qualem. 19. §. ultim. vers. & Sabinus. ff. de recept. qui arbitr. recep. l. 2. ff. de appellat. recipiend. c. significantibus. 38. extr. de offic. & potest. judic. deleg. Alias definitiones recitat D. Bocerus class. 5. disputat. 10. thes. 3. sub lit. c.* (b) Vim definitivæ continet, sive habet ea, quæ non aliam post se sperat sententiam, & per quam officium judicis expirat; putà si absolutoria ab instantiâ, vel observatione judicii, vel super appellatione deserta, &c. feratur. *Marant. part. 6. de ordine judicior. tit. de sentent. numer. 42. & seqq. Mynsinger. centur. 3. observat. 88. Gail. libr. 1. observat. 130. numer. 6. Rosbach in process. judiciar. tit. 71. num. 6. Bocer. d. disputat. 10. thes. 26. & seqq.* Plures sententiarum interlocutoriarum vim definitivæ habentium species recensuit Cornel. Brederod. *in tract. appellat. part. 1. tit. 20. col. 433. cum multis seqq. quem refert Gravæus libr. 1. conclusion. practicar. conclus. 130. considerat. 1.* 2

(c) Vim

3 (c) Vim definitivæ non habens, etsi quoad partes, non tamen quoad judicem, in rem judicatam transit, *arg. d. l. quod jussit. 14. ubi Bartol Alexand. & Dd. communiter. ff. de re jud.*
4 *Marant. d. tit. de sentent. num. 7.* Cæterùm à sententiâ ut definitivâ, sic & interlocutoriâ, an decretum ut species distinguatur, non convenit inter Interpretes? Ego sententiæ verbo quoque decretum appellari autumo, *arg. l. 1. §. 2. ff. quod quisque juris in alterum, &c. l. cùm sententiam. 6. C. de sentent. & interlocut. om. judic. l. 1. C. sententiam rescindi non posse. l. ult. Cod. comminationes, epistolas, programmata, & c. c. olim. 7. in fine. ext. de exceptionib. c. constitutis. 46. §. nos ergo. ext. de appellat. c. licèt causam. 9. in princ. ibi, interloquendo decrevimus. ext. de probationib. Bartholmæus Blarer. in solenni repetit. l. diffamari. C. de ingenuis manumiss. cap 9. num. 6. Donell. ad l. decreta 48. ff. de re judicata. hosque referendo sequens D. Bocer. d. class. 5. disputat. 10. thes. 6. qui thes. 7. & aliquot seqq. plura interlocutoriæ sententiæ exempla studiosè exponit.*

III.

1 Sententia definitiva est: quâ, juris ordine servato, principalis quæstio litis terminatur absolutione, vel condemnatione. *(a)* Quare hanc lite demum contestatâ, *(b)* probationibus hinc inde receptis, *(c)* causa plenè cognitâ, *(d)* ac conclusione factâ, *(e)* de

de scripto, *(f)* (quibusdam casibus exceptis *(g)*) ab ipso judice, *(h)* in loco solito, *(i)* interdiu, *(k)* pro tribunali sedente, *(l)* libello, *(m)* actis, ipsique stylo conformem, certam, *(n)* atque puram *(o)* pronunciandam esse, indubitati juris est.

a) *l. 1. l. si se non obtulit. 4 §. condemnatum. 6. ff. de re judic. l. præses. 3. C. de sentent. & interlocut. om. jud. Marant. part. 6. de ord. judic. tit. de sentent. num. 3. Arnold. de Reyger in proceß. judiciar. disputat. 8. thes. 7.* Utrùm sententia in possessorio lata, quâ judex possessorem absolvit, vel condemnat, definitiva sit, ardua est quæstio? Et definitivam esse, defendi posse videtur, *arg. cap. 1. 2. & 4. §. verùm. & c. cùm dilectus. 6. ext. de caus. posseß. & proprietat. & c. ult. ext. de judiciis. l. & an eadem. 14. §. ult. ff. de except. rei judicat. Marant. d. tit. de sentent. num. 35. Cæsar Contardus ad l. unic. C. si de momentanea posseß. fuerit appellat. in 2. ratione decid.* (b) *argumento c. fin. ext. ut lite non contestata non procedatur, & c. Speculat. in §. nunc videndum. in princ. tit. de sentent. Wesenbec. in paratit. ff. de re judic. num. 7. Treutler. vol. 2. disput. 23. thes. 3. lit. b. Franc. Turzanus opin. 137. Gail. lib. 1. observat. 74. num. 14.* (c) *can. nullum. 10. caus. 30. quæst. 5. Bald. in l. 2. C. de judic. Cravet. consil. 265. num. 5. vers. non obstat. quos refert & sequitur Reyger d. disputat. 8. thes. 10. lit. c.* 2

lit. c. (d) *l. final. §. ultim. ff quod met. caus. l. nec quicquam. 9. §. ult. ff. de offic. procons. can. judicantem. 11. caus. 30. quæst. 5. Duaren. ad tit. ff. de re judic. cap. 1. & lib. 1. disputat. anniversar. cap. 41. Adde Anton. Fabr. tom. 1. Iurisprud. Papin. tit. 1. princ. 4. illat. 8.* ubi eleganter scribit: nihil magis cavere bonum justumque judicem debere, quàm ne præcipiti festinatione ferendæ sententiæ rem eò deducat, ut ob non bene audita perceptaque alterutrius litigantium jura, nihil minùs assequatur, quàm ut suum cuique jus tribuisse videatur. *l. si quis filio. 6. §. quid tamen. ibi, non pœnæ festinatione. ff. de iniust. rupt. & l. 1. Cod. de execut. rei judicat.* Unde pragmatici dicunt: justitiæ novercā esse præcipitationem. (e) *Clement. sæpe. §. sententiam verò. & ibi glos. super verb. conclusione. de verbor. significat. Hucque pertinent, quæ tradita sunt sup. Decade proxima, conclus. 10.* (f) *l. 1. 2. & 3. Cod. de sentent. ex brevic. recitand.* Fürstlich Würtemberg. ernewert Landtrecht / *parte 1. tit. 53. §.* Sodann / ꝛc. *pagina 160.* (g) *Novell. 17. cap. 3. Authent. nisi breves. Cod. de sentent. ex brevic. recitand.* (h) Cui imposita est lites decidendi necessitas. *l. final. §. judicandi. 14. ff. de vacatione & excusat. muner. Sichard. in l. 1. num. 22. Cod de sentent. ex brevic. recit.* (i) *l. si, ut proponis. 5. ibique*

que Gothofred. Cod. quomodo & quando judex, &c. (k) *c. consuluit. 24. in fin. extr. de offic. & potest. judic. deleg. Petrus de Bellapertica & Jason in l. non minorem. 20. numer. 3. Cod. de transact. Signorol. consil. 52. Menochius libr. 1. de arbitrar. judic. quæstion. 62. Hieronymus de Cevallos in speculo aur. opinionum commun. contra communes. quæst. 670. ubi pro utraque parte plures Interpretes citat.* (l) *l. à procedente. 4. Cod. de dilationibus l. quisquis. 6. in fine. Cod. de postulando. Novell. 82. cap. 3. Sichard. ad l. 1. numer. 12. Cod. de sentent. ex brevic. recitand. Emericus à Rosbach de processi. judiciar. tit. 72. num. 26.* (m) *l. ultim. Cod. de fideicommissar. libertat. l. ut fundus. 18. & ibi Costal. ff. communi divid. c. licèt Heli. 31. ubi glos. in verb. formam. extr. de simonia. Mynsingerus cent. 4. observat. 81. Gail. libr. 1. observat. 66. num. 1. Vultejus libr. 2. Iurisprudent. Roman. cap. 31. numer. 74. pagina mihi 441. fac. 2.* (n) *l. in sententiis. 59. §. 2. ubi Duarenus. ff. de re judic. ibiq; Wesenbec. in Paratit. numer. 7. l. penult. & ult. & tot. tit. Cod. de sententia, quæ sine certa quant. profert. §. curare. 32. ubi Zasius, Donellus, Vultejus & alii. Instit. de actionib.*

Hinc controversiâ non caret: an talis sententia, quâ judex pronunciat; Solve Titio, quod debes, seu quantum debes, jure subsistat? 4

Et

4 Et eam, utpote incertam, prorsus invalidam esse, negari haud poterit, *arg. l. quid tamen. 21. §. Pomponius. ff. de recept. qui arbitr.* Et hanc *quæstionem latissimè explicui in d. §. curare. 32. Inst. de actionib.* (o) *arg. l. 1. §. biduum. 5. ff. quando appellandum sit. & l. qui testamēto. 37. in fine principii. ff. de excusationib. tutor. Sichard. in l. cum judex. 11. num. 4. C. de sentent. & interlocut. om. judic. Bocer. class. 5 disputat. 23. thes. 32.*

5 Unde patet, hanc sententiam, ita prolatam: *Condemno Titium, si est probatum eum debere:* subsistere haud posse. *Vant. in tract. de nullitatib. ad rubric. de nullitate ex defectu processus. num. 112. Sarmient. lib. 1. selectar. interpretat. cap. 13. Bronchorst. cent. 4.* ἐναντιοφανῶν. *assert. 17 Reyger. d. disput. 8. sub thes. 8. & Hackelman. disputat. 5. thes. 8. Dissentit, post Bartol. & Bald. à se citatos, Wurmserus lib. 1. practic. forens. tit. 22. obs. 2. num. 3.*

IV.

1 Parvi autem refert: à judice uno, an pluribus competentibus, *(a)* simul præsentibus, *(b)* sententiæ pronunciatio fiat.

a) *l. duo judices. 28. l. tunc autem. 37. l. duo ex tribus. 39. ubi Zasius & Duaren. ff. de re judic. l. ult. ff. de jurisdict. l. cùm Prætor. 12. ff. de judiciis. tot. tit. C. si à non competente judice judicatum esse dicatur.*

2 Hinc judices notionem non habentes, aut incompetentes, frustrà pronunciare liquidò constat. *l. ait prætor. 5. ff. de re judic.*

dic. l. privatorum. 3. C. de jurisdict. om. jud. U[c] & arbitrorum placita, sententiæ nomen nequaquam mereri verius est. *l. quid ergo. 13. §. ex compromisso. 5. ff. de his, qui notant. infam. l. 1. C. de receptis arbitris. l. 2. ff. eod. tit.* Impuberes 3
quoque; vel puberes, decem & octo annis minores; fœminas item, & furiosos judices datos, non posse validas ac legitimas proferre sententias, legum auctoritas suadet. *d. l. cùm prætor. 12. §. 2. & l. cùm furiosus. 39. ff. de judic. l. quidam. 57. ff. de re judic. l. 2. ibiq; Petr. Faber. ff. de reg. jur. Hucq; spectant annotata suprà Decad. 1. conclus. 9.* (b) *d. l. duo ex tribus. 39. ff. de re judic. l. sicuti tribus. 18. ff. de receptis, qui arbitrium, &c. l. cùm magistratus. 4. C. quando provocare non est necess. vide Treutler. vol. 2. disput. 23. thes. 2. sub lit. e.* An super quæstione, 4
in causam principalem incidente, seorsim ferre judex sententiam cogi possit, in diversas Interpretes abeunt partes? Ego opiniones eorum relinquens existimo: si quæstio quomodocunque incurrens sive incidens ejuscemodi sit; ut principalis quæstionis definitio, cum illius decisione in quemcunque sententiæ eventum sit conjuncta: nil causæ esse, cur super incidente quæstione interloquatur: ac proinde super eâ separatim pronunciare nec illi licere, nec cogi quoque posse. *Joan. Robert. Aurel. libr. 1. sententiar. jur. cap. 12. & Fachineus libr. 1. controversiar. jur.*

cap. 43. qui hunc articulum copiosè declarant.

5 Obiter etiam quæri hic poterit: num Judex reum in fructibus, interesse, usuris, & aliis accessionibus, in libello actisque omissis, pro actionis naturâ condemnare queat? Et affirmativa, tanquam æquior & rationi magis consona, etiam in supremo Imperii judicio sententia obtinuit, *argu. l. ædiles. 25. §. item sciendum 8. ff. de ædilic. edict. Mynsingerus centur. 4. observat. 55. Gail. libr. 1. observat. 61. num. 11. & 12. qui id maximè procedere censent, si libello clausula ista inserta fuerit: Peto mihi jus & justitiam administrari omni meliore modo, &c. Idem approbat D. Bo-*

6 *cer. class. 5. disputat. 22. thes. 70.* Similiter dubitatur: si Judex, posteaquàm de re cognovit, vel sordibus, vel gratiâ ductus sententiam ferre nolit; sed se ad Principem relaturum testetur: an hac arte impunè frustrari litigatores & eludere possit? Non posse placuit, *arg. l. ubi acceptum. 30. ff. de judic. l. de qua re. 74. in princip. ff. de re judic. ibique Duarenus capite 2. authent. novo jure. Cod. de relationibus.*

V.

1 Cæterùm sententia regulariter præsentibus iis, quos contingit causa, feratur oportet. *(a)* Absenti siquidem æquè ac furioso, vel contra mortuum lata, nullius momen-

ti

ti est: nisi ille forsitan contumax fuerit. *(b)*

a) *l. de unoquoq. 47 ubi Duare. Zas. & Donell. ff. de re judic.* Fürstl. Würtemb. ernewert Landtrecht / *part. 1. tit. 53. §.* Es sollen / *rc. pagina 160. l. certum. 6. §. si quis, absente. 3. ff. de confess. l. furioso. 9. & l. in sententiis 59. §. ult. ff. de re jud. Mynsinger. centur. 1. observat. 78 Gail. lib. 1. observat. 109. num. 4. Bocer. class. 5. disputat. 22. thes. 71. & seq.* Contumacem eum dico, qui justæ ac legitimæ citationi non obsequitur; cùm id facere & possit, & debeat. *l. contumacia. 53. ff. de re jud. l. 2. l. tres denunciationes. 9. Cod. quomodo & quando judex &c & ostensum s. Decad. 4. conclus. 2.* Itaque is, qui ad majus 3 auditorium vocatus litem inchoatam deserit: aut quem adversa valetudo, aliavé justa causa defendit; contumax neutiquam videtur. Proindeque sententia contra ejusmodi, à judice lata, ipso jure est nulla. *l. contra pupillum. 54. §. 1. l. quæsitum. 60. ff. de re judicat. Mynsingerus cent. 4. observat. 57.* At quid, si reus 4 quidem se impeditum alleget; adversarius verò id perneget: an, & quomodo hoc impedimentum probari poterit? Et, *rejectis variis Dd. opinionibus*, probationem per juramentum sufficere, perpensis diligenter omnibus circumstantiis, in Camera Imperiali receptum est,

arg. l. non omnes. 5. §. à barbaris. 6. ff. de re militari. Bartol. & Guiliel. de Cun. in l. 2. §. quod diximus. 6. ff. si quis cautionib. Zasius in d. l. quaesitum. 60. ff. de re jud. hosq; citans Mynsing. d. cent.
5 *tur. 4. observat. 57. num. 7. & seq.* Quid? an non morbo, vel alio justo impedimento prohibitus, quo minus veniat, procuratorem mittere tenetur? Non teneri, exceptis paucis casibus, probabiliter statuitur, *per notata Mynsingeri d. cent. 4. obs. 58.*

VI.

1 Contra pupillum quoque, si causa ejus sine tutoris auctoritate in judicio agitata sit, sententia lata non subsistit: quamvis valeat, si pro eo pronunciatum fuerit. *(a)* Quin etiam omnis sententia manifestum atque apertum juris errorem continens, ipso jure nulla est: nec intra 30. annos vires assumit. *(b)*

a) *l. contra pupillum. 54. ff. de re jud. l. non eo minùs. 14. ubi Bartol. Bald. Alexand. Jason & alii. C. de procuratorib. Mynsinger. cent. 2. observat. 35. & 36. Hartmannus Hartman. libr. 2. practic. forens. tit. 5. observat. 8.* (b) *l. si expressim. 19. ff. de appellationib. l. 1 §. 2. ff. quae sent. sine appellat. rescind. l. 2. C. quando provocare non est necesse. Wurmser. lib. 1. pract. for. tit. 22. observ. 12. l. sicut. 3. ibiq; glos. & l. cùm notissimi. 7. C. de praescrip. 30. vel 40. annor. Bocer. class. 5. disputat. 23. thes. 14. latè post alios Mynsinger. decad. 2.*

ead.2.respons.17. Idem dicendum puto, si Judex falsam & erroneam sententiæ expresserit causam: quanquam in sententia causam exprimere non tenetur, *uti tradunt, præter alios a se allegatos*, W*esenbec. in Paratit.ff. de re judic.in fine. & Mynsinger. Decad.1 respons.6.numer.62.* Ecquid sententia contra communem Doctorum opinionem lata, sit ipso jure nulla, eleganter quæritur? Quod constanter & intrepidè negatur, *arg. l.1.§.sed neque ex multitudine. 6. C.de vet. jure enucleand. Cæsar Contard. in l. unic. C.si de moment.possess. & Menoch. in tract.de præsumptionib.lib.2.præsumpt.71.num.28.* Sanè quando nulla est sententia, haud inutiliter sciscitantur Doctores, num iterum ex iisdem judicetur actis? vel an tota causa denuò sit incipienda, adeoque nova acta conficienda, ex quibus Judex superior pronunciet? Et vulgò distinguunt: utrùm vitium sit in sola sententiâ; an verò respiciat omnia, quæ gesta sunt. Illâ specie ex iisdem, hac novis actis judiciari rectè scribunt. *Bartol. ad l. si ut proponis, pars.4. C. quomodo & quando judex, &c. ibiq; Sichardus numer.25. Duaren. ad l. cùm quærebatur.62.ff. de re judicata.* Illud in considerationem hoc loco non ineptè venit: utrùm si litigatores in sententia conveniant, Judex secundùm eam pronunciare debeat? Debere Ulpianus ait. *l. si convenerit.26.ff.d.tit.de re judic.* Ex quo ele-

Margin numbers: 2 (line 1), 3 (line 7), 4 (line 15), 5 (line 28), 6 (line 32).

gans ista profluit quæstio: num si partes de certa sententiâ proferendâ convenerint, & ea postmodum per Judicem pronunciata fuerit; pars condemnata hoc casu ab eadem appellare possit? Ac licèt multi magni nominis Doctores ajentem exosculentur sententiam, *Bartolus, Alexander, Jason, & Zasius in d. l. si convenerit. 26. ff. eod. tit.* ego tamen negativam magis veritati juris esse accommodatam sustinebo, *per textum in l. generaliter. 12. §. 1. in fine. Cod. de rebus credit.* ubi Imper. Justinianus hunc in modum rescribit: *Quis ferendus est ad appellationis veniens auxilium in his, quæ ipse*
7 *facienda procuravit?* Quasi dicat, huic nequaquam permittendum esse, ut appellationis beneficio utatur, qui specialiter petiit, ut lis certo modo decideretur. Convenienter & hoc nonnulli quærunt: an si inter partes litigantes conveniat, ut Judex de consilio Jurisperitorum judicet: ipse requirere consilium istud, & sequi cogatur? Et cogi quidem requirere, non autem præcisè sequi, nisi expresse hoc actum sit, decidunt. Quid, si omnino sequeretur? Etiamsi malè judicaret: tamen in syndicatu eum non teneri statuunt. *Bartolus, Alexander & Jason num. 18. cum seqq. in d. l. si convenerit. 26. ff. de re jud.*

Postea-

VII.

Posteaquàm verò Judex semel sententiam, sive æquam, sive iniquam dixit: eam amplius corrigere, revocare, rescindere, aut mutare nequit. *(a)* At nihil vetat, quo minùs istam supplere, declarare & interpretari possit. *(b)* 1

a) *l. quod jussit. 14. l. Paulus. 42. l. judex. 55. & l. cùm quærebatur. 62. ff. de re judic. l 2. vers. sed nec sit. Cod. de sentent. ex brevic. (vel periculo) recit. l. post sententiam. 9. Cod. de sentent. & interlocut. om. jud. l. 1. Cod. sententiam rescindi non posse. l. Divi. 27. in princ. ff. de pœnis. l. 1. §. ultim. ff. de quæstionib. l qualem. 19. §. ultim. & l. seq. ff. de receptis, qui arbitr. &c.* (b) *d. l. Paulus. 42. ff. de re judic. Gail. lib. 2. observat. 1. num. 6. referens Bartol. in l. ab executione. 4 numer. 5. ff. de appellationib. & in l. 2. numer. 4. Cod. de sentent. ex brevic. recitand. videatur D Bocer. class. 5. disputat. 22 thes. 82.* Hocque adeò locum sibi vendicat; ut etiam successorem Judicem dubia seu obscura verba sententiæ, ab Antecessore suo latæ, interpretari posse, à Doctoribus sanioribus non sine ratione fuerit decisum. *Bald. & Sichard. nu 61. ad l. 1. C. de sent. ex brevic. recitant.* Sed quid, si sentētia, quam Judex ordinarius protulit, ipso jure nulla sit: ecquid iterum judicabit? Affirmativa plerisque conclusio probatur, *arg. l. in sentētiis. 59. §. ult.* 2

Z 4 ff. de

ff. de re jud. l. 1. in fin. C. de sentent. & interlocut. om. judic. l. si accusatorib. 4. C. de accusationibus. Bocer. d. disputat. 22. thes. 81. Menoch. libr. 1. de arbitrar. judic. quæst. 67. in princ. ubi ad hoc plu-
4 *res citat.* Delegatus verò, post semel latam sententiam ipso jure nullam, cognoscendi judicandivé potestatem ampliùs non habet, *arg. l. si, ut proponis. 4. ibiq; glos. Bald. & Bartol. C. quomodo & quando judex sententiam, &c. Vantius in tract. de nullitatib. processuum. tit. coram quo possit & debeat nullitas proponi. num. 14. Bellon. lib. 3. supputat. jur. cap. 18. num. 1. & alii, quos refert & sequitur Menochius d. libr. 1. de arbitr.*
5 *jud. quæst. 67. num. 21.* An idem etiam in principis delegato procedat, dubium est? Et idem de eo non statuendum, verius est, *per notata Angeli in d. l. judex. 55. ff. de re judic. Decii in c. in literis. 9. num. 5. ext. de offic. & potest. jud. de-*
6 *leg. & Menochii d. quæst. 67. num. 28.* De illo disceptant Dd. num Judex superior adiri, petique ab eo possit; ut iterum in causa pronunciet, & in consequentiam, primam sententiam annulet? Affirmativè quidam, & benè, concludunt: *quemadmodum diffusè persequitur Menochius d. quæst. 67. num. 8. & seqq.*

VIII.

1 Sententia porrò sine testium publicatione lata valet, etiamsi publicatio ista à parte fuerit petita. *(a)* Sic quoque sententia ex præsumptionibus juris & de jure lata, ex probationi-

tionibus de novo emergentibus, non revocatur. *(b)*

a) *ut post multos alios, quorum meminit, docet Menochius de arbitrar. judic. lib. 1. quæst. 33. num. 1. & seq.* (b) *tradente eodem Menochio lib. 1. de præsumptionib. quæst. 95. num. 1.* At sententia lata ex præsumptionibus juris retractari potest, quando veræ contrariæ superveniunt probationes, *juxta Abbat. Panorm. & Aretin. num. 23. & Felinum num. 11. in c. proposuisti. 4. ext. de probationib. Curt. Junior. nu. 22. & Jasonem num. 38. in l. admonendi. 31. ff. de jurejur.* Quæritur, an ob eandem causam rescindi possit sententia, ex judicio peritorum in aliqua arte lata? Et posse multi suspicantur, *Baldus & Alexand. in l. si ab hostibus. 10. ff. soluto matrim. Angel. in l. quòd si nolit. 31. §. si mancipium. 11. ff. de ædilic. edict. & hos, aliosq; citans Menochius d. lib. 1. de præsumptionib. quæst. 95. num. 10.* Quid, si ex confessione partis constet, sententiam injustam esse? Atque ob hanc confessionem ipsam, etiam extrajudicialiter factam, sententiam retractandam esse, evincitur ex traditis à Menochio *d. lib. 1. de præsumptionib. quæst. 61. num. 12. & subsequentib.* Verùm sententia lata partibus præsentibus, & intra decendium non appellantibus: præsumitur ritè, legitimè, & præcedentibus solennitatibus lata esse. *Ita tenent Bartol. in l. 1. C. de relat. num. 6. in l. acta. 45. num. 3. ff. de re judic. &*

 in l.

Margin numbers: 2 (beside "lib. 1. de præsumptionib. … At sen-"), 3 (beside "rejur. Quæritur … rescin-"), 4 (beside "num. 10. Quid … con-"), 5 (beside "ptionib. quæst. 61 … Ve-").

in l. final. ff. quando appelland. sit. Bald. in consil. 217. citatio. lib. 4. Abbas in consil. 92. col. 1. lib. 1. & in consil. 60. col. fin. libr. 2. Alexand. in consil. 42. viso processu. circa princ. libr. 4. & alii, quos refert & sequitur Cravetta in tract. de an-
6 *tiquit. temp. in 2. part. princ. num. 1. & 4.* Idem juris esse duco, si contra verè contumacem enunciata fuerit. *Imola num. 24. & Abbas numer. 26. in c. quoniam contra. 11. ext. de probationib. Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 9. num. 7. Anton. Gabriel. in suis conclus. libr. 2. tit. de sentent conclus. 4. num 20. ubi plu-*
7 *res commemorat.* Quòd si contra fictè contumacem illa sit enunciata: non malè, solennitates non præsumi, contra alios statuit Cravetta *d. tract. de antiq. temp. part. 2. prin-*
8 *cip. num. 3.* Utrùm ad hoc, ut sententia solenniter lata præsumatur, necessarium sit, solennitates in eadem sententia enunciari, diu multumque agitata est quæstio? Et necessarium esse, defendi poterit, *per notata Menochii libr. 2. de præsumptionib. præsumpt. 68.*
9 *num. 8. & 12.* Nec refert; an sententia de recenti, vel antiquo lata fuerit. *Cravet. d. parte 2. princ. num. 41.* Sufficit tamen enunciatio generalis: nec requiritur, ut specialis solennitatum interveniat mentio. *Paul. de Castr. in l. cum hi. 8. § si prætor 17. ff. de transactionib. Alexand. consil. 80. colum. 2. lib. 5. consil. 179. col. 3. vers. & tanto magis. & consil. 213.*

in fine. libr 7. Decius consil. 341. colum. 5. in fine. consil. 373. colum. 2. post med. Jason consil. 40. colum. penult. circa med. vers. tertio respondetur. libr. 3. Cravett. d. part. 2. num. 9. & 10. Idque 10
procedit, etiamsi enunciativa verba sententiæ non in personam Judicis, sed Notarii concepta fuerint; *Cravett. d. num. 10. vers. ob id puto, non esse differentiam, &c. huncque secutus Menoch. d. lib. 2. præsumpt. 68. num. 14.* Licèt autem sententia individua sit, adeoque 11
pro parte valere nequeat. *l. in hoc judicio. 27. ff. famil. erc isc. ubi Bartol. numer. 1. & idem in l. 1. Cod. si advers. rem judic. num. 2. & 3.* separabilia tamen, & diversa continens capitula, partim confirmari, partim reformari à Judice poterit. *l. quædam mulier. 41. ff. famil. ercisc. l. etiam si patre. 29. §. 1. ff. de minorib. 25. ann. l. ult. ff. de jure patronat. c. Raynutius. 16. & c. Raynaldus. ext. de testament. Bald. in l. unic. C. ne lic. in una eademque caus. tertiò provoc. n. 9. & Gail. lib. 1. obs. 110. num. 1.*

IX.

Certè nisi intra decendium appellatione, 1
vel supplicatione sententia valida suspendatur, & impugnetur: in rem judicatam transit. *(a)* Dicitur autem res judicata, secundùm Modestinum IC. quæ finem controversiarum pronunciatione judicis accepit. *(b)*

a) *Auth. hodie. Cod. de appellationib. Novell. 23. cap. 1. & Novell. 119. cap 5. Wesenbec. in*

Para-

Paratit. ff. de re jud. num 8. & Instit. tit. de offic. jud. num. 14. Arnold. de Reyger de process. judiciar. disputat. 8. thes. 20. (b) *l. 1. ff. de re judicat.*
2 Quæ cùm pro veritate habeatur. *l. ingenuum. 25. ff. de stat. homin. l. res judicata. 207. ff. de reg. jur.* ejus tantam vim esse assero, ut neque ejus auctoritate solutum, tanquam indebitum condici; neque sub novorum instrumentorum pòst repertorum, neque calculi vel computationis prætextu rescindi rectè queat. *l. eleganter. 23. §. 1. ff. de condict. indebit. l. 1. C. eod. l. si patronus. 12. §. 3. ff. de bonis libertor. l. sub prætextu. 19. & l. seq. C. de transact. l. 2. & l. sub specie. 4. C. de re judic. videatur Fachineus*
3 *lib. 1. controversiar. jur. cap. 51. & seqq.* Quamvis publicę, matrimoniales, aliæque piæ & privilegiatæ excipiantur causæ. *l. Imperatores. 35. in fin. ff. d. tit. c. lator. 7. & c. cùm causa. 8. ext. de sentent. & re jud. Castrens. consil. 354. num. 2. vol. 1.*
4 *Gail. lib. 1. observat. 112. num. 1.* Quid autem, si sententia à Judice corrupto, vel falsis corruptorum testium attestationibus circumvento prolata fuerit? Utroque casu sententiam, etiam citra provocationis adminiculum, infirmam esse profiteor. *l. venales. 7. C. quando provocare non est necesse. tot. tit. C. si ex falsis instrument. vel testimo. judicatum sit. Duaren. &*
5 *Zasius in l. Divus. 33. ff. de re judic.* Præterea sciendum: in actione personali quadrimestre spacium reis, intra quod judicatum facere

re

re tenentur, à Juſtiniano eſſe indultum. *l. 2. & 3. C. de uſuris rei judicatæ. Cujac. lib. 3. obſervat. 39.* Quod à die latæ ſententiæ currit: & à Magiſtratu ex juſta cauſa vel coarctari, vel prorogari poteſt. *l. 2. ubi Donellus. ff. de re judic. d. l. 2. & 3. C. de uſur. rei jud.* Si verò res a- 6
ctione reali petita, in ea cauſa eſt, ut facilè reſtitui poſſit: utilius creditur, ut Judicis officium incontinenti imploretur, *§. & ſi in rem. Inſtit. de offic. judic. Cujac. d. obſer 39. lib. 3. Duaren. in d. l. 2. ff. de re jud. Reyger. d. diſputat. 8. theſ. 21. lit. b.*

X.

Quadrimeſtri tempore (intra quod judi- 1
catis ſatisfacere tenetur condemnatus) effluxo, actione judicati, ſi ſententiæ minùs ſatisfiat, victor adverſus condemnatum, pro executione ſententiæ obtinendâ, in ſolidum experitur. *(a)* Quæ actio civilis eſt, perpetua, & rei perſecutoria: heredi, & in heredem competens. *(b)*

a) *l. 2. & 3. C. de uſuris rei judic. l. actori. 8. C. de reb. credit. & jurejur. Arnold. de Reyger, de proceß. judiciar. diſputat. 8. theſ. 23.* Verùm 2
enimverò hîc armatæ militiæ milites, parentes, patronos, ſocios, maritos, & nonnullas alias perſonas, quæ in id, quod facere poſſunt, conveniuntur, excipio. *l. miles. 6. in princ. l. ſunt, qui in id. 16. cum ſeqq. ff. de re judic. Et de iis explanatiùs dixi ad §. item ſi de dote. 37. & ſeq.*

3 *seq. Instit. de actionib.* Neque etiam adversus tutorem, curatorem, syndicum, procuratorem, qui non suo, sed alieno nomine litigant & condemnantur, actionem illam exerceri posse arbitror. *l. si se non obtulit. 4. ff. de*
4 *re judic. Reyger d. disputat. 8. thes. 25.* Quinimò cùm res inter alios acta, aliis non præjudicet: hæc quoque actio adversus alios, quàm inter quos sententia dicta est, regulariter non competit *l. sæpe constitutum. 63. ff. de re judic. l. 1. ff. de except. rei judic. tot. tit. C. quib. res judicata non nocet. c. quamvis. 25. extr. de sentent. & re judic. Jul. Pacius centur. 3.*
5 *ἐναντιοφανῶν. quæst. 32.* Unde quæritur: an sententia in contumacem lata, ejus etiam noceat heredibus? Et nocere omnino puto, *per ea, quæ docuit Menochius consil. 321. num. 45.* Occurrit apposite discutienda & illa difficilima quæstio: Num sententia lata adversus creditorem hypothecariâ agentem, pro recuperanda possessione rei oppigneratæ, debitori noceat? Negantem ego, quicquid dicant alii, probo decisionem, *cum Didaco Covarruv. in lib. practicar. quæstion. c. 13. n. 7. vers. cæterùm adversus hanc, &c. ubi hac de quæstione*
6 *latè disputat.* Ejusdem farinæ controversia est: nunquid sententia, contra possessorem feudi, sive primogenii lata, noceat successori in feudo, vel primogenio, etiam ignoranti? Affirmantium hic patrocinium suscipiam, *arg. l.*

ex

ex contractu. 44. ff. de re judic. Covarruv. dicto cap. 13. num. 6. In dubium tandem hoc loco 7
vocari poteſt & illud: utrùm tranſactio ſuper rebus judicatis interpoſita valeat? Eam non valere, ſed inutilem vanamque eſſe, niſi appellatio interceſſerit; vel appellari poſſit, non inſcitè quis dixerit. *l. & poſt rem judicatam. 7. in princ. ff. de tranſactionib. l. eleganter. 23. §. 1. ff. de condict. indeb. l. ſi cauſa. 32. C. de tranſactionibus.* (b) *per textum expreſſum in d. l. miles. 6. §. ult. ff. de re judic. Gail. libr. 1. obſervat. 113. num. 17. Treutler. vol. 2. diſputat. 23. theſ. 5. circa finem.*

CON-



CONCLUSIONUM CONTROVERSARUM, EX PROCESSU JUDICIARIO UNIVERSO DELIBATARUM,

DECAS XVII.

DISSERTATIONEM de executione, & expensis, deq; eo, quod interest comprehendens.

CONCLUSIO I.

1 FINIS, auctoritas & effectus rerum judicatarum, sive sententiarum legitimarum (nempe à quibus aut minimè, aut non ritè intra decem dies provocatum; aut denique provocatione ritè interpositâ, ad judicem à quo, remissio vel confirmatio facta est,) ne sint illusoriæ, censetur EXECUTIO. *(a)*

Hanc-

Hancque adversùs eum, qui confessus, aut convictus jus dicenti non obtemperat, consequimur; non quidem auctoritate propriâ; *(b)* sed Judicis, penes quem est aliquod imperium, saltem mixtum, *(c)* officio: eoque vel mercenario, *(d)* vel nobili. 2

a) Frustra etenim judicia instituta essent, atque frustrâ sententiæ ferrentur, nisi id, quod judicatum est, etiam executioni mandaretur. *l. executorem. 8. & tot. tit. C. de execut. rei judic. l. servo. 65. § 2. ff. ad SC. Trebell. c. cum aliquibus. 6. ibiq; glos. & c. quod ad consultationem. 15. ext. de sent. & re jud. Gail. lib. 1. observat. 113. num. 16. Vultejus lib. 2. Jurisprud. Roman. cap. 32. num. 2. Marant. de ordine judic. part. 6. act. ult. de execut. num. 1.* (b) *tot. tit. ff. de bonis auct. jud. possid. seu vend. l. miles. 6. §. 2. ff. de re judicata. l. 3 C. de pignorib.* (c) *l. 1. 2. & 3. ff. de jurisd. Angel. in l qui restituere. 68. ff. de rei vindic.* (d) *Ratio nominis est apud Pet. Gregor. Syntag. lib. 47. cap. 21. num. 10. & Oldendorp. in prolegom. act. for. sub tit. de officio judicis.* Priorem ad modum pertinet de jure civili actio, quæ dicitur judicati, vel in factum. *l. actori. 8. C. de reb. credit. & jurejur. Et de ea plenè Oldendorp. class. 1. act. 12.* & hodie (si tertius aliquis non malitiosè intervenerit: aut Judex inferior sententiam exequi protelaverit) mandatum executoriale cum clausulâ 3 4

 justi-

justificatoriâ, in conformem actionem resolvitur, *per notata Gail. d. lib. 1. obs. 113. & obser. 78. Innoc. & Felin. in c. veniens. 2. de testib. Imol. in cap. 17. de sent. & re judic. decis. Rota. 438. Didac.*
5 *Covarru practic. quæst. c. 13.* Posteriore & quidem magis tritâ viâ, ac sine novo processu, per implorationem officii, nec nō in supremis tribunalibus per executoriales sine clausulâ, primùm simplices sub pecuniariâ; dein arctiores sub banni aut privationis pœnâ, quæ & repeti potest, rei judicatæ vigor ad effectum adduci solet. *Ordin. Cam. part. 3. tit. 48. Gail. lib. 2. de pace pub. cap. 2. n. 26. & c. 6. n. 20.*
6 *ac cap. 11. & pleniùs c. 17. sub fin.* Oportet autem præscire: quòd absolutoria sententia statim secum trahat liberationem: adeò, ut executoriales vel denegari, vel si quas imperitus fortè victor extraxerit, cassari, observatū sit. *Gail. d. obser. 113. sub finem. lib. 1. ubi pro hac conclusione*
7 *plura allegat.* Tum ex prędictis non obscurum est colligere: quamobrem delegati, arbitri Juris, & consimiles, non; sed Magistratus, à quibus dati sunt, exequi possint, & debeant: ac hi ipsi ordinarii, si judicium in alienâ Jurisdictione sit executioni mandandum, per literas mutui compassus Juridicum loci illius, licèt inferiorem, vel superioris Magistratus auxilium requirere, necessum habeant. *l. à Divo Pio. 15. & ibi Bart. n. 5. Jas. ac Zas. ff. de re judicatâ. l. cùm unus. 12. ff. de bon. auct. jud. possid. l.*
Epi-

Epiſcopale.8.& ibi Bald.Caſtr.& DD.C.de Epiſcop.aud.Ferrar.in formâ exec.ſent.nu.15. Hieronymus de Cævallos in ſpecul.aur opinion.commun.contra commun. quæſt.632 Mynſinger.obſerv.68. cent 3. ac reſponſo.6. & 52. Ordin Cam. part.3.tit.49. Gail lib.2 obſerv.130. numer 14. & lib.2 de pac.publ.c.17.num 35. Vult.lib.2. Iuriſprud.Rom.cap.32 num.5 & ſeqq Ioan.Emeric.à Roſbach in proceſſ.judiciar.tit.79 num 7. Quocirca, cùm vna Juriſdictio per aliam ſit adjuvanda: ab Eccleſia contra inſanabilem ſuæ Juriſdictionis hominem ritè exauctoratum (ſententia enim nulla, etiam à Pontifice dicta, non meretur executionem) omiſſo quandoque medio Judice, demum ſeculare brachium, & viciſſim, invocari conſuevit. *Ordinat. Cam.part.3.tit.48 § 9. Gail.obſerv.115. lib.1. c.2. ext.de pœn.in 6. Murant. diſput.1. num 8 & 26. Arnold. de Reyger in proceſſ. judiciar. diſput. 8. ſub theſ.30.* 8

9 Quæri hîc forſan non inſulsè poterit: utrùm judex ſecularis, ſententiam judicis Eccleſiaſtici, non viſo proceſſu, exequi teneatur? Et non teneri, cordatiores Interpretes cenſent, *Bart. Paul Caſtr. & Jaſon in l Magiſtratibus.12 ff. de juriſdict. Jul. Clar in pract. criminali.§.fin.quæſt.36 Parladorius lib.2. rer. quotidianar c fin 2.p.§.2.n.5. hosq; laudans Cevallos in d. ſpecul. aur.opinionum commun.contra communes. quæſt.353. ubi & diſſentientium longum catalogum exhibet.*

II.

1 In causâ appellationis, si Judex sententiam prioris expresse confirmat, uter exequatur, non ita pridem in facto quæsitum fuit? Et eos, qui ad confirmantem Judicem, causæ tam principalis, quàm expensarum omnium spectare dicunt executionem, ut tutiùs &
2 meliùs sentientes approbo. *(a)* Sive autem ipse Judex, sive alius ob necessitatem ab ordinario constitutus executor, *(b)* exceptiones nullitatis, litis pendentiæ, pretii non soluti, epistolæ D. Adr. compensationis, & similes (quæ post, non verò contra sententiam opponi; & nonnihil suspensâ executione admitti possunt, & solent) haud obstare cognoverit: ad executionem tutò progredi; præsertim verò Judex, nec per exceptiones, quę altiorem indaginem requirunt, & merita causæ concernunt, putà peremptorias, facilè impediri poterit. *(c)*

a) *l. præcipimus. 32. §. in his. 2. ibi, exequentibus judicata. C. de appellationib. l. fin. in fin. C. de judic. Authent. si quis litigantium. C. de Episc. audient. ubi Gothofred. Ordinat. Camer. part. 3. tit. 50. §.* Dieweil auch / *versic.* Wiewol / rc. *Guid. Pap. decis. 436. Mynsinger. cent. 4. observat. 94. Gail. lib. 1. observ. 113. num. 14. Wurmser. lib. 1. pract. forens. tit 23. observ. 3. Coler. de process. execut. part. 2. cap. 1. num. 97. Bender. in tract. de revisione. conclus. 23. num. 4. & seq. Reyger*

ger diſputat.8.de proceß.judiciar.theſ.31. Hackelman.diſput.5.theſ.30. Diſſentit Cujacius *lib.20. obſervat.cap.36.* (b) *d. Ordin.part.3.tit. 48. §.5. Gail. lib.2. de pace publ. cap.17. num.4. Panor. in c. de cætero. 5. de ſent. & re judicatâ. l. ſi Prætor.75.ff.de judic.& ibi Bartol. Rom.conſ.51. num.3. Bapt. Vill. tract. com. opin. verb. executor. num. 136.* (c) *Gail. d. lib. 1. obſerv. 113. & libr.2. obſerv.17. num.8. Bartol. in l.4. §.condemnatum. ff. de re judicata. & in l. 1. circa fin. ff. nihil novari appell. interpoſ. Specul. de execut. ſent. §. nunc dicendum. verſic. ut autem. num.5.* Dum tamen eâ ſpecie, & adversùs perſonas, 3
& res illas fiat, quas ſententia comprehendit: à quâ non licet exequenti recedere. Aliter, nec obſtantibus tribus ſententiis conformibus, juſtè provocatur: aut impeditur executio, etiam à tertio aut quolibet alio, cujus intereſt, non malitiosè interveniente. *l. ab executione. 5. C. quor. appell. non recip. l. ſi, ut proponis.6. C. de exec. rei judic. Vant. de nullit. tit.4. à num.15. uſque ad 29. cap.15. de ſent. & re judicata. in fin. Ægid. Bellam. in c. cùm ſuper.17. eod. tit. num. 4.* Quòd ſi apparitor regius, Com- 4
miſſarius, vel alius Delegatus à Rege, vel Curiâ, abutantur poteſtate, vel excedant fines mandati: correctio ad Regem, vel eum, ad quem dirigitur cauſæ cognitio, vel Curiam delegantem pertinet. At ſi abuſus tranſeat in crimen aut delictum: ordinarius Judex loci

eos punire posset. *Masuer. in praxi. tit. de pœnis. § 32. incip. item, si serviens. Cyn. in Auth. qua in provinc. Cod. ubi de crim. agi oportet. facit l. quod promulgatis. 2. C. de offic. Præf. urb. ubi Joan. Fab. & l. penult. C. de sport. & sumptib. in divers. judic. faciend.*

III.

1 An Ordinarius loci ad mandatum delegati à Principe, *(a)* exequi sententiam ipsius delegati evidenter injustam teneatur: & nunquid ei de facto resistere possit, intricatæ est quæstionis? Prius negatur: posterius, non indistinctè tamen, affirmatur. *(b)*

2 a) In delegato Principis singulare est, ut sententiam suam executioni mandare queat, *argum. l. à judice. 5. C. de judiciis. l. 1. C. qui pro sua jurisdictione judices dare, darivé poss. ibiq; Cujac. in Paratit. Novell. 53. cap. 4. cap. quæreti. 26. c. pastoral. 28. § præterea. & § quia verò. & c. ex literis. 29. ext. de offic. & potest. judic. deleg. Tancret. in tract. de ord. judic. libr. 1. tit. 5. Gail. libr. 1. observat. 1. numer. 53. Wurmser. libr. 1. tit. 2. observat. 2. numer. 1. Bender. in tract. de revis. conclus. 4. num. 47. & conclus. 21. num. 12. item conclus. 23. num. 17. Haneton. in tract. de judicior. ord. part. 3. tit. de execut. rei judic. pag. mihi 126. Rulant. lib. 3. de commissariis & commissionib. cap. 9. num. 9. Treutler. volum. 1. disput. 3. thes. 2. sub lit. c. & nuper Joan. Calvin. in tract. de process. judiciar. cap. 14. themat. 3.*

themat.3.nu.10. (b) *Vide hac de re in utramque partem egregiè & copiosè disputantem Robert. Marant. disputat.1.num.14. cum multis sequentib. & Everhardum Bronchorst. centur. 2. ἐναντιοφανῶν. assert.77.edit.1.* Insignis est & hęc 3
quæstio: an commissâ causę cognitione, commissa quoque censeatur ejusdem definitio, atque executio? Et, si jure Magistratus facta sit commissio, executionem simul commissam censeri, non ambigitur. *Mynsing. cent. 4. observ. 93.* Si autem causæ cognitio non à le- 4
ge, vel Jure Magistratus sicuti est in judicibus ordinariis, quibus à jure commissum est, ut de causis cognoscant) sed per modum delegationis committeretur: hoc casu non censeretur commissa causæ definitio, & multò minùs executio, *per text. in l. ubi. 22. circa medium. C. ad L. Cornel. de fals. Mynsinger. d. loco.* De illo major videtur dubitatio: utrùm Ju- 5
dex executionem sententiæ ita committere victori possit: ut possessionem ingredi propriâ auctoritate valeat? Sanè affirmativa consentientibus Dd. votis opinio corroboratur. Cui & ego, modò nemo inveniatur, qui parti victrici resistat, accedendum arbitror. *Bartol. & Dd. in l. meminerit. 6. C. unde vi. & in l. justè. 11. ff. de acquir. poss. Facit etiam l. dotis. 9. C. soluto matri. quemad. dos petat.* Illud quoq; nō omnis 6
controversiæ expers est: num sententia ex præsumptionibus lata, licèt non transseat in judicatum, tamen executioni sit mandanda?

Et mandandam esse, videtur probabilius, *ut copiosè & accuratè explicat Jacob. Menoch. lib. 1. de præsumpt. quæst. 95. & 96.*

I V.

1 Personas porrò, contra quas executio instituitur, sic intelligi volumus; ut condemnato principali, actio judicati, vel potiùs executio, quæ perpetua est, etiam in heredem, & heredi; & quia rei persecutionem continet, in emptorem quoque rei litigosæ licèt ignorantem, ac non citatum, absque novo processu detur.

l. miles. 6. §. fin. l. 4. §. 1. & 2. ff. de re judic. Huc refertur l. 2. ff. de administr. & peric. tut. & tot. ff. quando ex facto tut. vel curat. & c. l. 3. §. idem scribit. 11. ff. de pecul. l. 7. ff. fam. ercisc. l. 6. §. actor. ff. quod cujusque univ. nom. facit l. sciendum. 70. ff. de verb. signif. Gail. lib. 1. observ. 113. num. 4.
2 *& 17. & observ. 118 per tot.* Ecquid autem sententia adversùs principalem lata, citra novum processum mandari executioni, contra fidejussorem non citatum possit, haud satis est expeditum? Atque in fidejussore judicii, qui scilicet cavit de judicato solvendo, non item in fidejussore contractus, id fieri posse, verius est. *Mynsinger. cent. 4. observ. 96. & alii,*
3 *ab hoc citati.* Planè, in executione sententiæ hoc observatùr moderamen: ut is, qui factum debet, pignoribus captis coerceatur: quemadmodum tutores & curatores, qui non

non cavent: mulieres, quæ partu edito, in judicium de agnoſcendis liberis vocatæ, non comparent. *§. ult. Inſt. de ſatiſd. tut. Hopperus de juris arte, lib 3. tit. de proceſſu judicii civilis. pag. mihi 568.* Si verò certam & definitam aliquam rem, & ſpeciem reus debeat, eamque habeat: manu militari, officio Judicis ab eo poſſeſſio transfertur; & fructuum duntaxat, omnisque cauſæ nomine fit condemnatio: nec ſufficit, dari pignora; niſi victor etiam corporali poſſeſſione lætetur. *l. qui reſtituere. 68. ff. de rei vindic. cap. 6. de ſentent. & re judicatâ. l. plus. 22. ff. de verb. ſignif. l. non eſt mirum. 26. ff. de pignor. actio. facit l. 1. & 3. ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ. l. traditionibus. 20. C. de pactis.* Ubi nec reſtituere poteſt, & dolo fecit, quò minùs poſſit: in quantum adverſarius in litem, ſine ulla taxatione, in infinitum juraverit; aliâs verò, non pluris, quàm res eſt; id eſt, quanti adverſarii interfuit, damnandum eſſe, generaliter leges præcipiunt. *d. l. qui reſtituere. ff. de rei vindic. & ibi DD. l. in actionibus. 5. ff. de in lit. jurand.* Quando autem id, quod in obligatione verſatur, genus eſt: primùm, exhibitâ ſynopſi bonorum, poſſidentur & diſtrahuntur pignora: deinde iis non ſufficientibus, pervenitur ad ipſius perſonæ addictionem. *docente Hoppero, d. tit. de proceſſu judicii civilis. lib. 3. de jur. arte. pag. 568. ad finem.*

(Margin numbers: 4 beside "pag. mihi 568. Si verò certam & definitam ali-"; 5 beside "pactis. Ubi nec reſtituere"; 6 beside "de in lit. jurand. Quando autem id, quod in")

V.

1 In executione, & venditione pignorum captorum faciendâ, certus servatur ordo. Nam primò ad res mobiles, & animalia: dein, iis non existentibus, ad immobiles; & postremò ad Jura, & nomina perveniendum, à
2 D. Pio rescriptum est. *(a)* Si nihil horum sit, unde satisfieri possit: stipendia militum, aliaque bona privilegiata pignorantur: *(b)* adeò, ut & in feudalibus (quo ad fructus) ac clericorum præbendis seu redditibus executio fieri queat. *(c)*

a) *l. à Divo Pio. 15. §. 2. 3. & 4. ff. de re judic.* Fürstl. Würtemb. ernewert Landtrecht/*part. 1. tit. 75. pag. 201. & seq. Wesenbec. in Commentar. ad tit. Institut. de offic. judic. num. 18. D. Bocer.*
3 *class. 5. disput. 23. thes. 196. & seqq.* Atque iste ordo est adeò necessarius: ut, si pervertatur, executio omnino non valeat. *Maranta p. 6. de ord. judic. act. ult. de execut. num. 9 ubi ad hoc plures citat.* (b) *arg. l. stipendia. 4. C. de execut. rei judicatæ. Castr. in l. pro herede. 20. num. 4. ff. de acquir. vel omitt. hered. Bart. in l. si finita. 15. §. si de vectigalib. 26. n. 5. ff. de dam. inf. ubi Alex. Rom. & DD. communiter.* (c) *tex. expressus in Ordin. Cam. p. 3. tit. 48. § 5. sub. fin Mynsinger. respons. 5. Decad. 1. Latè Marant. d. t. de execut. num. 44. & subseqq. Gail lib. 1. obs. 117. & lib. 2. de pac. publ. c. 17. n. 16. & 17. Wesenbec. in Paratit. ff. de reb. auctor. judic. possid. n. 4. Schvvartzenthal.*

thal. in process. jud. lib. 3. act. 5. c. 4. n. 14. Mozz. in tract. de feud. cap. de amiss. feud. n. 129. Rosenthal. in tract. feud. c. 9. concl. 17. Vult. de feud. lib. 1. c. 10. n. 57. Frider. Mind. lib. 2. de process. Cam. c. 61. n. 5. & lib. 3. c 3. nu. 10 Arnold. de Reyger. in process. judiciar. disputat. 8. thes 34. Latè Bernhard. Grævæus lib. 1 conclusion. practicar. conclus. 117. considerat. 1. Pignora capta & publicè subhastata, emptorem si non inveniant: itidem rescriptum est, ut addicantur ipsi, cui quisque condemnatur, eâ utique quantitate, quæ debetur. *d. l 15. §. 3. ibiq; Duarenus. ff. de re jud. & l. 3. C. eod. facit l. 3. & 6. C. de bon. auct. jud. possid. & venund. tot tit. C. de Jure hastæ fisci. lib. 10. t. 3. l. 3. 4. & 6. ff. de cessione bonorum. & C. de iis, qui bonis cedere possunt. Pulchrè Vultejus lib. 1. Discept. Scholast. cap. 10.* Sed nunquid Judex exequens, emptori non solventi pretium, rem venditam auferre, & alteri vendere præsenti pecuniâ poterit? Quod ipsum assevero. *d. l. à Divo. 15. §. sed si emptor. 7. ff. de re judic.* Æris autem alieni causâ quamvis hodie nemo possit in servitutem rapi: in nervum tamen conjici debitor; & donec satisfaciat, lege retineri potest. *l. ob æs alienum. 12. C. de obligat. & act.* Fürstl. Würtemb. ernewert Landtrecht / *d. part. 1. t. 75. pag. 202. §.* Letztlich / rc. *Connan. lib. 4. Commentarior. cap. 14. num. 7. Gail. lib. 2. observat. 44. & seq. item libr. 2. de pace publ. cap. 2. numer. 23. ubi id multis confirmat.*

Sed

[margin: 4, 5, 6]

Sed & nec incendium ære alieno debitorem exuit. *l. incendium. 11. C. si cert. petatur. fac. l. debitor. 108. ff. de verb. signif.* Hujus verò mortui cadaver, in subsidium, sepulturâ prohiberi, & in pignus detineri, nostris alienum est temporibus. *l. cùm sit injustum. 6. C. de sepulch. violat. Didac. Covarruv. var. resol. lib. 2. cap. 1.*
7 *num. 8.* Adhæc, in personalibus præsertim actionibus, tempus (intra quod judicatis satisfaciendum est) à die condemnationis, vel confirmationis, interpositâ scilicet provocatione numerandum, Jure 12. tab. 30. dierum; antiquo 2. mensium; Justinianéo 4. mensium invenitur præfixum: & pro causarum qualitate vel quantitate arctare & prorogare concessum: paratis usuris & pœnis, manuque militari, vel in morosos, vel contumaces, qui obsequi tergiversantur. *c. quod ad consultationem. 15. de sent. & re judicata. l. debitorib. 31. l. contumacia. 53. ff. eodem. l. 2. & 3. C. de usuris rei judicatæ. tot. tit. C. de modo mulctarum. Ordinat. Camer. part. 3. tit. 48. §. 5.* Fürstl. Würtemb. ernewert Landtrecht / *d. part. 1. tit. 55. §.* Wa aber / ꝛc. *pag. 165. Schenck Baro in progym. fori. tit. de executione. Wesenbec. d. loc. Instit. de offic. jud. num. 16. Gail. libr. 2. de pace publ. cap. 4. num. penult. & c. seq. num. 11.* Et cum *his conjungenda sunt, quæ notavi s. Decad. proxi-*
8 *mâ. conclus. 9. num. 5. & conclus. 10.* Hodie terminus consuetus 6. hebdomadum, & 3. dierum

rum ſtatuitur. Et quod ad illum arctandum aut dilatandum, ſicut & ordinem capiendorum pignorum attinet: ſtylus cujuſque Curiæ, & praxis quotidiana, ac voluntas Judicis prævalet, *per notata Guid. Pap. deciſ. 288. & Gail. lib. 1. obſ. 113. num. 1.*

VI.

Planè in criminalibus judiciario ordine damnatus, quàm fieri poterit citiùs ſupplicio & pœnæ addicendus eſt, non expectatis 30. diebus: ne evadendi vel ſupplicandi detur occaſio: vel ne carceribus pœna, quæ exilio debet lui, compenſetur. 1

l. cùm reis. 18. junctâ l. omnes. 23. C. de pœnis. Nec hîc ſervatur l. ſi vindicari 20. C. eod. ubi vide Gothofredum. Adiici tamen aliqua mora per Judicem debet; in qua reus interim, exomologeſi ſive confeſſione delictorum piè factâ, Deo reconciliari queat. Peinlich Halsgerichts Ordnung. *Carol. 5. c. 79. Gregor. Synt. lib. 50. c. 1. n. 33. ubi ejus ex Sidonio Apollinari. lib. 1. Epiſt. 7. cauſas adfert.* Porrò ſi Judex certum carnificem deputatum non habeat: poterit hominem vilem capere, vel etiam unum ex carceratis, ad mortem fortè condemnatum: illumque cum remiſſione pœnæ ad exequendum compellere. *Marant. part. 6. de ord. judic. tit. de execut. numer 25. Arnold. de Reyger. in proceſſ. judiciar. diſputat. 8. theſ. 35.* 2 3

Intra dies verò conſtitutos quamvis judicati 4

non

non possit agi: tamen multis modis, ut satisfactione, novatione, receptione, judicatum liberari posse, hodie non dubitatur: quia constitutorum dierum spacium pro judicato, non contra judicatum, per legem constitutum est. *l. intra dies. 7. ff. de re judicatâ. l. 1. & 2. C. de exec. rei jud. facit l. liberationis. 47. & ibid. Gœddæus. ff. de V. S. Sic Bannitum etiam absolvi posse tradit Andreas Gail. lib. 2. de pace publ.*
5 *cap. 18.* Et quia datur ex judicato alicui actio: multò magis exceptio dabitur: quæ litis ingressum impedit, quoties eadem res, quamvis aucta aut diminuta, aut pro parte, inter easdem personas, non modò principales, sed & quæ in earum locum succedunt, post rem judicatam in judicium revocetur: nec refert, eâdem actione agatur, an aliâ. *l. 3. & tot. tit. ff. de*
6 *except. rei jud. Mynsing. eleganter resp. 68.* Illud autem canonicum est; non obesse rei judicatæ exceptionem, si assignatâ unâ causâ, vel in rem, vel in personam agens succubuit, quò minùs denuò ex alia causa rem eandem petat. *Sed de hac rei judicatæ exceptione videatur omninò Joan. Zanger. in suo præclaro tractatu, de except. part. 3. cap. 15. fol. 565.*

VII.

1 Prima, media, & ultima cautio judiciorum est, de expensis solvendis: *(a)* quibus sine justa causa litigantes aut delinquentes plecti refert, taxatione Judici reservatâ; ut malitiis ho-

hominum obvietur. *(b)* Et expensæ ejusmodi adjudicandæ veniunt, aut in, vel post sententiam definitivam, ratione victoriæ: aut ante illam, ac plerunque litem contestatam, ratione contumaciæ, & retardati processus. *(c)* Omnes tamen officio judicis, etiamsi à litigantibus non petitæ fuerint, decerni posse statuo. *(d)* 2

a) *Auth. offeratur. C. de litis contestat. Novell. 53. c. 3. §. 2. Novell. 82. c. 9. tot. tit. C. de sportul. & sumptib. in diversis judic. faciend.* (b) *§. 1. vers. hac autem. Instit. de pœna temerè litigant. l. omnes. 33 §. fin. C. de Episcop. & cleric.* (c) *Gail. lib. 1. observ. 151. num. 14. & seq. D. Bocer. class. 5. disput. 9. thes. 14.* (d) maximè verò, si clausula illa salutaris *(peto mihi jus & justitiam impertiri)* libello addita fuerit, *uti edoctum suprà Decad. 2. conclus. 6. num. 14. & Decad. 16. conclus. 4. num. 5. vide Jus Provinciale Würtembergicum renovatum, p. 1. t. 54. in pr. pag. 161.* 3

Sanè dubium non est: contumaci, sive actori, sive reo, postea cōparenti judicialem aditum non aliter patere; nisi præter litis expensas, etiam omnia damna, interesse, & deteriorationes ex contumaciæ vitio adversariis inflictas restituerit. *cap. 1. extr. de dolo & contum. libr. 6. c. quoniam. 5. §. in aliis. ut lite non contestatâ non proced. l. sancimus. 15. Cod. de judic. Gail. d. observat. 151. numer. 14.* 4

Quo-

5 Quomodo autem in specie actor in rei petitæ possessionem mitteretur: si conventus reus secundâ præsertim vice permanserit contumax: ut tædio affectus veniret responsurus, & exhibitâ satisfactione congruâ expensarum, & præstitâ cautione judicio sisti, possessionem recuperaturus: suprà *Decad.4. conclus. 9. & 10.* est ostensum, & hîc repetere superfluum. *videatur Gail. lib.2. de pace publ.*
6 *cap.6. num.4. & 8.* At circa expensas retardati processus, regulam Panormitanus ponit; ut deficiens in probatione dilatoriæ, seu q. peremptoriæ, vel alterius cujusque exceptionis, quæ tamen negotii principalis merita haud concernat, non expectatâ definitivâ sententiâ, in expensis condemnetur: nisi legitima causa excusationem inveniat, aut stylus Curiæ ad finem reservet. *Panorm. in c. finem litib. 5. extr. de dolo & contum. num. 11. fusissimè Bart. in l. non ignoret. 4. C. de fruct. & lit. expens. Arnold. de Reyger. in process. judiciar. disputat. 9.*
7 *posit. 14.* Cæterùm, quod ad sententiam definitivã attinet, itidem pro regula observatur; victum victori in expensis utique condemnandum: sed eas tantùm necessarias, & judiciales; non autem delicatas & voluptarias taxandas esse. *l. properandũ 13. §. sive autem alterutra. 6. C. de judic. & ibi Sichar. & DD. Gail. lib.1. observ. 151. num. 11. Bocer. d. class. 5. disputat. 9. thes. 20. Emericus à Rosbach. in process. judiciar.*

diciar. tit. 78. num. 1. Præterea Jure quidem 8
communi, pœna contra temerarios litigatores, tam ordinaria (50. videlicet librarum auri) quàm extraordinaria (nota infamiæ, & amiſſio cauſæ) deprehenditur expreſſa. *l. ab executione. §. circa fin. ibiq; Accurſ. & Gothofred. C. quorum appellat. non recipiunt. l. à proconſulibus. 19. C. de appellationib.* Hodie verò, in Camerâ præſertim, pro magnitudine cauſæ, & qualitate perſonæ, eſt arbitraria: ac interdum non modò temerarius litigator ſupra ſumptus litis; ſed & Judex inferior, ob reſupinam proceſſus nullitatem & iniquitatem, in marcas aliquot auri puri; vel argentj fiſco condemnatur. *Marant. de ord. judic. p. 6. t. de appell. num. 335. Gail. obſerv. 152. num. 7. & 8. lib. 1.*
lib. 1. Judiciales autem, & neceſſariæ impenſæ, 9
præter ſportulas Judicum & Executorum (de quibus in Jure civili) ſunt maximè illæ; quæ ad inſtruendum & redimendum proceſſum, ac pro operis Advocatorum, Procuratorum, Notariorum item, & Commiſſariorum in teſtium examine, neceſſariò erogandæ ſunt: arrhis, & penſionibus tanquam delicatis, non attentis. *Gail. d. lib. 1. obſerv. 151. à princ. uſque ad num. 11. facit l. impenſæ. 79. & ibi latè & artificiosè Gœddæus. ff. de verbor. ſignif. Cujac. in Paratit. Cod. de ſportulis & ſumptib. in diverſ. jud. fac. l. 1. §. 5. ff. de variis & extraord.*

 cognit.

cognit. D. Collega Bocer. d. class. 5. disput. 9. thes. 5. & seqq.

VIII.

1 Expensas, designatione exhibitâ, & auditâ alterâ parte, Judex prius taxare: deinde si summa 20. flor. excesserit, juramentum partis recipere: ac denique super taxatis, & juramento sic probatis expensis, pronunciare solet.

Auth. post jusiurandum. C. de judic. Nov. 82. c. 10. c. olim. 7. & ibi gl. super verbo, taxatione. de injur. & dam. dato. Gail. lib. 1. obs. 151. n. 11 & 12. Fürstl. Würt. ernewert Landtrecht/ *part. 1. t. 54.*
2 *§.* Und wañ/ rc. *cum §§. seqq. p. 162.* Hinc liquidò constat; quamobrem neuter litigatorum aliquando condemnationi sumptuum subdatur, si videlicet causæ subsint, moveantque probabiles: quas & ipsas sanè Judicis arbitrio committo; ita tamen, ut istius compensationis saltem generaliter in sententiæ tenore mentionem faciat. *Specul. tit. de expensis. §. postremo. circa n. 21. vide Vult. lib. 2. Jurisprud.*
3 *Rom. c. 32 n 16.* Verùm illæ causæ tam à personis, quàm à rebus dependent. Nam si victus sit persona tam honesta & proba; ut in eam nulla cadat injustitiæ, calumniæ seu temeritatis suspicio, poterit ab expensis excusari. *ut, post Hostiens. & Joan. Andr. tenet Panorm. in c. finem litib. 5. versic. concludendo. ext. de dol. & contum. itemq; Collega Bocerus class. 5. disput. 9. thes. 43.*

theſ. 43. argumento textus in l. ſi à bonæ fidei. 21. in princ. ff. de rei vind. l. ſi duas. 6. §. valde tamen. ff. de excuſat. l. ad beſtiás 31. in princ. ff. de pœn. l. non omnes. 5 §. à barbaris. verſ. & ſi bonus. ff. de re milit. l. 2. in princ ibi, an honeſtæ & inculpatæ vitæ. ff. de teſtib. & in cap. in literis. 24. ext. de teſtib. & atteſtat. Ex quibus locis omnibus apparet, quòd ob magnam perſonarum legalitatem, à regulis juris recedere permittatur. Quanquam autem juramento calumniæ præſtito, probabilem litigandi cauſam præſumi quorundam ſententia ſit: tamen illud à condemnatione expenſarum in dubio non excuſare, tutiùs defendi poteſt. *Panormitan. in d. c. finem litibus. 5. ext. de dol. & contum. arg. c. calumniam. 4. extr. de pœnis.* Quoad res; juſtus error facti eum, qui ſcripturâ aut inſtrumento in arcâ paternâ reperto ignoraverat; an debito, quod petebat, ſatisfactum eſſet: ſemiplena item probatio; ac communis opinio; aut conſilia duorum Doctorum approbatorum; aut lex, cujus varius eſt intellectus, litigantem ab expenſarum condemnatione immunem reddet. *gloſ. in c. ſacro. 44. in verbo, probabilis. in fin. ext. de ſent. excom. Baldus. parte. 4. conſil. 166. in fin. Mynſinger. reſponſ. 42. ſub fin. & reſponſ. 59. numer. 57. Lanfranc. in aur. pract. cap. 11. numer. 2. Gail. libr. 1. obſervat. 152. numer. 6. Roſbach.*

(margin numbers: 4 beside "Quanquam autem juramento"; 5 beside "Quoad res")

in process. judiciar. tit. 78. num. 16. Althus. lib. 1. Jurisprud. Rom. cap. 33. Brechter. in process. judiciar. c. 16. Joan. à Rebert. in Top. legal. loc. ab auctoritate jur. Interp. lib. 2. cap. 15. in f. D. Bocer. d. class. 5. disputat. 9. thes. 40. Reyger. de process. judic. disput 9. posit. 13. Treutler. vol. 1. disputat. 1. thes. 7. sub lit. e. & disputat. 12. thes. 16. ad lit. d.

6 Si unus ex litigatoribus non prorsum; attamen si usque ad certum terminum instantiæ, putà publicationem attestationum, justam litigandi causam habuerit: condemnationem, non in expensis præteriti, sed solùm futuri & lapsuri temporis, post cujus habitam notitiam quis in dolo constituatur, fieri debere, Angelus Perusinus pulchrè asserit, *in l. terminato 3. C. de fruct. & lit. expensis. per l. si quis inficiatus. 13. ff. depositi. Relege etiam ea, quæ hac de re scripta sunt suprà Decad. 2. concl. 6. numer. 10.*

7 Non levis momenti quæstio hîc subiicienda est: utrùm causam litigandi justam in causa principali habens, adversarium falsis rationibus repellere possit? Et posse, tenet glos. *in c. cupientes. verb. malignantium. de electione. libr. 6. eamq; commendans Andreas ab Exea in libr. pactor. num. 378. item glos. in c. dominus. 23. quæst 2.* Hinc Advocato, falsis rationibus & mendaciis causam tueri, & fraudem fraude repellere licebit: idque receptissimum esse, affirmat Alciatus *in l. natura cavillationis. 177. ff. de verb. significat.* Sed contrariam sententiam,

tiam, utpote veritati & pietati magis consonam, prolixè defendit Didacus Covarruvias *lib. 1. var. resolut. c. 2. n. 1. quem refert & sequitur Cavall. in specul. aureo opinion. com. cont. communes. quæst. 361. ubi sub calce addit, hanc opinionem, ceu veriorem, tenendam: licèt contraria (quod dolendum) magis usitetur. Fundamenta porrò nostræ sententiæ attulimus suprà Decad. 2. conclus. 4. num. 12.*

IX.

Tandem, quia in omnibus obligationibus, quæ ex contractu & maleficio, vel quasi nascuntur, maximè verò in executione & persecutione rerum, id, quod interest, *(a)* obversatur; ejusque liquidatio, & æstimatio requiritur: ejus naturam non ignorare, operæpretium est. *(b)* Per id autem, quod interest, damnum emergens, & lucrum cessans culpâ, morâ aut dolo alterius, & ab ipsâ re principali separatum, venire; nec non generaliter, vel ex re, vel extra rem coiri, solet. *(c)* 1 2

a) Id, quod interest, non ineptè quidam interesse appellitant: adeoque pro nomine substantivo usurpant. Siquidem à Grammaticâ ratione haud alienæ sunt hæ loquendi formulæ: *hoc interesse, illud interesse, meum interesse, tuum interesse.* Dicimus enim Lati- 3

ne, *tuum scire, nostrum vivere, & suum velle*, ut in illo Persii:

> *Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter.*

Et apud eundem Persium:

> *Tum cùm ad canitiem, & nostrum illud vivere triste*
> *Aspexi.* ——————

Item apud eundem:

> *Velle suum cuique est, nec voto vivitur uno.*

Sed videantur post alios, quos citant, Joannes Corasius lib. 1. Miscell. juris civil. c. 20. & D. Bocerus class. 5. disput. 22. thes. 24. (b) *arg. l. quatenus. 24. ff. de reg. jur. l. Arescusa. 15. junctâ l. seq. ff. de statu homin. & c. 1. ext. de plus petitionib.* (c) *l. si commissa. 13 ff. rem ratam haberi. l. un. § fi. C. de sent. quæ pro eo, quod interest, proferuntur. Alias definitiones refert Gœddæus ad l. cùm prætor. 81. num. 4. ff. de verb. signif. & Arnold. de Reyger in process. judic. disput. 8. thes. 52.*

X.

Interesse æstimatio sive taxatio, docendi gratiâ, statuitur vulgò triplex: *(a)* vel communis, *(b)* vel singularis, *(c)* vel conventionalis. *(d)*

a) gl.

a) *gloſ.& Bolognet.nu.62.in l.un.C.de ſen tent. quæ pro eo, quod inter. &c. Petr. Gregor.in meth. juris parvâ lib. 1. cap.27.Hoſtienſ de ſentent.num.7.§. Sed & quia,&c. Schneidevvinus ad §. ult. Inſtit. de verb. obligat.num.17.& ſeqq. Maſcard. in tract. de probationib. concluſ 930. & ſeqq. Villagutta in tract. de uſur. quæſt.18. numer.19. & ſeq. hosq; referens Joannes del Caſtillo Sotomayor in tract.controverſiar.quotidianar.cap.1.nu.23. Vide tamen hanc vulgarem diviſionem, ut ineptam, planè reiicientes, Gaſpar. Caballinum in tract.de eo, quod intereſt. nu.14. 16.& 17. Bocerum claſſ. 5. diſputat. 22. theſ.32. cum ſeq. & Arnoldum de Reyger. in proceſſ. judic. diſputat. 9. poſit. 53. lit. b. ubi plures allegat.* (b) Communis eſt, dum à Judice æſti- 2
matio fit lucri vel damni: quod omnibus pariter, ac uni, propter aut circa rem ipſam tamen, contingit; & ex re ipsâ conſideratur: veluti in tritico vendito, & non tradito, quanti venierit triticum, & num in eo damnum emergens, vel lucrum ceſſans fuerit: non autem, ſi ob triticum non habitum fame ſervi perierint^c. *l. ſi ſterilis. 21. §. cùm per venditorem. & l. 1. ff. de action. empti. & ibi gloſ. l. ſi traditio. 4. Cod.eod. l. ſi ſervum. 33. ff. ad l. Aquiliam.* Petiturque hoc com- 3
mune intereſſe vel ratione naturæ rei: vel ratione moræ: vel ratione fructuum

l. equis. 8. ff. de usur. l. socium, qui. 60. ff. pro socio, can. quoniam, 8. caus. 14. quæst. 4. & ibi glos. Et hi fructus, tam naturales, præsertim extantes, seu non consumpti, quàm industriales licèt consumpti, à lite contestatâ, indistinctè restituendi veniunt: *ut concludit, & refert Pinel. ad l. 2. C. de resc. vend. part. 2. cap. 4. num. 48. qui de hac fructuum materiâ diligenter legendus est. l. sed & loci. 4. §. post litem. 2. ff. finium reg. facit l. certum. 22. & ibi glos. C. de rei vindic. l. 1. C. de petit. hered. l. restituere. 37. 75. 81. & 246. ff. de verb. signif. l. generaliter. 78. & l. in condemnatione. 173 ff. de reg jur. Et istam fructuum materiam plenissimè explicui ad §. si quis à non domi-*
4 *no. 35. Instit. de rer. divis. &c.* (c) Per singularem æstimationem, id etiam, quod extra rem interest, ratione particularis affectionis, vel personæ certæ, præstito juramento, taxatur: ita tamen, ne hoc, quod interest, reguletur secundùm affectum; nec, quia in infinitum tendit, præstetur omne. *l. et si æquo pretio. 66. ff. de legat. 1 l. si cui fundus 54. ff. de leg. 2. l. non à judi-*
5 *ce. 64. ff. de judic.* Ideo in incertis casibus recurritur ad Judicis æstimationem: qui rebus omnino inspectis, illud quod interesse videtur infinitè, ad certam reducit æstimationem; consideratâ tamen origine, si ex contractu bonæ fidei petatur. *l. 3. §. præterea. l. 5. & pen. ff.*

ad

ad exhibendum. l.2. l.videamus.4.§. pen.& l.in actionib.5.ff.de in litem jurando,l.ſi navis.62.ff. de rei vindi.l.1.§.proinde.ff.de var.& extraord. cogn.Videatur Gail.lib.2.obſerv.6. Nam tunc, quia certum eſſe poteſt id, quod intereſt, vel 6
ratione quantitatis,vel naturæ (ut in emptionibus & locationibus) illud adjudicat: hoc moderamine, ne æſtimatio ſingularis hujus, quod intereſt, duplo communem rei æſtimationem excedat. *Et hîc locum habet d.l.un. C. de ſent.quæ pro eo,quod intereſt,profer.& ibi latè & præclarè Molineus.* (d) In locum ſingularis intereſſe ſæpè conventam pœnam, aut 7
ſummam, ni ſolvatur intra certum tempus, pro damno adventuro,vel lucro ceſſante utiliter ſuccedere,conſtat. *arg.l.2.§.fin. ff.qui ſatiſd.coguntur.facit.l.fin.ff.de Prætor.ſtipul.& §. fin. Inſtitut. de verbor. obligationibus. ibiqúe Schneidevvinus numer.17.* In omnibus verò, maximè tamen in conventione (quia ſub no- 8
mine & prætextu ejus quod intereſt, interdum uſuræ parùm probatæ teguntur) ex contractuum qualitate & perſonarum diverſitate, judici cautè erit animadvertendum, & procedendum. *l. Lucius.24.ff.depoſiti. Porrò exactiorem pleniorémqúe cognitionem ejus, quod intereſt, videre licet apud Gaſpar.Caballinum;*

linum; sive (ut plerique volunt) Molineum in tract. de eo, quod interest. & Dn. Collegam Bocerum class. 5. disputat. 22. thes. 24. & multis seqq. nec non Johannem del Castillo in tract. controversiar. quotidianar. cap. 1. ubi infinitos Interpretes, de isthac materia disser-tantes, cumulatim reci-tat.

CON-

CONCLUSIO-num controversarum,

EX PROCESSU JUDICIARIO UNIVERSO DE-libatarum,

DECAS XVIII.

DECLARANS DEscriptionem & partitionem appellationis: qui possint appellare: à quibus Iudicibus; item à quibus causis & actibus, & denique ad quem appelletur.

CONCLUSIO I.

MATERIIS omnibus, ad primam instantiam maximè pertinentibus, feliciter (ita Deo Opt. Max. cleměter, ac benignè iuvante) explicatis & discussis: ratio ordinis haud in- 1

con-

congrua postulat; ut de secunda instantiâ, seu de appellationibus postmodùm, quæ vel ad iniquitatem vel etiam ad imperitiam judicantium corrigendam interponi solent, agatur. *(a)* Est autem appellatio, ab inferiore judice ad superiorem gradatim facta provocatio; ut is causam anteà quidem cognitam; sed, ut appellans intendit, minùs justè definitam, denuò cognoscat, & sententiam priùs latam in melius reformet. *(b)*

2 a) Appellandi namque usus, *Ulpiano teste*, quàm sit frequens, quàmque necessarius, nemo est, qui nesciat. *l. 1. in princip. ff. de appellationib.* cùm ratio communis ostendat; iniquitate, aut inscitiâ inferioris Judicis læsos atque oppressos, dignioris magistratus auxilio sublevandos esse: nullamque malitiam nutriendam aut tolerandam: verùm potiùs gravamen ab inferiore illatum, per superiorem ritè, ac decenter reparandum. *l. Præfecti. 17. ff. de minoribus. c. cum speciali. 61. ext. de appel. arg. eorum, quæ Wesenbec. notavit in Paratit. ff. eod. t. num. 6: Hostiensis in summâ suâ eod t. nu. 2. Ferrar. in formâ appellat. à definit. mihi fol. 218, nu. 2. & Joannes Wamesius in tract. de appellationib. ad Rubric. num. 3.*

3 Estque origine vetustissima appellatio, utpote ab ipso Jure naturæ profecta: cùm sit defensionis species: quam natura omnibus æquam indulget. *Damhouder. in Prax. civili, cap. 22. num. 3.*

Gail.

Gail. lib. 1. observ. pract. observ. 128. num. 1. per d. c. cùm speciali. 61. §. porrò. ext. de appellat. c. ad Romanam. 2. quæst. 6. Marant. in specul. de ord. judicior. part. 6. tit. de appellat. num. 236. & 329. l. ut vim. 3. ff. de justit. & jur. l. 1. §. vim vi. ff. de vi & vi armatâ. Francisc. Zoannet. in tract. defension. tripartit. ad d. l ut vim. & alii passim. Unde & statuta, in totum appellationem prohibentia, non valere, frequentiùs obtinuit. 4 *Dd. in c. venientes. 19. de jurejur. & in l. omnes populi. 9. maximè Batol num. 24. & Zas. nu. 25. ff. de justit. & jur. Emanuel Soarez in thesaur. recept. sent. lit. A. num. 196. Mynsing. cent. 1. observ. 14. Gail. lib. 1. observ. 135. num 12. Menoch. lib. 1. de arbitr. jud. quæst. 197.* Proinde stante 5 tali statuto, nihilominus appellari potest, *Roland. à Val. lib. 1. consil. 29. Aret. in. §. jus autem. num. 7. in fin. Instit. de jur. nat. gent.* Quanquam 6 limitare appellationem statuta possunt: ut ne appelletur, nisi juramento præstito, quòd non temerè quis litem protrahat. *Mynsinger. cent. 3. observat. 58. in princ. & similibus modis. Mynsinger. cent. 1. observ. 6. & 14. Gail. lib. 1. observ. 135. num. 12. & observ. 124 in fine.* (b) *Wesenbec. in Paratit. ff. tit. de appellat. num. 3. Hostiens. eod. t. §. 1. Br. in l. 1. ff. eod. quem refert Marant. in d. spec. suo part. 6. tit. de appellat. n. 1.* Alii aliter appellationem definiunt. *D. Bocer. class. 5. disput. 23. thes. 58. & Arnold. de Reyger. in process. judiciar. disp. 10. th. 2.*

Eaque

II.

1 Eaque commodissimè in duas species distinguitur: judicialem unam, & extrajudicialem alteram. *(a)* Cæterùm appellare possunt omnes ii, qui condemnati, aut aliàs injustè per sententiam Judicis gravati sunt; *(b)* tam unus, quàm plures; *(c)* sive suo, sive alieno nomine. *(d)*

a) *Wesenb. in Parat. ff. tit. de appellat. num. 5. contra Br. in l. 1. ff. eod. Bl. & cæteros Dd. in Rub. ext. eod. c. 1. de appellat. lib. 6. c. 3. ibiq; Frãcis. Zabarell. de appellationib. in Clem. c. 5. ext. eod. tit. c. ei qui. 2. quæst. 6. Petr. Termin. in process. Jur. c. 53. Joan. Emeric. à Rosbach. in process. judiciar.*
2 *tit. 73. num. 3.* Illa, à sententiâ definitivâ, vel etiam interlocutoriâ, *tot. tit. ff. & C. & ext. de appellat. & in Clement. de appellat & ibidem communiter Doctores.* Hæc, à decretis & actibus extrajudicialibus interponitur. *d. c. 5. c. bonæ memoriæ. 51. ext. eod. c. accedens 4. ext. ut lit. non contest. c. ad Romanam. 2. q. 6. c. concertationi. 8. de appellat. lib. 6. De appellatione extrajudiciali vide Marant. tit. de appellat. num. 278. & mult. seqq. & Guid. Papæ. eo tit. num. 41. q. 53.* (b) *l. & in majorib. 20 l. eos. 6. C. de appellat. c. omnis oppressus. 3. 2. q. 6. c. ideò. 17. eod. c. ut debitus. 59. ext. eod Ordin. Camer. part. 2. tit. 28. in princ. & §. 1.* (c) *l. 1. & 2. & t. t. C. si unus ex plurib. l. si qui. 10.*

in pr.

in princ. & §. 2. ff. de appellat. (d) *l. ab executore. 5. §. fi. l. tutor. 27. ff. eod. cum similib.* Intantum; ut, etiamsi status aliquis Imperii, jurejurando & sub pœnâ infamiæ, subditos suos, ne à sententiis in Curiis ipsorum latis provocarent, obstrinxerit: eo jurejurando, utpotè contra bonos mores, & in præjudicium Iurisdictionis Cameralis extorto, non obstante: liberam ad Cameram appellandi facultatem eos habere, certissimum sit. *Ordinat. Camer. d. t. 28. §. 1. part. 2.* Hinc tutor non suo, sed pupilli nomine condemnatus: ut non ipsi, sed pupillo prodesse, vel nocere debet sententia: ita pupilli quoque nomine, non suo, appellationem interponendam sciat. *l. 6. §. 1. ff. de his, qui not. infam. l. 1. §. tutores. 13. ff. Quand. appelland. sit. Specul. in tit. de appellat. §. 1.* Sed & ii, qui condemnati non sunt, dummodò intersit ipsorum, iniquitatem Iudicis, vel imperitiam corrigi, appellare possunt. *l. 5. §. 2. & l. seq. ff. h. t. & l. si perlusorio. 14. ff. eo. l. 2. §. 1. ff. quand. appelland. sit. l. sæpè. 63. ff. de re judicat. c. cùm super. 17. & ibi Dd. extr. de re judicat. Ferrar. in praxi suâ fol. 218. num. 5. novissimè* 6 *D. Christoph. Besold. in Discursu Juridico Politic. de appellationib. cap. 5. num. 2.* Quâ ratione placuit: pro eo, qui ad supplicium ducitur, unumquemvis, etiam invito & inscio condemnato, provocationem interponere posse:

eò

eò quòd innocentes defendi, & hominem ab homine beneficio affici, omnium intersit. *l. non tantùm. 6. ff. h.t.l eos.6.§.super his.3.C.eod. l.2.§.fi. ff.quand.appell.c.charitas.5.vers.proximos.33. q.3.l.servus.7. ff. de servis export. Cic.*
7 *lib. 2. offic. Specul. dict. loc. num. 10.* An autem dominus pro subdito appellare possit, haud immeritò quæritur? Et posse, si ipsius, tametsi non principaliter, in consequentiam tamen intersit, non sine ratione statuitur. *c. dilectis. 55. ext. h.t. & ibi Innocent. num. 2. Philip. Franc. num. 5. Gail. lib. 1. observat. 125. num. 7. Robert. Lanzellot. in tract. attent. cap. 12. Limitat. 50. n. 42. eumq; noviter referens D. Graveus. libr. 1.*
8 *conclusion. pract. conclus. 125. considerat. 1.* Idem in Episcopo vel Abbate receptum est: ut etiam sine speciali mandato, pro clerico, monacho, civitate, appellare non prohibeatur. *Gail. modò d. observ. num. 6. Speculat. d. §. 1. h.t. Guido Pap. h. t. num. 24. & in decis. parlament.*
9 *quæst. 464.* Hinc quoque maritus pro uxore agere, & appellare in bonis receptitiis sine mandato, cum cautione tamen de rato, poterit. *l. maritus. 21. ibiq; Bartol. & Bald. C. de procuratorib.* in paraphernalibus verò, & dotalibus non solùm absque cautione, sed & simpliciter appellare eum posse, communis est Dd. traditio, *in l. fin. C. de pact. convent. tam super dote &c. & l. doce ancillam. 9. C. de rei vind. Mynsinger. cent. 3. observ. 53. Gail. lib. 1. obser. 133.*
Gra-

Grævius d. lib. 1. conclus. 133. num. 5. & 7. Cæterùm uxori pro marito absente agere, & appellare haud permittitur. *l. quia absente. 4. C. de procurator. Gail. d. lib. 1. observat. 133. num. 8.* nisi pro libertate ejus agere velit. *l. 3. ff. de liberali causa.* Unde uxor in Camerâ Imperiali pro liberando marito captivo admittitur: cùm carcer sit species servitutis. *l. 2. ff. de liber. hom. exhib.* Ac proinde maritum ex carcere, 11 tanquam servitute, in libertatem vindicare, & ad hoc mandata cum clausulâ justificatoriâ, vel sine clausulâ, pro facti qualitate, ad relaxandum maritum petere, & obtinere potest. *Gail. d. observat. 133. num. 10.*

III.

1 Sanè pro filio ex pietatis officio mater, *(a)* etiam in causâ criminali, *(b)* ut & pater ratione sui interesse, ad appellandum admittentur: *(c)* & vice versâ, filius pro patre, etiam citra mandatum. *(d)*

a) *l. 1. §. 1. ff. de appellat. recipiend.* (b) *Speculat. de appellat. §. 1.* (c) *l. 2. §. si is, qui ff. quand. appelland. sit.* (d) *l. ex consensu 23. §. filiumfamiliâs. ff. de appellat. Facit l. exigendi. 12. C. de procurator. & d. l. 1 §. 1. ff. de appellat. recip. Joan. Wames. in tract. appellat. seu in repetit. c. consuluit. 29. nu 3 ex. de appellat. Ferrar. Montan. de appellat. c. 1. sub §. idem facere poterit. lib. 2. hósq; allegans Grævius libr. 1. conclusion. pract. conclus. 125. considerat. 1. num. 1.* Veruntamen ut 2

tertius pro eo, quod sua interest, à sententiâ contra principalem latâ provocandi licentiam habeat: necesse est, ut non solùm intra decendium appellationem interponat; sed etiam nuncupatim & sigillatim gravamen & causas exprimat; cur, ut à tali sententia appellaret, sua interesse putârit. *Latè Gail. d. libr. 1. observat. 122. per c. non solent. 30. caus. 2. quæst. 6. & c. super eo. 15. ex. de offic. deleg. Covarruv. pract. quæst. cap. 15. in princ. & num. 1.*
3 Quid verò, si condemnatus (eò quòd tertiò provocare non licet) ab appellationis beneficio arceatur: numné tum tertius, cui ratione scientiæ alioquin sententia nocet, appellationem interponere poterit? Et posse, si litem tractari, usque ad causæ conclusionem ignorârit, indubitanter assero. *Argum. d. l. sæpè. 63. ff. de re judicat. & ibi Dd. communiter. Covarruv. d. lib. pract. quæst. cap. 15. num. 8. &*
4 *seqq.* Ex merâ & plenâ tamen contumaciâ convicto, atque damnato, provocationis remedium jure ademptum est. *d. l. ex consensu. 23. §. 3. ff. de appellat. l. & post edictum. 73. §. final. ff de judic. & ibi Costal. & Br. l. abstinendum. 4. Cod. quor. appellat. non recip. l. 1. Cod. quom. & quand. jud. sentent. proferre deb. Novell. 82. § prabebunt. l. contumacia. 53. ff. de re*
5 *judicata.* Quemadmodum & iis denegatur appellationis beneficium: qui vel pacto interve-

tervenientε renunciârunt. *l. ult. §. ult. Cod. de tempor. & reparat. appellat. Marant. tit. de appellat. num. 330. Ferrariens. in form. appellat. à sentent. defin. numer. 9. Vasq. tom. 1. de success. creat. §. 10. num. 2. Mynsinger. centur. 1. observat. 14. Gail. libr. 1. observ. 135. num. 10.* vel sine pacto se eo non usuros, in judicio ante sententiam promiserunt. *l. 1. §. si quis. 3. ff. à quib. appellar. non licet.* Quin & illi provo- 6
candi auxilio indigni censentur: quorum debitum & delictum est notorium: quosque statim puniri Reipubl. interest. *c. cùm sit. 5. in fine. c. pervenit. 13. & c. seq. de appellat. l. constitutiones. 16. ff. eodem tit.* Qui præterea appellare non possint, vide post alios Damhouderium *in praxi civili, cap. 230. & 449. Gail. libr. 1. observat. 1. numer. 27.* Licèt omnes ap- 7
pellare prohibiti, non prohibeantur dicere de nullitate; ut communis est Dd. opinio. *Vant. in tractat. de nullitat. tit. quis poß. dic. de nullitat. num. 35. 36. & seqq.*

IV.

Regulariter ab omnibus provocare per- 1
mittitur, tam ordinariis, quàm delegatis, tam superioribus, quàm inferioribus Judicibus. *(a)* Nec enim Judicem, injuriam sibi fieri, existimare oportet; eò quòd litigator ad provocationis auxilium convolârit. *(b)*

 a) c. om-

a) *c. omnis. 5. cap. ad Romanam. 6. & ca. placuit. 9. 2. q. 6. c. cùm sit Romana. 5 ext. de appellat. Specul. h. t. §. videndum. 3. Marant. eo. t. numer. 246. & seqq. Reyger de process. judic. disputat. 10. thes. 7.* (b) *l. & in majorib. 20. Cod. eod.*
2 *Guido Pap. d. loco. num. 71.* Cæterùm à Principe, quia is superiorem non recognoscit, neque eo major in terris invenitur, appellare fas non est: idemq; & in aliis, superiorem non recognoscentibus, rationis suadet identitas. *c. 28. §. illud. 2. q. 6. c. cuncta. 17. 9. q. 3. l. 1. §. 1. ff. à quib. app. non lic. Specul. d. loco. § 3. Marant d. loco. num. 248. Eleganter Besold. in Discursu Iu-*
3 *ridico-Polit. de appellat. cap 2. num. 1. & seq.* Nisi fortè per mendacium, calliditatem, sub & obreptionem, rescriptum ab illo impetratum esse, doceri queat. *l. 1. §. 1. ff. h. t. Alciat. lib. 4 disputat. c. 6. atque ita appelletur à Principe malè informato, ad informandum meliùs. Besold. d. cap. 2. num. 10. ubi id exemplis pulchrè declarat.*
4 A Præfectis quoque Prætorio; quales hodie esse putantur, Principes S. Rom. Imperii Electores, itemque Cardinales apud Pontificem, similiter appellandi facultas adempta censetur. *l. 1. Cod. de sentent. Præfec. Præt. l. 1. & 2. ff à quib. app. & c. l. Præfecti 17. ff de minorib. l. 1. §. his cunabulis. ff. de offic. Præfect. Prætor.* non etiam supplicatio. *d. l. 1. C. de sentent. Præfect. Prætor. l. 5. & Authent. Quæ supplicatio. C. de precibus. Imper. offerend. Scitè Vultejus lib. 2. Iurisprud.*

Rom.

Roman. c.33. num.9. Credidit enim Princeps; 5
eos, qui ob singularem industriam, explorata eorum fide & gravitate, ad hujus officii magnitudinem adhibentur; non aliter judicaturos esse, pro sapientia ac luce dignitatis suę, quàm ipse foret judicaturus. *d.l.1.§.1.vers.credidit.ff.de offic.Praefect.Praet.* Verùm enimverò 6
an ab executore sententiæ provocare liceat, acriter inter Dd.nostros contenditur? Et regulariter non licere (nisi is vel modum judicationis excedat; aut aliâ quapiam de causa suspectus sit) jure & constitutionibus cautum extat. *l. ab executore.4. in princ. ff. h. t. l. ab executione.5. C. Quor. appell. non recip. l.21. C. h.t.c. novit.43. ext. eo.c.15. ext. de sent. & re jud. c. ei, qui.41. §. ab executione. & ibi glos. elegans. 2. q.6. Speculat. h. t. §. in quib. num.7. & tit. de execut. rei jud. §. nunc dicendum. num. 7. & seqq. Adde Fachin lib.1. controvers. jur. cap.74. parte 1.* Pariter ab arbitri sententiâ non appel- 7
landum; sed ei pœnæ (siquidem adjecta sit) metu standum est: alioquin ad interesse Jure civili agetur; si ad compromissum stipulatio accesserit; aut id consensu partium homologatum fuerit. *l. diem proferri. 27. § stari. & §. ult. ff. de recept. arbitr. l. 1. 4. & 5. C. eod. Duar. ad tit. de arbitr. mihi fol.196. Marant. d. t. nu.261. Speculat. d. loco. §. videndum. Mynsing. cent. 4. observat. 68.* Aliud sentiendum de arbitris ex 8
necessitate legis, vel statuto datis. Ab horum

namque sententiâ (cùm veris æquiparentur Judicibus) legitimè appellationem interponi, certi Juris est. *l. 9. ff. Qui satisd. cog. l. fin. Cod. de judic. c. arbitris. 11. & ibi gloss. de offic. & potest. jud. deleg. lib. 6. Marant. d. loc. num. 272. & parte 4. distinct. 6. vers. secundò quæro, an coram arbitro. & c. Mynsing cent. 4. observ. 43.*
9 An autem à judice reductionis sententiæ, ab arbitratore latę, provocare fas sit, non parva est Dd. digladiatio? Et quamvis negativa potiori Interpretum calculo nitatur; contrariam tamen affirmativam, & æquiorem, & vero similiorem esse, cum Didaco Covarr. & aliis asserere non erubesco. *Covarr. lib. 2. var. resolut. c. 12. quem refert, & sequitur Gail. lib. 1. obs. 149. n. 4. & seq.*

V.

1 In omnibus porrò causis, & à quovis gravamine tam judiciali, quàm extrajudiciali provocare concessum est: nisi disertè, & expressim Jure contrarium cautum reperiatur. *(a)* Comprimis verò à sententiâ in causâ criminali latâ appellare prohibemur, ex communi & inveteratâ Germaniæ consuetudine: *(b)* nisi quis principaliter nullitatem processus probare nitatur. *(c)*

a) *Marant. in tract. de ord. judicior. t. de appellat. nu. 278. Ferrar. in forma libell. à sent. def. n. 9. Lanfranc. de Orian. in prax. tit. de interloc. & appellat. num. 60. Damhouder. in prax. civil. c. 234. Rosbach. in process. judic. tit. 73. num. 17.*

(b) *Myn-*

(b) *Mynſ. cent. 4. obſ. 41. per tot. Ord. Cam. p. 2. t. 28 §.* Item/nach dem auch. (c) *Gail lib. 1. obſer. 1. n. 27. & ſeq. & lib. 1. de pac. publ. c. 20. nu. 36. De Appellatione in causâ criminali, præter cæteros, vide Damhoud. in prax. criminali. c. 149. & Angel. Aret. in tract. maleficiorũ. ſub gl. præſente Cajo, &c.* De Jure communi tamen, ſicut 2
in cauſis civilibus, ita & in criminalibus appellatio recipitur. *l. non tantùm. 6. ff. h. t. l. addictos. 7. C. de Epiſc. aud. d. l. eos 6. §. ſuper his. l. litigatorib. 14. l. addictos. 29. C. h. t. & l. ſi quis provocatione. 30. C. eod.* paucis quibuſdã, iisq; enormibus criminibus exceptis. *l. 2. C. Quorũ appel. l. conſtitutiones. 16. ff. h. t. l. 1. C. de rapt. virgin. l. 1. C. de falſ. monet. l. ſi quis. 6. §. 9. ff. de injuſto, rupt. &c. Marãt. h. t. n. 292. & ſeqq. vide omnino Beſold. in Diſcurſ. Jurid. Polit. de appell. c. 7. n. 3.* Ut ecce inſignes latrones, qui modò graſſato- 3
res, modò publici, & famoſi quoque latrones cognominantur: item auctores ſeditionũ, & factionũ duces: deniq; alii omnes, qui de crimine cõfeſſi & convicti ſunt, ad provocationem nõ admittũtur. *d. l. 2. C. Quor. appel. Frãſc. Herculan. in tract. de attẽtat. c. ult. n. 6. 7. & ſeqq. Jul. Clar. lib. 5. recept. ſent. §. fin. q. 94.* A mul- 4
cta per judicem irrogatâ, an appellare liceat, nonnulli dubitant? Et licere communibus Dd. & etiam Cameralium ſuffragiis concluditur. *l. & in mulctis. 25. C. hoc tit. & l. ſi qua pœna. 244. ff. de verb. ſignif. Mynſ. cent. 3 obſer. 43.*

Vide tamen jus renovatum Württembergicum part.1. tit.70. §. Von Malefitz Sachen / etc. *pagina 194.* Sanè Jure canonum à quocunque gravamine, etiam extrajudiciali, appellari posse, in confesso est. *c.1. c. Romana.3. c. concertationi.8. c. si à judice.10. & c. final. de appellationib. in 6. c. cùm sit Romana.5. c. super eo.12. c. bonæ memoriæ 51. ibiq; latè Francus. c. ut debitus. 59. c. cùm cessante.6. ext. eod. t. Clement. sicut. d. t. can. non ita.18. 2 q. 6. Marant de ord. judicior. membr.10. de appellat. num.278. & 303. Schenck. libr.2. progymnas. c.15. Menoch. lib.1. de arbitr. jud. quæst.70. numer.5. Termin. in process. jur. cap.53. Frider. Mindan. libr. 2. process. camer. cap.27. num.9. Brechter. de process. judic. cap.15. Fachin. lib.1. controvers. jur. cap.80.* Ecquid verò Jure quoque civili ab interlocutoria appellare liceat, non usquequaque expeditum est? Ac ejusmodi appellationem, dummodo vim definitivæ sententiæ habeat, aut gravamen irrecuperabile in se contineat, jure permissam esse, Interpretes unanimi consensu concludunt. Quibus & ego meritò astipulor. *l.1. §. huic consequenter. ff. de appellat. l.2.3. & 4. ff. de appellat. recip. l.7. ubi gloss. C. quor. appellat. non recip. l.2. C. de Episcop audient. Ordinat. Camer. p.2. tit.28. § fin. & tit.29. §.* Vnnd so von / etc. *cum §. seq.* Fürstl. Würtemb. ernewert Landtrecht / *d. part.1. tit.69. §.1. pag.191. item tit. 70. §* Item / da von einer / etc. *pag. 193.*

Men-

Meurer. p. 3. processs. pag. mihi 164. & seq. in pr. & pag. 172. Cujac. libr. 12. observat. 3. & 6. Gail. lib. 1. observ. 129. per tot. cum obs. seq. & obs. 139. Mynsinger. cent. 1. observ. 66. & cent. 4. obser. 43. Wurmser. lib. 1. pract. forens. tit. 24 observat. 14. num. 2. Hartman. Hartman. lib. 2. tit. 19. observat. 23. Sichard. in Rubr. C. de sentent & interloc. om. judic. num. 8. Zasius in l. 20. ff. de re judic. num. 13. cum multis seqq. Vultejus lib. 2. Jurisprud. Roman. cap. 33. num. 16. Rulant. de commissar. lib. 6. c. 13. num. 10. Rosbach de processs. judic. tit. 71. num. 11. & tit. 73. numer. 20. Reyger. de processs. judic. disput. 10. conclus. 10. Wesenbec. in Paratit. ff. de appellat. numer. 8. D. Bocer. class. 5. disput. 23. thes. 75. & seq.

VI.

An autem & à futuro gravamine appellatio interponi possit, ac debeat, vehementer controvertitur? Quod, uno saltem atque altero casu dempto, nego. *(a)* Similiter nunquid ab actibus extrajudicialibus appellatio interponi possit, non parùm dubitatur? Et ab iis, quæ formam aut vim sententiæ judicialis habent, aut si aliâs quoque extra ordinem judicis officium implorare permissum sit, posse assero: à cæteris non item. *(b)*

1

2

a) *c. cùm speciali. 61. & c. dilecto 63 §. fin. ext. de appellat. Speculat. hôc tit. §. 2. num. 27. & seq. Guid. Pap. eod. t. n. 26.* (b) *Wesenbec. h. t. nu. 8. per l. 5. C. quorum appell. l. 1. §. 1. & 2. ff. eod. tot.*

tit. C. de relationib. Specul. lib. 4. tit. de appell. §. restat. & Hostiens. eo. t. fol. mihi 640. & seq. Et ejusmodi extrajudiciales appellationes in supremo quoq; Imperii Consistorio recipiendas esse (suo quodam discrimine servato) placuit. *Gail. lib. 1. observ. 120. per tot. Myns. cent. 4. obs. 43.* Si judex perpetuum partibus silentium per sententiā imponat, num ab ea provocare liceat, quæritur? Et (cùm ea tale gravamen inferat, quod per appellationem à definitivâ postmodum reparari nequeat, *l. cùm Titia. 18. ff. de accusat. l. ait Præt. 7. §. 2. l. intra. 39. ff. de minorib. Gabriel. lib. 2. tit. de act. concl. 6. in 14. ampliat.*) licere, frequentiori Dd. calculo statuo. *Gail. d. lib. 1. obs. 132.* A possessorii judicii sententiâ an jure civili appellari posset, magna semper fuit Dd. concertatio? Ego in momentaneo quidem, sive summariissimo (*uti vocāt*) possessorio appellationis usum, tam quoad causam ad superiorem devolvendam, quàm etiam quoad executionem retardandam, interdictum prohibitumque esse, cum communi Dd. Scholâ astruo, *per tex. in l. 1. & ibi glos. & Dd. Cod. si de mom poss. fuerit appell. Marant. in spec. suo aur. part. 4. distinct. 9. numer. 44. & seqq. Menoch. remed. ult. de retinend. possess. num. 48. & 2. seqq. & in prælud. de recup. possess. num. 32. Quintil. Mandos. de inhibit. quæst. 95. num. 4.* In pleniori verò sive ordinario: appellationem, quoad devolutivum cognitio-

nis

nis cauſæ ab inferiore ad ſuperiorem non etiam executionis ſententiæ ſuſpenſivum effectum, de jure quidem communi admittendam (rejectâ nonnullorum opinione contrariâ) cenſeo. *gloſ. & Dd. in d. l. 1. Cod. ſi de mom. poſſeß. Ferrar. in form. libell. à ſentent. interlocut. num. 8. Bartol. in l. 2. ff. de appellat. recip. Marant. modò d. loco. & hoc tit. numer. 308. Menoch. de adipiſc. poſſeß. remed. 4. num. 828. qui multos refert. & de recuper. poſſeß. remed 9. num 322. & ſeq. Mynſinger. cent. 6. obſervat. 13. numer. 8 noviſſimè Andr. Fachin. libr. 1. controverſ. jur. cap. 75. Joan. Vincent. Hondedeus volum 2. conſulat. 22. num. 10. pluresq; alii per eum citati.* At ſi de forma judiciorum noſtri temporis, præcipuè autem de ſtylo Cameræ agatur: appellationes omnes, à quocunque pleniori poſſeſſorio interpoſitas, quoad utrumque & devolutionis, & ſuſpenſionis effectum, admittendas ac recipiendas eſſe, intrepidè concludo. Quæ ſententia multarum Curiarum aſſenſu, & magnâ inſuper æquitatis ratione ſuffulta eſt. *Gail. lib. 1. obſerv. 7. nu. 7. & obſervat. 147. num. 9. Weſenbec. in Paratit. ff. hoc tit. num. 8. Bender. in tract. de Reviſ. & ſupplicat. concluſ. 35. num. 9. & ſeqq.* Ex quo pulchrè infertur: ſi de poſſeſſione nemorum & aquarum, aut ſimilium rerum, inter Univerſitates & Communitates agitentur controverſiæ: & ut plurimùm propter temporis 7 8

poris

poris antiquitatem instrumenta distinctionis territoriorum non extent, per quæ petitorium probari possit: ideoque partes se solùm super possessione fundent; quòd sc. à tanto tempore, cujus initii non existat memoria, possederint: hoc casu certè, si aliqua Universitas in possessorio succumbat, cùm difficilimam habitura sit in petitorio probationem, adeoque talis sententia maximi futura sit præjudicii: meritò, quoad executionem impediendam etiam, appellationi locum fore. *Marant.h.t.num.310.& seqq. Mynsing.d.cent.6. observ.13. Porrò de hac quæstione, utrùm à sententia judicis de exequendo appellari possit, plures utramque in partem auctoritates cumulavit Hieronymus de Cavallos in specul.aureo.opinio. commun.contra commun.quæst.190.*

VII.

Pontifices cùm adeò jus appellationum extendant: ut ex eorum decretalibus epistolis à quocunque gravamine provocare liceat: mirum non est, si & in possessoriis judiciis, beneficium appellationis indulgeant.

Speculat.tit de appellat.§.2.num.8 Marant. eo.t.num.306.Ferrar.in form. libel.à sent.interloc.num.9. Ludovic.Roman consil 324.per c.10. & c.15 ex.de restit.spoliat. c.35. extr.de testib.& cap.1. in fi.de sequest.poss.& fruct.in Clement. Idque non tantùm de negotio ad superiorem devoluendo, verùm etiam de executione ejus-

ejusdem impediendâ ac suspendendâ, *contra Menoch. de adipisc.possess.remed.4 num.840.& de recup.poss remed. 9.p.322. & alios* accipiendū puto. *d. c.10. de restit.spol.& d.c.1.de sequest. possess. Covarruv.libr practic.quæst.c.23.num.8. Franeis.Hercul.tract.de attent.cap.4.num.1.Q. Mandos.de inhibit.quæst 59.numer.4.* Quod 3
multò magis tum procedit: cùm contra detentatorem, commodatarium putà, colonum, vel similem, sententia in possessorio pronunciata fuerit. Hi enim petitorium movere, aut damnum illatum aliâ quapiam viâ ac ratione reparare, ac resarcire nequeunt. *Menoch. de adipisc.poss.remed.4 nu.863.& seqq. Br.in l.2.ff.de appell recip.Bl.in l.2.num.22.C. de Episc. aud.* Quin etiam, tametsi in judiciis 4
verè possessoriis, interdum quoad causæ merita & substantiam, appellatio non recipiatur: nihilò seciùs tamen ab inordinato eorundem processu provocare permittitur. *Menoch.d.remed.4. de adipisc.poss.num.808.& num.446. Covarruv. modò d. loco. num.8. vers. idem erit, &c.* Cæterùm dubitationis est: An 5
statuto simpliciter appellatio permissa in possessoriis, utrumque effectum, devolutivum scil. & suspensivum, an verò devolutivum tantùm operari debeat? Quod magis videtur. *Menoch. de adipisc.possess.d.remed.4. num.836.& seq. per c. pastoralis § præterea.ext. de offic. deleg. Cavarruv. d.lib.pract.quæst.c.23. num.7.*

num.7. Quòd si evidenter iniquitas sententiæ appareat (cùm nullitati manifesta injustitia æquiparetur) ad utrumque effectum, devolutionis nimirum, & suspensionis, appellationi locum esse, non ambigo. *Menoch. d. remed.4. num.850. & seq. Covarruv. d. lib.1. variar. resolut. cap.1. num.10. Marant. hoc tit. num 311.* Illud in controversiam hic devocari frequenter solet: an, si Judex victum victori non condemnâsset in expensis, ab omissâ expensarum condemnatione, appellari queat? Et siquidem per salutares clausulas, peto mihi jus & justitiam administrari: Item, omni meliori modo, &c. libello adjectas, eæ petitæ sint: appellari posse, in Camerà decisum est. *Mynsinger. cent.2. observat.22. arg. l. ult. Cod. quand. provoc. non est, &c. Specul. hoc tit. § 2. num.24. & seq. & in addit. ad Speculat. Bl. mihi pag.880. col.2 Guido Pap. hoc tit. num 42. vers.55. quaro.* Secus, si eæ vel petitæ non sint: vel victus, à sententiâ, in primâ instantiâ latâ, provocationem non interposuerit. Tum enim nil aliud relinquitur, quàm ut ejus, qui condemnationem omisit, super eâ re imploretur officium: ut is, si victorem adjuvandum esse sumptuum perceptione perspexerit, etiam sine provocatione hoc statuat; & justam eorundem quantitatem definiat. *l. properandum. 13 §.6. & ibi Dd. Cod. de judic. & l. fi. C. quand. provoc. Marant. part.6. tit. de libel. oblat. num.12. Specul.*

cul.d.§.2.n.25.& Bl.in addit.ad Specu.pag.880. col.2.

VIII.

Illud certum est, appellationem à crimine sive delicto notorio factam, *(a)* aut aliâs frivolam, *(b)* (siquidem frustratio manifesta sit, & evidens) *(c)* ullius omninò neque ponderis esse, neque momenti. *(d)* 1

a) *l.16.ff. de appell. l.2. C.quor.appell.non recip.c.5.c.14.§.1.c.61.§.porrò.ext.h.t. Specul.eo.t.§.2.n.13.* (b) *l.2.C.de Episc.aud.d.c.61.§.porrò. vers.excessu.c.28.ext.eo.* (c) *Specul.d.§.2.n 32.& 33.Herculan.in tract.de attentat.c.28. nu.22.* Fürst. Würt. ernewert Landtrecht/*part.1.t.70. §.1 pag.193.* (d) *c.5.h.t.lib.6.Marant.h.t.n 345.& seq vide suprà concl.3.n.ult.* Præterea si Princeps hoc pacto (ne liceret ab eo provocare; seu, ut loquuntur, appellatione remotâ) judicem dederit: provocationis remedium regulariter ademptum censebitur. *l.1.§.fin.ff.à quib.appell.& ibi gl.& Br.c.53.& ibi gl. ext.eod. De effectibus clausulæ, appellatione remotâ, vide gl.in d.c.53.& c.59.ext. h.t.Specul.d.§.2.nu.34. Marant. h.t. nu.326.& seqq.Mynſ.cent.1.obſ 3. Q.Mandoſ.in tract. de inhibit. quæst.86.* Quod utrùm de omni in universum appellationum genere; an verò de frivolis, & frustratoriis tantùm; accipiendum sit: de eo non satis inter Interpretes nostros, tam veteres, quàm recentiores, convenit? Ego in eam descendo sententiam, ut frivolam tantùm appellationem prohibitam existimem: 2 3 1

non

non verò eam quoque, quæ gravis & legitima sit, & rationabiles ac sufficientes interpositæ provocationis causas annexas habeat. *Glos. in d. c. 59. vers. absque rationabili. ext. h. t. Br. in d. l. 1. §. fi. ff. à quib. appell. & c. Specul. h. t. §. in quibus. num. 34. Gail. lib. 1. observ. 33. num. 5. Mynsinger. cent. 2. observ. 10. col. 2. & cent. 6. observ. 5. cum ibi alleg. per c. 13. extr. de offic. deleg.*
4 *Bend. in tract. de Revis. conclus. 36.* Quâ tamen clausulâ, præter supremum Principem, non rectè quisquam utetur: quando scilicet à sententiâ definitivâ per rescriptum appellatio removetur: secus, si ab interlocutoriâ. Tum enim & inferior à Principe, prædictam clausulam mandato, sive rescripto suo inserendi licentiam habet. *Specul. d. loco. Mynsinger.*
5 *cent. 1. observat. 3.* Sed & aliæ sententiæ sunt, à quibus provocare ne quidem necesse est: propterea quòd ipso Jure pro nullis habeantur: veluti sunt, sententiæ expressim contra LL. Senatusconsulta, Constitutiones, aut contra res priùs judicatas prolatæ: quævè absolutionem aut condemnationem non continent. *tot. tit. C. quan. provoc. non est, & c. tot. tit. ff. de appellat. recip. Speculat. d. § 2. num. 18. Marant. hoc tit. numer. 352. Vant. passim in tract. de nullitat.*

IX.

1 Hoc loco notandum: Ordinatione *(a)* Cameræ constitutum esse: ne à summâ 50. florenos

renos non excedente, aut certè non complente, appellandi ad Cameram facultas cuiquam esset: quæ summa deinceps in Comitiis Spirensibus, de Anno 70. celebratis, ad 150. floren. extensa; *(b)* & tandem trecentorum florenorum facta est. *(c)*

a) *Ordinat. Camer. part. 2. tit. 28. §. 4. Mynsinger. centur. 4. observ. 40. & cent. 3. observ. 89. & cent. 5. observ. 83.* (b) *Gail. lib. 1. observ. 123. Mynsinger. centur. 6. observ. 15. Recessus Comit. Spirens. Anno 70. pagina 19.* (c) *Deputations* Abschied/ *de Anno 1600. §. 16.* Derowegen dann. *D. Collega Bocer. claß. 5. disputat. 23. thes. 78. ad lit. d. Græveus libr. 1. conclusion. pract. concl. 23. num. 3. Denaisius in Compendio jur. Cameral. tit. 29. pag. 40. D. item Collega Besold. in discurs. Iuridic-Polit. de appellat. cap. 7. num. 1.* In quibusdam tamen casibus harum summarum, in recipiendis appellationibus ratio non habetur. *Gail. modò d. observat. 123. numer. 4. Cornel. Brederod. in tract. appellat. part. 1. tit. 19.* Ut putà actione injuriarum: sive ad satisfactionem, sive etiam ad palinodiam, aut recantationem ea intentata sit. Nec enim æstimationem fama hominis recipit, sed eodem jure causa famæ & existimationis, quo causa vitæ censetur. *Gail. d. observ. 123. num. 5. Ordin. Camer. d. t. 28. §. 3. vers.* Doch sollen hieri**n** *l. 104. ff. de reg. jur. l. 4. ff. si quadrup. paup. l. 1. § 5. l. fi. in fi. ff. de his, qui dejec. vel effud. l. 8. Cod. de decu-*

 rioni-

rionibus, lib. 10. l. 9. ff. de manumiss. vindict. Aut
3 si super annuis reditibus, censibus, jure decimarum, servitutibus, Jurisdictionibus, aliisvé juribus incorporalibus (quæ variam pro cujuslibet affectione æstimationem admittunt) controversiæ extiterint: tametsi eadem hæc jura ex recessu Comit. Spirens. limitationem quandam, & certam ac definitam taxationem recepisse videantur. *Recess. Comit. Spirens. Anno, &c. 70. Gail. d. observat. 123. numer. 6.* Vel etiam, si reus in primâ statim instantiâ forum in supremo Imperii tribunali sortiatur. Tunc enim per viam simplicis querelæ, quantumvis minima summa jurisdictionem Cameræ fundabit. *Gail. d. loco. & libr. 1. obser-*
4 *vat. 1. per totam.* In tantum verò prædicta summa à Cameralibus attenditur: ut, etiamsi appellatus in puncto devolutionis summæ incompetentis exceptionem omiserit: tamen, vel post litis contestationem, ejusdem obiiciendæ facultatem habeat integram: imò judex ex officio, parte non opponente, ejus rationem habere debeat. *per notata Gail.*
5 *d. observat. 123. numer. 2. & 3.* De eo quoque hîc quærere libet: utrùm à sententiâ Judicis, jurejurando parti relato causam decidentis, appellare liceat? Non licere, est vero propius. *Egregiè Fachineus libr. 1. controvers. jur. cap. 23.*

Ap-

X.

Appellationes tam de jure civili, quam canonico, gradatim, hoc est, ordine ab inferiore ad superiorem ritè servato, fieri debent. *(a)* Verbi gratiâ: à delegato ad delegantem, hoc est, ordinarium: *(b)* à legato ad Proconsulem: *(c)* à Judice, per magistratus Pop. Rom. dato, ad ipsum magistratum: *(d)* à Præsidibus provinciarum, ad summum sacro Prætorio Præfectum, &c. *(e)* 1

a) *l. 1. §. si quis. l. 21. ff. de appellat. c. 66. ext. eo. c. 4. h. t. lib. 6. Marant. h. t. num. 368. Hostiens. eo. num. 4. Specul. h. t. §. nunc tractemus. 4. in princ. latè & venustè D. Collega Besold. in Discurs. Juridico Polit. de appellationib. cap. 4. per totum. nec non Gravaeus libr. 1. conclusion. pract. conclus. 119. considerat. 1. num. 1. & seq.* (b) *l. 1. §. final. ff. quis, & à quo. &c.* (c) *l. 2. ff. modò d. t.* (d) *l. fin. ff. d. tit.* (e) *l. 32. l. 37. Cod. eod.* Et 2 hæc quidem adeò vera sunt: ut, appellationem, omisso medio Judice, ad superiorem immediatè factam, vires non habere, Camerali ordinatione cautum sit; atque sancitum: *Ordinat. Camer. parte 2. tit. 29. in princ. per not. Marant. d. loco. & Mynsinger. cent. 1. observat. 67.* Cæterum si Judex medius palàm 3 denegarit justitiam: aut verò etiam ratione suspicionis, excommunicationis; aliavé justâ quapiam de causâ inhabilis videatur:

 non

non prohibetur quis, ipso neglecto, ad alium superiorem appellationem deferre: quod etiam procedit, si suâ sponte judex inferior ad talem superiorem causam transmittat. *Abbas Panormitan. & alii in c. dilecto. 63. col. pen. vers. novus casus. extr. de appellat. c. si quis vestrûm. 2. quaest. 6. Marant. hoc tit. num. 375. Mynsinger. d. observ. 67. Ordinat Camer d. tit. 29. in princ. ibi.* Es were dann / ꝛc. *Denaisius in Compendio ju-*
4 *ris Cameral. tit. 32. num. 3* Idem juris est: si contra appellationem, omisso medio factam, nulla exceptio opposita fuerit. Hic enim consentire partes, & Jurisdictionem prorogare intelliguntur: vel etiam, si consuetudo loci hoc ipsum concesserit. *Marant. d. tit. numer. 373. Mynsinger. d. centur. 1. observat. 67.*
5 Intricata hoc loco, & variis Dd. subjecta censuris, exurgit quaestio: Ad quemnam à sententiâ per subdelegatum lata appellari debeat? Et tutissima, tum etiam maximè communis eorum videtur sententia: qui, si delegatus universitatem causarum (nullâ earum reservatâ specie) subdelegârit: ad primum delegantem, omisso medio: quòd si verò certam negotiorum partem penes se retinuerit, ad ipsum subdelegantem, provocandum existimant. *cap. 27. §. porrò. ubi glos. & Dd. extr. de offic. deleg. & d. l. 1. §. 1. ff. Quis & à quo, & c. l. 1. prope fi. Cod. qui pro suâ jurisdict. Marant. par-*
te 4.

4. distinct. 5. num. 28. & hoc tit. num. 378. & num. 386. Ferrar. in for. libel. à sentent. def. numer. 10. Speculat. hoc tit. d. §. nunc tractamus. 4. num. 5. & seqq. Videatur eâ de re etiam Fachineus d. libr. 1. cap. 78. 6 Sed si quis in appellando erraverit: putà, cùm ad hunc appellare deberet, ad alium appellationem direxerit: videndum, an error ei nil officiat? Et, siquidem cùm ad majorem Judicem appellare deberet, ita erravit: ut ad minorem appellet: errorem ei nocere: si verò majorem judicem provocaverit: hunc errorem ei nil obesse, multis constitutionibus contineri, Ulpian. testatur. *l. 1. §. 3. ff. hoc tit. Speculat. d. §. 4. numer. 14. & ibid. Tancred. in addit. Ferrar. in form. appellat. à sentent. def. d. loco, tradit cautelam appellare volenti, ut ejusmodi erroris evitandi gratiâ in hunc modum appellet: Provoco ad Judicem competentem, &c. per l. 122. §. 5. ff. de verbor. obligat. & Guid. Pap. hoc tit. num. 40* 7 Est & hoc quæsitum: si duo Judices, laicus unus, & alter clericus, de eodem negotio pronunciârint: ad cujusnám eorum superiorem appellatio instituenda sit? Et ad superiorem Ecclesiasticum (utpote digniorem) dirigendam, communiùs placuit. *Br. in d. l. 1. §. 1. ff. quis, & à quo, &c. Salicet. in l. 32. Cod. de appell. Jason in l. Imperium 3. col 3. versic. 4. ff. de jurisdict. om. jud. Marant. hoc tit.*

 nu 392.

8 *num. 392. & seqq* Scholaribus tamen, quorum scientia totus illuminatur orbis, & ad obediendum Deo, ac ministris ejus, omnis subjectorum vita formatur, speciali Impp. privilegio indultum esse Dd. testantur: ut, omissis quibuscunque judicibus inferioribus, ad ipsam Imp. Majestatem provocandi licentiam habeant. *Authent. habita. Cod. Ne filius pro patre, &c. Marant. hoc tit. num. 372. Alex. in addit. ad Br. in d. l. 1. §. si quis. ff. hoc t. Petr. Rebuff. in suis Privileg. Scholast. privileg. 164. § fallit tamen, &c. ubi hanc in senten-*
9 *tiam plures citat.* Illud in considerationem hic non immeritò venit: An à Commissariis, qui ad instantiam partium (etiam privatorum hominum) per meram delegationem à Cæsare quandoque dantur: ad ipsum Imp. an verò Cæs. Majestatis summum in Imperio Consistorium (Cameram scilicet) appellari debeat? Et ad ipsum Imper. tanquam delegantem, causam appellationis hoc casu devolutam esse, obtinuit. *l. 32. §. 3. Cod. eod. l. 1. Cod. Qui pro suâ jurisdict. cap. 27. §. fin. ubi Felin. numer. 12. extr. de offic. & potest. delegat. Gail.*
10 *libr. 1. observat. 121. num. 2.* Denique & in causis feudalibus, ad quemnám Judicem provocandum sit, variè Dd. conflictantur? Sed Panormitani sententiam (siquidem proximus sit superior, scil. dominus mediatus: ut tum ad eum, tam à Paribus, quàm à domino; si ve-

rô non sit ibi proximus superior, tunc appellatio ad dominum tribunalis, nempe ordinarium loci, cui & res subjecta est, dirigatur) cæteris prævaluisse, traditur. *Videantur Alvarot. in c. fin. quo tem. mil. in usib. feud. numer. 4. Curt. Jun. in tractat. feud. parte 7. quæst. 11. & seqq. & Mynsinger. cent. 5. observ. 5. & 90. item Andreas Gail. lib. 2. observat. 156. num. 3.*

CONCLUSIONUM CONTROVERSARUM,

EX PROCESSU JUDICIARIO UNIVERSO DELIBATARUM,

DECAS XIX.

IN QUA DE TEMPORIBUS interponendæ appellationis, petendi apostolos, præsentandæ & finiendæ appellationis; item de modo & formâ appellandi, nec non appellationum effectibus, exponitur.

CONCLUSIO I.

1 NOTISSIMI juris est: omnem appellationem, non solùm judicialem, sed & extrajudicialem, *(a)* & tam à definitivâ, quàm ab interlocutoriâ *(b)* sententiâ factam, intra decendium Jure novissimo, *(c)* à die la-

tæ sententiæ computandum, interponendam esse: alioquin sententiam in rem judicatam transiisse, appellationemque desertam censeri. *(d)* Hasque interponendæ appellationis inducias Judex, ad partis succumbentis instantiam, prorogare aut extendere nequit. *(e)* 2

a) *Marant. de ord. judic. tit. de appellat. numer. 213. inf.* (b) *cap. 36. & ibi glos. in verbo, dies. ext. de testib. c. 32. in f. ext. de elect.* (c) *Authent. hodie. C. h. t. Novell. 23. c. 1.* Fürstl. Würtemb. ernewert Landtrecht / *part. 1. tit. 58. §. 1. pag. 171. c. 28. 2. q. 6. d. c. 36. ext. de testib. c. 3. extr. de confirmat. ut. vel inut. cap. 8. h. tit. in 6. Bocer. class. 5. disput. 23. thes. 126. lit. b. Besold. in Discursu Jurid. Politic. de appellationib. cap. 8. num. 2. Reyger. de process. judic. disput. 10. thes. 18. ad lit. d. Græveus libr. 1. conclus. practicar. conclus. 120. considerat. 1.* (d) *d. c. 32. d. c. 28. & c. 15. ext. de sentent. & re judic. l. f. §. 4. C. de temp. appellat. l. 1. § 5. ff. Quand. appell. Specul. §. restat. num. 7. & 8. hoc tit. Mynsinger. centur. 3. observ. 11. Rosbach. in process. judic. tit. 73. num. 24.* (e) *Ordinat. Camer. part. 2, tit. 29. §. 1. ibi.* Vnnd nachdem / rc. Idemque in causis feudalibus obtinet; in quibus jus commune sequimur, si contrarium jure feudali non expressè decisum reperiatur. *cap. 1. vers. strenuus. de feud. cognit. in usib. feud. Curt. Junior. in tract. feud. par. ult. num. 33. & communiter Feudistæ in* 3

4 *c.f. Quo temp. milit, &c.* Quod autem de lapsu decendii dictum: id cum hoc temperamento accipiendum est: vt obtineat, si modò Judicis, qui sententiam tulit, vel etiam ejus, ad quem provocavtur, adeundi facultas sit. Sufficit enim, & alterutrius habuisse copiam. *Mynsinger. cent. 2. observat. 2. num. 2.* Tum verò adeundi ejus copia competere videtur: cùm Judex sese in publico ostendit. *l. 1. §. 7. & 3. ll. seqq. ff. Quand. app. Ferrar. in form. app. à def.*
5 *numer. 11.* Rectiùs certè appellare volentem facturum esse, si coram Notario, & honestis personis (deficiente Judicis adeundi copiâ) de enixâ voluntate suâ protestetur, appellationemque interponat, Bartolus consuluit. *Mynsinger. d. cent. 2. observat. 2. num. 3. & cent. 4. observ. 45. per text. in cap. 11. §. f. ext. de offic. ordin. & c. f. ext. hoc tit. Ordinat. Camer.*
6 *tit. 29. d. part. 2. §. 4.* Convenienter hìc quæritur: An illa ipsa quoque dies, quâ sententia profertur, in numero dierum ad decendium determinatorum habenda sit? Et habendam, adeoque tempus de momento ad momentum computandum (ad instar restitutionis in integrum) in tantum, ut etiam feriæ solennes includantur, communibus Dd. sententiis concluditur. *l. 1. C. de fer. l. 3. C. de dilat. Specul. d. §. restat. num. 3. & seq. Marant. hoc tit. nu. 213. Mynsinger. d. cent. 2. observat. 2. & cent. 5. observ. 95. arg. l. 3. §. 3. ff. de minorib. & l. 2. ff. de divers.*

verſ.& temporalib. præſcript. d. Auth.hodie.C. hoc tit. Eapropter conſultè,ac prudenter Notarii facient; ſi ad hoc, ut ritè cognoſcatur, an decendium elapſum ſit, non ſolam diem, ſed & horam interpoſitæ appellationis inſtrumento inſeruerint. Nam prima dies appellationis non tota: ſed hora,momentum, & id ſolum punctum illius diei, quod ad decimam diem ejuſdem puncti referri debet, computari ſolet: unde etiam evenire poteſt, ut decima illa dies in undecimâ deſinat. *Gail. lib.1. obſervat.139. num 5. Ordinat. Cam. part.3. tit.31. §.4. Specul. d. §.reſtat. num.3.Felin.in d. c.15. ext. de ſent. & re judicat.Beſold.d. diſcurſ.jurid.polit.c.8.n.2.* 7

II.

Illud tamen non omittendum: ad hoc, ut prædictum decendii tempus currat, neceſſe eſſe: ut quis & ſententiam latam,& contra ſe, aut certè in ſui præjudicium eam prolatam eſſe, cognoverit. *(a)* Hoc enim tempus, licèt continuum in progreſſu, à principio tamen,non niſi utile eſt: *(b)* unde rectè à tempore demum ſcientiæ computari dicitur.*(c)* 1

a) *d. c. 8. ibi, ſi quidem ſcivit. & ibi gloſ. hoc tit. lib. 6. l. 1. §. f. ff. Quand. app. Marant. de ord. judic. tit. de appellat. num. 215.* (b) *Specul.in §.reſtat.n.1.h. t. Mynſ.cent. 2.obſervat.2. in f. Sichard. in l.3. num.16. C. Quom.& quand. Judex.* (c) *Gail. libr.1. obſervat.139. num. 8.*

Sed

Sed hoc distinctione explicandum est: eâ sc. ut si quidem dominus, contra quem absentem sententia lata est, procuratorem in judicio non habuerit: rectè intra decendium, à tempore scientiæ numeratum, appellationem interponat. *Auth. hodie. & ibi Dd. C.h.t. Mynsinger. d. observ. 2. cent. 2. prope f. Gail. d. observ. 139. num. 10.* Si verò dominus procuratorem apud acta habuerit (cùm procurator tam ab interlocutoriâ, quàm definitivâ provocare teneatur. *l. invitus. 17. & ibi Sichard. num. 4. C. de procuratorib. l. 31. §. litem. ff. de negot. gest.* aut saltem intra decendium, domino non solùm ignoranti, sed etiam scienti, sententiam contra ipsum latam esse denunciare debeat. *c. 14. & ibi glos. in verb. appellare. ext. de procurat. Speculat. in tit. de appellat. §. 1. num. 2. & § qualiter. num. 12*) alterutro horum neglecto: sententia in rem judicatam transit: & sententia procuratoris, si modò solvendo sit, domino nocet. *Gail. d. observ. 139. num. 9. & observ. 143. num. 6. & observ. 45. per totam. Sichard. in d. l 3. num. 21. 22. & 23. C. Quom. & quand. Judex, &c.* Quâ autem ratione, si procurator solvendo non sit, domino consultum esse possit, de hoc inter juris nostri Interpretes magna est opinionum varietas: quibusdam, rem ipso Jure domino integram manere, existimantibus. *glos. in l. 1. §. fin. ff. quando appell. & in d. auth. hodie. C. de appellat.*

quam

quam sequitur Bartol. ibid. in fin. aliis, non solùm ipso Jure non tutum esse dominum, sed nec per restitutionem in integrum eidem subveniri debere, asseverantibus. *glos. & Canonistæ in c. 2. extr. de in integ. restit. per l. 23. ff. de minorib. & not. Ferrar. in form. respons. rei conventi. num. 7.* Longè tamen maxima Interpretum pars in eam sententiam concedit; ut, in casu, quo à procuratore ea, quæ neglexit, servari nequeunt; restitutionem in subsidium domino competere existimet: quæ sententia rationem habet. *Hartman. Pistor. in tract. quæst. Juris. quæst. 36. num. 7. ubi multa ad hoc allegat. Sichard. in d. l. 3. d. num. 21. & seqq. C. quom. & quando judex, &c.* Denique & hoc notandum: si gravamen à Judice illatum, non sit momentaneum ac temporarium: sed causam habeat continuam, & tractatum temporis successivum: ab eo, ceu præsenti, quamdiu duret (neque intra decendium tantùm) sine ulla temporis præfinitione, usque dum revocetur, appellari jure posse. *Speculat. in d. §. restat. num. 5. & 6. ubi ejus rei exempla vide. Marant. h. t. num. 216. per c. 47. ext. h. t. & notata Joan. Andr. in c. dilectus. 29. la. 2. ext. de rescriptis.*

5

6

III.

1 Post appellationem prædicto modo interpositam; apostolos sive libellos dimissorios intra spacium 30. dierum, *(a)* sæpiùs, instanter,

stanter, & instantissimè, appellans petere debebit: *(b)* ne hoc fortè neglecto, appellationi factæ renunciâsse intelligatur. *(c)*

a) *l. judicibus. 24. C h. t. de appellationib. Novell. 126. c. fin. c. ab eo. 6. in 6. h. t. & c. quamvis. eo: in Clement.* (b) *d. c 6. ibiq; gloss. l. 1. §. 2. ff. de libell dimissor. D. Bocer. class. 5. disput. 23. thes. 136.*
2 *lit. b.* Sunt autem apostoli (dicti ab ἐπὶ quod est suprà, & στολῶν, quod est missio, quasi literæ ad superiorem missæ. *l. dimissoria. 106. ff. de V. signif.*) literæ testimoniales judicis à quo, ad judicem ad quem, appellationis deferendæ, vel refutandæ causa, datæ. *d. l. unic. ff. de libellis dimissor.* Et dicuntur alii dimissorii, per quos judex appellationi defert, & appellantem à sua jurisdictione ad eum, ad quem appellatum est, dimittit: alii refutatorii, per quos apparet, judicem non deferre appellationi, certas ob causas, in literis expressas, quando videlicet est frivola, vel quando jura appellationem non admittunt. *l. fin. §. in refutatoriis. 1. C. de appellationib. Speculat. tit. de appellat. §. in quibus. part. 2.* alii reverentiales, per quos appellationi, in honorem & reverentiam superioris, defertur: & hi maximè sunt in usu. *Specul. tit. de apost. §. sequitur. num. 8.* alii testimoniales, quando coram notario, aliisque honestis ac fide dignis personis appellatur; cùm aut judex non potest inveniri; aut recusat apostolos dare, *c. ult. ext. de appellationib.* alii deni-

denique conventionales, quando ex voluntate & conventione partis adversæ appellatio admittitur. *De quibus omnibus videatur Joan. Emeric. à Rosbach. in process. judic. tit. 74. nu. 3. & aliquot seqq. item Paulus Matthias Wehnerus in observationibus practic. in lit. a. in verb.* Abschiedsbrieff. (c) *d. c. quamvis. de appell. in Clem. & d. c. 6. de appellatio. in 6.* Fürst. Würt. ernewert Landtrecht / *part. 1. tit. 61. pag. 176. Wesenbec. in Paratit. ff. Quand. appell. num. 4.*
Quando autem 30. isti dies currere incipiant: & utrum à tempore latæ sententiæ, an verò appellationis interpositæ, computandi sint, magnoperè Dd. inter se dissentiunt? Ego eorum opinionem, ut majore æquitatis ratione subnixam, & etiam magis communem, laudo; qui, siquidem appellans latæ sententiæ notitiam habuerit; ab eadem die prædictum terminum dinumerandum, autumant. *d. l. judicibus. 4. C. de appellationib. arg. c. 8. in 6. eod. tit. Vide Host. in c. 1. de appell. lib. 6. Cardinal. in c. ut debitus. 59. col. 22. ext. eod. ut eos refert Marant. hoc tit. num. 220. quem sequitur Mynsinger. cent. 4. observat. 36. & Wurmser. libr. 1. pract. forens. tit. 24. observ. 23. Vide quoq; Vult. libr. 2. Jurisprud. Roman. cap. 33. num. 28. & seq. Joannem Emericum à Rosbach. in process. judiciar. d. tit. 74. numer. 15. & Besoldum in Discursu Iuridico-Polit. de appellationib. c. 8. nu. 7.*
Non

4 Novellâ tamen Cameræ Imperialis ordinatione, apostolorũ requisitio in mero & libero appellantis arbitrio consistit: adeò, ut sive ii petiti sint, sive non, nihilominùs appellatio valeat, & in Camerâ recipiatur. *Gail. lib. 1. observ. 139. in fin. Mynsing. inf. d. observ. 36. Ordinat. Camer. part. 2. tit. 30 §. 1. Meurer part. 3. num. 44. Petr. Frid. Mindan. de processib. &c. lib. 1. c. 7. num 8.*

IV.

1 Præsentandæ appellationis tempus, sive introducendæ coram Judice ad quem, jure communi definitum non reperitur: verùm arbitrio Judicis à quo, ut appellanti diem assignet, intra quem Judicem appellationis convenienter adire possit, relinquitur. *(a)*

2 Sanè ex ordinatione Cameræ, & sic à lege Imperii, sex menses ad introducendam appellationem conceduntur: *(b)* intra quod spacium, citatio in Camerâ extrahi, & ante ejus finem reproduci debet: *(c)* id nisi fiat, appellatio deserta censetur; & super desertione ex officio pronunciatur. *(d)*

a) *argum. l. 1. in fin. ff. de jure deliber. c. personas. 4. ext. de appellationib. Wesenbec. in Paratit. ff. quando appelland. nu. 5. Ferrar. in form. respons. judic à quo appell. num 2. per c. pervenit. 28. ibi, vel intra terminum. ext. de appellat.*

(b) *part. 2. Ordinat. Camer. tit. 30. §. 1. & 5. Besold. in Discursu Iurid. Poli. de appellat. c. 9. nu. 3.*

Iure

Jure v. renovato Würtembergico dies 20. præscripti sunt, part. 1. tit. 63. pag. 179. (c) *Gail. lib. 1. observ. 140. num. 3.* (d) *per ea, quæ habentur in l. 2. C. de temp. appellat. & c. 5. c. 44. vers. salvis. ext. h. t. c. 3. & cap. 6. h. t. in Clement. Guid. Pap. h. t. num. 7. Mynsinger. cent. 1. observat. 83.*

Nisi fortè per judicem à quo, brevior introducendæ appellationi terminus assignatus sit. *Gail. d. observ. 140. num. 7. Ordinat. Camer. d tit. 30. in fine princ.* Tempus enim istud à lege Imperii definitum, minui quidem & coarctari ab illo; at verò extendi, aut prorogari non potest. *arg. text. in d. c. 5. & ibi gloss. in verbo, recisius. & c. 27. ext. eod. & ibi Philip. Franc. Vult. lib. 2. Jurispr. Rom. cap. 33. n. 43. & seq.* Aliter atque in Judice appellationis receptum est. *d. tit. 30. Ordinat. Camer. §. 2.* Huic enim, vel ob nimiam loci distantiam; vel etiam si casus fortuitus in personâ nuncii interveniat, & itinera propter incursum hostium infesta sint, nec propter aquarum inundationem expedita, terminum à constitutione Imperii præfixum prorogare permittitur, *arg. l. 72. ff. de judic. & d. c. 5. ext. h. t. tex. & ibi gloss. elegans in c. 5. ext. de in integr. restit. l. Præses. 5. Cod. h. t. Jason in l. qui ante Calendas. 13. nu 9. ff. de verb. oblig. Gail. d. observ. 140. num. 7.* Non inutiliter hîc sciscitantur Dd. An, si tempus introducendæ appellationi à lege Imperii præstitutum, in ferias desinat: ita, ut appellatio pro-

3 (beside "Nisi fortè per judicem à quo, brevior intro-")
4 (beside "Aliter at-")
5 (beside "Non inutiliter")

pter incidentes ferias, ante termini finem introduci nequeat: ea deserta putetur? Et benigniorem sententiam (stricto Ordinationis jure, quo super desertione pronunciandum foret, posthabito) Domini Assessores amplexi sunt: statuendo scil. appellationem propter incidentes ferias non desertam haberi: sed in primâ post ferias audientiâ, reproductionem ejus fieri posse. *Andr. Gail. d. obser-*
6 *vat. 140. num. 5. & 6. lib. 1.* Secùs, si feriæ solemnes fuerint, aut etiam ab initio feriarum terminus iste statim expirârit. Tum enim appellans, ut qui eas prospicere facilè potuerit, quasi nimiùm sese coarctârit, appellationem dereliquisse censetur. *l. 26. §. 7. ff. Ex quibus caus. majores, &c. l. 2. §. 8. ff. si quis caut. Gail. d. observat. 140. num. 6. per l. 2. §. illud. C. de temp. appellation.*

V.

1 Ei porrò, qui appellat, annus impertitur, intra quem secundùm se, communitervè cum adversario litem exequatur: aut etiam ex justa causa alius annus indulgetur; quo completo, lite non transactâ, rata manet sententia.

Authent. ei, qui. C. de temp. appellat. & l. si. §. illud. Cod. eod. cap. 57. §. licet. cap. 5. ext. eod. hoc tit. & cap. 6. hoc tit. in Clement. l. 18. Cod. eod. Gravæus libr. 1. conclusion. practic. conclus. 141. num. 1. Limitationes hujus conclusionis

nis vide apud Marant. hoc tit. numer. 228. & ſeqq. & apud Specul. hoc tit. §. Nunc breviter. nu. 2. 3. 4. & in Auth. ſi appellatione. C. de tempor. appellat. item. Gravæum d. concluſ. 141. nu. 5. & ſeqq. Illud in diſquiſitionem hoc loco de- 2
duci non infrèquenter ſolet: Utrùm, ſi appellans inopiâ, & extremâ rei familiaris anguſtiâ excluſus, appellationem congruo tempore non introduxerit, aut proſecutus non ſit; hoc nomine excuſationem mereatur? Et in Camerâ Imperiali ſanè, notoriam ac manifeſtam paupertatem (in iis, quæ ſumptum aut expenſas deſiderant) à deſertione appellationis excuſare, certo certius eſt. *arg. c. pen. ibi, ſi conſtiterit. ext. de ſolut. Gail. lib. 1. obſervat. 142. nu. 3. referens Guid. Pap. deciſ. 436. num. 22. Mynſinger. centur. 4 obſerv. 97. per l. 8. §. 8. ff. Mandati. & c. 4. ext. de cenſib. Gravæus d. lib. 1. concluſ. 142. per tot.* De hoc major eſt du- 3
bitatio: An primo anno, qui proſequendæ & finiendæ appellationi deſtinatus eſt, elapſo; Judex, tanquam appellatione deſertâ (ſi non aliundè, appellantem in eâ proſequendâ impeditum fuiſſe conſtet, & liqueat) ſententiam ſuam executioni demandare indifferenter poſſit? Et, cōmuni Dd. traditione rejectâ, ajentem (parte tamen à judice appellationis citatâ) opinionem tuebor. *Vide omninò hac de re Marant. hoc tit. num. 241. & ſeqq. & Panorm. in cap. 8. ext. hoc tit.* Ejuſdem farinæ 4
quæſtio eſt: An expreſſo partium conſenſu,

appellationis exercendæ terminus, prorogari possit, ad eum effectum, ut etiam ultra biennium duret? Et, ut ampliorem ac laxiorem; ita breviorem quoque eum, de voluntate partium effici posse, firmis utriusque juris rationibus nixus, constanter assero. *c. quamdiu. hoc tit. in Clement. & ibi glos. in verbo, compromissum. l. f. §. fin. C. de temp. appellat. Marant. hoc t. num. 236. & seqq. Gail. d. lib. 1. observat. 141. nu-*
5 *mer. 4. 5. 6.* Idemque procedit; si, appellatione pendente, in arbitros (non etiam, si in arbitratores) partes compromisissent. *Marant. modò d. loco. Gail. d. loco. per Authent. si tamen. & ibi glos. in verb. ex cursu temporis. C. de temp. appellat. argument. l. 16. C. de inoffic. testament.*
6 Hæc tamen prosequendæ appellationis fatalia, propter multitudinem causarum, quarum plurimæ (ut graves, & arduæ) tam angusto temporis intervallo expediri nequeunt, in supremo Rom. Imp. Consistorio non attendi, certum est. *Gail. d. observ. 141. num. 7. per not. Speculat. in d. §. nunc breviter. num. 4. hoc tit. Quemadmodum & à cæteris Curiis tempus istud appellationis prosequendæ paulatim recessit, Vult. lib. 2. Jurisprud. Rom. cap. 33. num. 48.*
7 *D. Bocer. class. 5. disput. 23. thes. 166.* Quod ita demum verum est: si modò prosequendæ appellationis tempora coram inferioribus judicibus ritè observata sint. Eo non facto: appellatio, velut deserta, ne in Camerâ quidem reci-

recipitur. *Gail. d. observat. 141. num. 8. per text. in d. Authent. ei, qui. Cod. de tempor. appellat.* Sed nec hoc prætereundum; quòd si quis, ob impedimentum aliquod, adversùs lapsum fatalium, in integrum restitui cupiat: non solam impedimenti probationem sufficere: nisi etiam, illo impedimento remoto, se in morâ non fuisse, neque nimiùm sese coarctasse, sed ad exercendam appellationem debitam adhibuisse diligentiam, probârit. *Gail. d. lib. 1. observ. 143. num. 2. & 3. Mynsing. cent. 5. observ. 98. per l. 14. ff. de re milit. l. 2. §. 5. ff. si quis caut. l. 19. § 1. ff. de probat. l. 40. in princ. ibi, nec per te, &c. ff. de condit. & demonstrat. & ibi Br. num. 1. latè Gravaus d. libr. 1. conclusion. practicar. concl. 143.* 8

VI.

Non ignorandum est illud: si quis in quacunque lite, secundâ vice provocaverit (quò litigantium libidini, & calumniis occurratur) non licere ei tertiò in eadem lite, super iisdem capitulis, priorum judicum sententias retractare: *(a)* cùm, toties à recti judicii tramite Judices declinare, rationi & veritati consentaneum non sit. *(b)* 1

a) *l. 1. C. Ne lic. tert. provoc. c. 1. de sent. & re jud. in Clement. c. directa. 39. c. sua nobis. 65. & ibi glos. in verb. tertiò appellare. ext. de appellationib. & c. 39. §. si quis in quacunque. 2. quæst. 6.*
(b) *Q. Mandos. in tract. de inhibit. quæst. 29. nu. 2.*

2 *num.2.* Quod aliter se habet: si non super iisdem, sed omninò diversis, eâdem licèt in causâ, capitulis: vel etiam in eâdem causâ, superque iisdem capitulis, novum tamen gravamen, per sententiam tertiâ vice latam, à judice inferatur. Eâ enim ratione, vel millies provocare fas est. *Philip. Franc. in d. c. directæ col. 3. in princ. de appellat. arg. c. 3. 8. & c. 16. 2 q. 6. Angel. Aret. in d. l. 1. C. ne lic. tert. Marant. h. n. 281.*

3 Ex his elegans ista profluit quæstio: Si uterque, & actor & reus, binas habeat in sui favorem latas sententias cõfirmatorias: quis eorũ (cùm nulli ampliùs provocare liceat) præferendus sit? Et siquidem prima sententia pro actore lata fuerit: ejusdem conditionem potiorem fore, haud absurdè dicitur. *Per ea, quæ not. Specul. hoc tit. in §. quoties. num. 3. & Joan. And. in addit. ad Specul. eo. §. in verbo, relinquendum. & Joan. Ludovic. Bend. in tract. de Revis. &c. conclus. 19. num. 21. Vide Arnoldum de Reyger in process. judiciar. disputat. 10. con-*
4 *clus. 13. in fundamentis, circa finem.* Interim hoc memori mente tenendum: trium conformium sententiarum, contra appellationem objectam exceptionem, in Camerâ Imperiali non attendi: sed, eâ rejectâ, nihilò seciùs appellationem admitti. *Mynsinger. centur. 1. observat. 15. Gail. lib. 1 observ. 72. num. 3.*

VII.

1 Instrumentum appellationis, seu libellus

ap-

appellatorius ita concipiendus erit: ut habeat scriptum, & à quo datus sit, hoc est, quis appellet & adversùs quem: & à quâ, cujusvé judicis sententiâ. *(a)* Fit appellatio etiam 2
per hæc verba: Appello, vel submitto me protectioni talis Judicis. Hæc enim verba, vim appellationis important: siquidem à Notario instrumentum appellationis haberi non possit: aut etiam apud acta quis appellationem interposuerit. *(b)*

a) *l. unica. ff. de libellis dimissor. l. 1. in fin. ibiq; Bartol. & cæteri Dd. ff. de appellationib. Speculat. eod. tit. §. qualiter 6. num. 4. Marant, eod. t. num. 139. & Wesenbec. in Paratit. ff. tit. de appellat. num. 9. De formis appellandi latè agit Hostiens. in tit. de appellat. mihi fol. 641. & seqq. Emericus à Rosbach. in process. judiciar. tit. 73. num. 41. & subseqq.* (b) *c. ad audientiam. 34. ext. de appellat. l. 2. ff. eod.* Fürst. Würt. ernewert Landtrecht / *part. 1. tit. 58. §.* Es ist auch gnug / rc. *pag. 171. Marant. hoc tit. numer. 135. Mynsinger. centur. 1. observat. 83.* Illud namq; 3
certi juris est, & dubitationem non habet: quòd à sententiâ definitivâ, vel ab interlocutoriâ quoque, vim tamen definitivæ habente; vivâ voce, in cõtinenti (hoc est, judice adhuc pro tribunali sedente, nec ad extraneos actus divertente) provocare concessum sit.

Specul. tit. de appellat. d. §. 6. in princ. & num. 1. Marant. d. tit. num. 136. num. 137. & num. 142. Ordinat. Camer. part. 2. tit. 29. §. 2. & 3. d. l. 2. l. 5. §. fi. ff. hoc tit. l. 14. C. eod. c. fi. in fi. 2. q. 6. Ferrar. in form. app. à def. num. 12. At ab interlocutoriâ vim definitivæ non habente, sive statim, sive ex intervallo, ut & à definitivâ, ex intervallo post sententiam latam (quibusdam tantùm brevioribus, & levioris momenti negotiis exceptis) si valere debeat, appellationem non nisi in scriptis fieri posse, plusquam manifestum est. *c. 1. & ibi gloss. in verb. in scripto. & alia gloss. in verb. jus novum. hoc tit. in 6. Specul. d. §. 6. num. 1. Alex. post Br. in l. ejus, qui. 4. ff. de appell. recip. Marant. hoc tit. num. 136. & 143. per d. l. 2. d. l. 5. ff. eod. d. l. 14. C. eod. Ferrar. in d. form. appell. à def. mihi fol. 223.* Quando verò in scriptis appellatio facta dicatur: & an tum etiam, cùm appellans Notario dicit: scribe, me à tali sententiâ in tali causâ latâ, provocare: id non usquequaque inter Interpretes nostros expeditum est? Sed verior prævaluit sententia: tum solùm in scriptis appellationem factam censeri: cùm libellus appellatorius scriptus judici porrigitur: aliter, atque si quis vivâ saltem voce, tenorem appellationis dictitet: eumque Notarius in scripturam deinde redigat. Hic enim (ejusmodi provocatione, ut invalidâ non obstante) elapso

ela pso decendii spacio, sententia in rem judicatam transiret. *Cornel.consil.95.col.1.in fi. & col.seq.in 4. vol. Marant. hoc tit. num. 139.* De 6
hoc non minus controvertitur: An appellatio alternativo, id est, hoc modo facta: peto hoc fieri,& nisi id fiat,appello: locum habere debeat? Eo rejecto (propterea quòd à futuro gravamine appellare prohibeamur) his verbis, *peto gravamen scil illatum revocari, & nisi fiat, appello*, provocationem legitimè interponi,ex sententiâ Speculatoris concludo. *Speculat. d. tit. de appellat. §. 6. numer. 6.7. & 8.*

VIII.

Istud ambiguitate plenum est: Num causæ 1
gravaminis appellationi nominatim inseri debeant,nec ne? Et,in appellatione ab interlocutoriâ, regulariter eas exprimendas esse: non item in eâ, quæ à sententiâ definitivâ interponitur, communiter Dd. visum est.

c.ut debitus.59.ext.hoc tit.& c.5.ibiq; glos. in verbo, interlocutoria.& verbo, nominatim.hoc tit.in Clement.& c.1.ubi Geminian.hoc t. lib.6. l.2.ff. hoc tit. Specul. tit. de appellat. §.6.& §.10. num.19.eo.t. Marant.num.153.eod.Manfred.in tract.de attentat.lib.1.part.9.num.24.Ferrar.in form. à sent. def.pag.220.num.1.& 2.Bend.conclus.13. num.1.2.3.4.de Revis. Mynsing.cent.3. observ.15.num.4.& 5.Rulant.lib.6.de processu,

quem commissar. &c. cap. 13. num. 15. Termin. de process. judic. c. 53. Sichard. in l. 12. §. sed juramento. num. 4. C. de jurejur. & in Rubr. C. de sentent. &c. num. 9 Schenck. lib. 2. progymnas. c. 15. & conclus. 55. Frider. Mindan. lib. 1. de processib. &c. cap. 7. nu. 3. Brechter. in process. judic. c. 15. Schvvanman. in process. Cam. lib. 2. c. 1. n. 9. & c. 7. per tot. Reyger de process. judic. disput. 10. conclus. 11. Berchtold. in tract. de judic. conclus. 346. Rosbach. in process. judiciar. cap. 71. num. 12. & cap. 73. num. 26. Talisque causæ expressio coram judice à quo, fieri debet: nec valet, si simpliciter à judice à quo provocaverit quis, & posteà demum coram judice ad quem, causas gravaminis explicare velit. *d. c. 59. ibi, coram eodem judice. ext. de appellat. & ibid. Panorm. in 2. col. vers. ultimò nota. quod Maranta d. t, num. 153. notandum dicit.* Hoc autem non procedit. si causa gravaminis in mero Jure consistat: adeoque nullam facti probationem desideret. vel etiam si interlocutoria, sententiæ definitivæ vim atque robur obtineat. *Marant. d. t. de appell. nu 156. & seq.* Hic sæpenumero à nonnullis quæritur: si quis vivâ voce primùm appellarit, reservatâ tamen in scriptis appellandi potestate, ac deinde in scriptis appellet: utra ex his appellatio valere, seu utri earum appellans adhærere debeat? Et mihi probabilior eorum sententia videtur: qui priorem, legitimè tamen interposi-

tam,

tam, prævalere: alterã verò, ut frustraneam & inutilem reiiciendã, existimant. *Marãt. d. t. de appell. à n. 144. usq; ad n. 151. Bl. in addit. ad Specul. mihi fol. 871. col. 2. Ferrar. in d. form. appell. à sent. mihi p. 223. n. 2.* Quamvis & in Camerâ de- 5
cisum fuisse non ignoram: in arbitrio appellantis positum esse, utramcunque ipse prosequi malit: ita ut, unâ earum electâ, altera concidat. *Mynſ. cent. 1. obſ. 7. per l. 28. C. h. t. & c. 70. §. illi deniq; ext. eod.* Cæterùm si quid in agendo 6
negocio minùs se allegâsse litigator crediderit: quod in peracto judicio omissum est, apud eum, qui de appellatione cognoscit, persequetur. *l. eos, qui. 6. §. 1. Cod. de appellationibus.* Modò tamen novæ illæ assertiones, vel exce- 7
ptiones, non ad novuum capitulum pertineant: sed ex illis oriantur, & illis conjunctæ sint, quæ apud anteriorem judicem noscuntur proposiæ. *l. 4. & ibi gl. C. de temp. appell. c. 17. & ibi gl. notab. in verbo, novis. ext. de testib. Marant. h. t. n. 162. & seq.* Quam sentẽtiam Came- 8
ræ quoq; præjudicia comprobant. *Gail. lib. 1. obſ. 128. n. 7. & 8. per tex. Ord. Cam. par. 3. t. 33. §. 1. & 2 ibi,* Noch weitter darthun vnd beweisen/ ꝛc. Sicut etiam novæ probationes, propter ti- 9
morem subornationis (de Jure præsertim canonico) nõ admittuntur: si super eisdem articulis, vel etiam directò, & ex diametro sibi invicem repugnantibus, per testes producãtur.

c. 2. &

cap. 2. & ibi glos. in verbo, appellationis. de testib. in Clement. Salic. in Authent. atqui semel. numer. 5. & ibi cæteri D.D. C. de testib. Ferrar. sæpè
10 *d. loco. numer. 2.* Sed hoc in terris Imperii non usque adeò usitatum; atque etiam in Camerâ semel atque iterum, diversum observatum atque receptum esse, Mynsingerus attestatur. *observ. 41. cent. 1. ubi tamen sententiam d. Clement. de testib. de jure veriorem esse, ingenuè*
11 *fatetur.* Et hæc quidem de appellatione à definitivâ, dicta sunto. At verò ea, quæ à sententiâ interlocutoriâ interponitur, non nisi ex causis antiquis, & in appellatione nominatim expressis, justificari; neque de novo quidquam adferri aut produci potest. *d. c. 5. & ibi glos. in verbo. interlocutoria. hoc tit. in Clement. Marant. eod. tit. num. 159. & num. 164. & seqq.*

IX.

1 Tandem judex, à quo provocatum est, appellationem admittere, & (si modò justâ, & legitimâ ex causâ interposita deprehendatur) ei reverenter deferre tenetur. Hoc enim si facere recusârit: pœnam Jure præfinitam incurrit. Canonico quidem, aut ab officio removetur, aut ad sedem Apostolicam, dignam pro meritis pœnam recepturus remittitur: civili verò, auri pondo 30. mulctæ nomine Fisco inferre cogitur.

l. quoniam. 21. & l. judicibus. 24. C. de appellationib.

tionib. c. de priore. 31. ext. d. tit. can. 11. ibiq; gloss. in verb. excessu. 2. quæst. 6. Novell. 82. cap. 12. Speculat. tit. de appell. §. 9. num. 1. & Marant. eod. tit. num. 210. & 399. At quid, si judex non 2
simpliciter appellationi detulerit, sed cum clausulâ: *Si & in quantum, &c.* (quæ pro more Curiarum, per Secretarios, *ut nunc appellitant*, sive actorum magistros plerunque apponi solet) num his verbis appellatio censebitur admissa? Mihi, siquidem ex causâ justâ, & legibus consentaneâ provocatum sit, affirmantium magis arridet sententia. *Br. in l. 4. col. pen. in fi. ff. de decretis ab ord. fac. Marant. hoc tit. nu. 211. Q. Mandos. in tract. de inhibit. quæst. 75. num. 7. & 8.* Illud hoc loco judex, à 3
quo appellatum est, memoriæ suæ infixum diligenter teneat: ut si de justitiâ appellationis dubitet (appellante, putà, probabilem saltem, nō omni exceptione majorē, appellationis suæ causam exponente) si non frustratoriam & frivolam eam esse, certò deprehendere queat: in ea admittendâ difficilem, aut durum sese non præbeat. *c. ut debitus. 59. §. cùm autem. c. cùm speciali. 61. §. excessu. ext. de appellat. Specul. d. §. 9. num. 5. & 6. Guid. Pap. in tract. de appell. num. 89.* Quid, si appellatio, rei qui- 4
dem veritate inspectâ, reprobanda (pone, sententiam in rem judicatam transiisse, aut alio quopiam respectu executioni mandandam esse) de facto tamen per judicem ad quem

quem, admissa, atque à partibus coram eodem processum sit: an judex appellationis in ea porrò etiam cognoscere, & sententiam proferre debebit? Atque debere, non præter rationem Innocentius voluit, *in c. cùm dilecta. 22. ex. de rescript. & in c. cùm Bertholdus. 18. ext. de sent. & re judicat. prout eum refert, & se-*
5 *quitur Mynſ. cent. 6. obſ. 49* Actorum præterea copiam judex à quo, sub suo sigillo judiciali plenam, non mancam aut imperfectam, ad investigandam veritatis fidem, appellanti justâ mercede redimendam, edere tenetur. *c. 11. & ibi Panor. ex. de probat. Mynſ. cent. 2. obſ. 16. Ordin. Cam. part. 2. tit. 31. in pr. l. 2. C. de edendo, &*
6 *ibi Salic. l. 15. & l. 19. C. h. t.* Et ad id faciendum mandatis compulsorialibus, clausulam justificatoriam annexam non habentibus, adigitur: sub certâ pœnâ pecuniariâ, si intra terminum præfixum eorum potestatem appellanti non fecerit. *Gail. lib. 1. obſ. 134. num. 1. 2. 3. Ordin. Cam. d. part. 2. d. t 31. §. 1. & part. 3. tit. 31.*
7 *§. 4. cum ſeqq.* Quæ tamen mandata, non condemnationem illicò; sed de condemnando comminationem duntaxat, si mandato non pareatur, continent. *per notata gl. & Br. in d.*
8 *l. 2. C. de edendo.* Ideoque ad appellantis instantiam, arctiores compulsoriales decernuntur: quibus citatio contra judicem à quo (ad videndum se incidisse in pœnas simplicium, vel allegandum causas justas, cur hoc fieri non

ri non debeat) inſeritur: eique, ut legitimâ requiſitione factâ, pro debitâ mercede, acta edat (ad evitandam comminatam ex conſtitutione Imperii banni pœnam) denuò demandatur. *Gail.d.obſer.134.num 4.lib.1.* Unde reproductis in termino arctioribus: judex à quo, cauſas moræ (cur hactenus actorum copiam non fecerit) allegare & deducere, eaque ratione ſimplicium compulſorialium pœnam (actorum editione factâ) evitare poterit. *And. Gail. loco proximè notato.* Tametſi utiliſſimum fore, ſi ſimplices etiam compulſoriales prædictam citationem annexam habeant (longioris evitandæ circuitionis gratiâ) noviſſimè in Comitiis Spirenſibus pragmaticâ ſanctione ordinatum ſit. *In Comit. Spirenſ.celebratis Anno 70.* 9 10

X.

Alterâ deniq; parte per contumaciam abſente; etiamſi lis conteſtata non fuerit (ſi quis gravamen, propter quod appellandum duxit, probare paratus ſit) ſuper eo judex appellationis rectè procedit: quòd ſi etiam in appellationis articulo, vel negocio & causâ principali, litis conteſtatio facta ſit: tum etiam principale negocium ſibi commiſſum, vel per appellationem ad ſe devolutum (cùm de meritis cauſæ liquebit) per ſententiam definitivam determinare poterit. 1

c.per

c. per tuas. l. 58. & c. 70. ext. hoc tit. Specul. §. 10. num. 3. eo. t. arg. l. f. §. illud. C. de temp. appellat. &
2 *Novell. 126. cap. 2.* Neque solummodo sententiam in primâ instantiâ latam, justam, aut injustam esse, pronunciandi: sed etiam, negotio plures articulos habente, uno rejecto, alterius confirmandi, & omninò, prout ipsius religio suggesserit, & æquum justumque visum fuerit, emendandæ sententiæ liberam potestatem habebit. *cap. 16. c. 18. ext. de testam. Speculat. tit. de sentent. §. 6. num. 24. & tit. de appellat. §. 10. num. 6. & in d. § 6. num. 24. & ibi Joan. And. in addit. super verbo. in principio, &c.*
3 Quinetiam si ex dictis testium, uel instrumentorum, aliisque liquidis probationibus, ei de rei veritate constiterit: de facto supplendi, facultas tribuitur: nisi appellans ad certa tantùm, contra se facientia, & militantia capitula, in appellando sese restrinxerit. Tum enim eorum respectu saltem, siquidem ab aliis separata sint, causa ad judicem appellationis devoluta censebitur. *Guido Pap. in tract. de appellat. num. 80. allegans Panorm. in c. cum Joan. Eremita. ext. de fide instrument. ubi monet, appellare volentem, ut à partibus & capitulis, contra sese facientibus duntaxat, non verò generaliter, & indefinitè appellet.*
4 In hoc autem potissimùm consuetudinem litigantium judex sequetur. *Speculat. d. §. 10. num. 7. per c. 19. ext. de jurejurand. & c. 3. §. nos igitur. ext. de eo, qui mit.*

mit. in possess. Ex his utilis, & quotidiana sub- 5
oritur quæstio: An etiam, ad petitionem ap-
pellati *(ut vocant)* cùm is tacendo & non ap-
pellando, sententiæ pro se latæ acquievisse
præsumatur, eam in melius reformare, adden-
do vel detrahendo, judici appellationis li-
ceat? Et, per Dominos de Rota, affirmativè
decisum est. *Guid. Pap. h. nu. 79. per d. c. 19. ext.
de jurejurand. & l. 1. in f. ff. ad Senatuscon. Tur-
pillian.* Quælibet enim appellatio utrique 6
parti communis est: & provocationis reme-
dio, universa condemnationis pronunciatio
extinguitur. *Gail. libr. 1 observat. 144. num. 2.
Mynsinger. cent. 2. observ. 21. per c. 26. & cap. 39.
extr. eod. d. l. 1. in f. ff. ad SC. Turp. Marant. h.
num. 282. Q. Mandos. de inhibit. q. 48. num. 2.
& 3.* Ad effectum appellationis hoc quoque 7
pertinet: ut per eam causa ad superiorem de-
voluatur. *Guid. Pap. de appellat. num. 6. Gail. d.
observ. 144 num 1. lib. 1.* sententia prioris judi-
cis suspendatur. *arg. l. furti. 6. §. 1. ff. de his, qui
notant. infam.* ejusque manus ligatæ sint:
adeò, ut ea interim neque executioni manda-
ri, neque aliter quidquam, appellatione pen-
dente, innovari possit. *l. 1. in princ. & §. 1. ff. ni-
hil novari appell interpos. l. 5. §. 2. & l. seq. ff. de
appellat. recip. l. 3. Cod. hoc tit. Speculat. hoc
tit. §. 11. num. 2. Vultejus libr. 2. Jurisprudent.*

Roman. cap. 33. numer. 56. Joann. Emeric. à Rosbach. in proceß. judiciar. tit. 73. numer. 39. & 40. Besoldus in Discursu Jurdico-Politico. de appellationib. cap. 12. numer. 2. effect. 3. Joann. Wames. in tractat. de appellat. cap. 17. numer. 1. & capite 51. num. 1.

CON-

CONCLUSIONUM CONTROVERSARUM,

EX PROCESSU JUDICIARIO UNIVERSO DElibatarum,

DECAS XX.

ATTENTATORUM & Inhibitionis Remedium explicans.

CONCLUSIO I.

APPELLATIONE à definitivâ sententiâ interpositâ, rejectâ omni distinctionis rationem, sive prioris instantiæ Judex appellationi deferat, sive non; ulterius ipse in causa procedere nequit. Quocircà si quid interim attentatum, innovatumvè fuerit: id per re- 1

medium attentatorum statim, semper & ante omnia, regulariter rescindendum veniet. *(a)* Quod nil aliud esse videtur; quàm Judicis officium, quo ea, quæ lite vel appellatione, aut ad minimum termino ad appellandum pendente, nec dum finità, contra jus innovata sunt, revocantur; & in pristinum statum reponuntur. *(b)*

a) *c. non sollùm. 7. ibiq; glos. & Dd. communiter. tit. de appellationib. in 6.* Fürstl. Würt. ernewert Landtrecht / *part. 1. tit. 72. pagina 196.* (b) *per notata Menochii remed. ult. de recup. possess. num 24. & seqq. Hieronymi Manfred. lib. 1. de attentat. part. 5. num. 1. & lib. 2. concl. 3.*

Itaque si quid aliter, quàm lite pendente, attentatum fuerit: id non hoc, sed pro negotiorum & causarum diversitate, diversis etiam remediis, retractandum est. *Francisc. Ripa. in cap. sæpè. 18. ext. de restitut. spoliat. Menoch. passim in d. remed. ult.* Tum autem lis pendere propriè dicitur (quod ad præsens quidem institutum attinet) cùm à judice competenti citatio emanavit, & ad partem citatam pervenit, aut (quod perinde habetur) si per eam, quò minùs ad ejus notitiam deferri posset, factum est: dum tamen hæc, quibus plenè de iis, quæ in judicio agitabuntur, instrui possit, in citatione expressa sint. *c. f. & ibi glos. ut lit. pendent. in Clem. & Hostiens. in c. 1. eo. t. cap. 20. de offic. & potest. delegat. cap. 9. ext. de constitutioni-*

tionib. cap. 13. de despons. impub. Francis. Herculan. in tract. de attentat. c. 6. num. 7. 8. 10. & seqq.
Et hæc quidem de reo accepta, veritati & ra- 5
tioni congruunt. Quod verò ad actorem: ad hoc, ut attentata revocari possint, lis tum etiam pendere dicitur; cùm post impetrationem & præsentationem rescripti, à Judice citatio decreta fuerit: licèt ea ad Rei notitiam non pervenerit. Nec enim ejus, quod scivit, aut certè nosse & scire debuit, ignorantiam actor jure prætendet. *Herculan. in d. tract. d. c. 6. Et de hac attentatorum materiâ complura observatu dignissima annotavit Joan. Vincent.*
Hondedeus vol. 2. consultat. 95. per tot. De ap- 6
pellatione quoque extrajudiciali, an ea litis pendentiā induceret, sæpiùs dubitatum legimus: & an ea, quæ post appellationem hoc modo interpositam innovantur, per viam attentatorum revocanda sint? Ego, antequam causa appellationis cognita, & approbata sit, quòd de temeritate aliqua (propter justum ignorantiæ prætextum) partes facilè redargui nequeant, negantium sententiæ patrocinor, *per tradita à Francis. Hercul. in d. tract. de attent. c. 10. per tot. Rota decis 69. de appellat. in*
antiquis. In quâ hoc quoque singulàriter ob- 7
servatum deprehendimus: ut ea tantùm, quæ directò contra ipsam appellationem tendunt, remedio attentatorum revocari debeant: secùs atque in appellatione judiciali re-

ceptum est, in quâ non ea solummodo, sed & alia, quæ quaçunque ratione innovata sunt, rescinduntur. *Marant. de ord judicior. t. de appell. 11. num. 401. Manfred. d. lib. 2. de attent. conclus 102. Hercul. in d. tract. cap. 10. nu. 18. Francus in cap. 1. in ult. not. ext. de appellat.*

I I.

Duobus autē potissimùm modis attentata revocantur. Uno, extra ordinem, officio Judicis mercenario: quod implorantes properando petimus; attentata in primis, & ante omnia revocari: ita ut interim sileat negotium principale, & ad exitum usque causæ suspendatur. *(a)* Altero, per viam directæ petitionis, & judicii ordinarii, unà cum causa principali: quâ, expectato eventu litis & negocii principalis, per sententiam in eo latam revocari attentata possunt. *(b)*

a, *Hieronym. Manfred lib. 2. de attentat. conclus 31. Octavianus Vestrius in practica sua, libr. 8. pag. 154. Herculan. in tract. de attentat. cap. 11. num. 1. & cap. 14. num. 16.* Quod tum maximè locum habet; cùm attentata notoria sunt, & liquida: in quibus etiam nec libello, nec litis contestatione opus est. Hic enim (causâ principali prætermissâ ac suspensâ) ante omnia ad revocationem attentatorum agitur: hoc scilicet modo: Hodie constat, hodie agatur, hodie attentatum

ho-

hodie attentata revocentur. *capite 1. ut lit. pendent. in 6. Hostiens. ad Tit. ut lit. pendent. numer. 3. Ordinat. Camer. part. 3. tit. 31. §. 14. Gail. observat. 146. num. 6. & seq. lib. 1. Denaisius in Compend. juris Cameral. tit. 43. num. 2 & 3.* (b) *Herculan. d. tract. de attentat. d. cap. 11. n. 1. §. 1. & cap. 14. num. 20. & num. 16. in princ* Maximè si quæstionem abstrusiorem attentata habeant, & altiorem indaginem desiderent, eoque in continenti deduci ac probari nequeant. Tum enim, ut utrumque judicium simul & conjunctim expediatur, atque determinetur, necesse est. Fürst. Würt. ernewert Landtrecht / *part. 1. tit. 72. §. ult. pag. 197. Gail. d. observat. 146. num. 2. Br. in l. 12. §. nihil commune num. 23. ff. de acquir. possess. Besold. in Discursu Jurid. Politic. de appellationib c. 12. nu. 5.* 3

Et ratio diversitatis in hoc potissimùm consistere videtur; ut in priori modo libellus, litis contestatio, & cæteræ quoque solennitates ad ordinarium juris processum pertinentes, requirantur: posteriori verò, breviori & quasi regiâ manu, ac de plano procedatur. *Hercul. d. tract. c. 12. nu. 1. & cap. 14. n. 18. & seq. Manfred. d. lib. 2. de attent. concl. 5. & 199. Salicet. ad l. 3. C. de appellat. n. 7. & 8. contra Mynsinger. cent. 1. obs. 26. & cent. 3. obs 33.* 4

Quid autem, si in principali conclusum, causa verò attentatorum ad finem necdum perducta sit: 5

an in principali nihilominùs pronunciandum erit? Et, donec attentatorum quoque causa exitum sortiatur, tantisper in negotio principali sententiam esse differendam: quo facto; primùm in causâ attentatorum; deinceps autem in principali quoque negotio, eam ferendam esse, Cameralibus frequentiùs placuit. *Mynsing. cent. 3. observ. 33. per ea, quæ Joan. Andr. notavit in c. 7. de appellat. lib. 6. & Guid. Pap. decis. 426.* At è contrario, licèt (causâ principali cœptâ, & libello in negotio attentatorum exhibito, liteque desuper contestatâ) utraque simul agitari in judicio, & exerceri debeat: si tamen in causâ attentatorum priùs, quàm in negotio principali concludatur: Judex, non expectatâ conclusione causæ principalis, super attentatis (dummodò ea diversam à negotio principali rationem obtineant) pronunciare debebit. *Gail. d. lib. 1. observ. 146. nu. 8. & seq. Salicet ad d. l. 3. C. de appellationib.*

III.

Sed & ex mero puroque officio suo, ac motu proprio, Judex interdum, & non ad partis instantiam, adeoque non actionis jure, attentata revocat: penes se retinendo possessionem, vel penes tertium quendam eam deponendo.

Philip. Francus in c. bonæ memoriæ. 51. nu. 15. ext. de appellationib. Hercul. in tract. de attentat.

tat.cap.7.num.18.c.11.num.2.circa fin.& cap.29. num. 50. & 165. Quintilian. Mandos. in tractat. de inhibit.quæst.99.num.7.& 8. Eò, quòd legem 2
& judicem potiùs, quàm partem deludat, ac contemptui habeat is; qui, provocatione pendente, aliquid innovare ausus est. *cap.1.§.f. & ibi Dd.de appell. libr.6. Rota decis.2.de restit. spoliat.& decis.1.de appellat.in novis.argu.l.1. in princ. & l.7.ff. de postulando. & l.9.ff. de pœnis. Q.Mandos. dict. tract. quæst 30.num.2.* Ex istis 3
resultat nunc explicatio, difficilis & confragosæ illius quæstionis, quæque Dd. nostros plurimùm torsit, dubitantes: An jus attentata revocandi, nobili; an potiùs mercenario judicis officio expediendum foret? Hæc nimirùm: ut, siquidem ad partis instantiam propter privatum ejus interesse administretur; officio judicis mercenario: sin verò propter solius legis, & judicis contemptum; nobili judicis officio controversia dirimi, ac diffiniri debeat. *latè post alios, quos citat, Franciscus Hercul.d.tract.de attent.c.12.nu.1.2.3.* Quam- 4
vis, reipsâ penitiùs introspectâ, exigua sanè, aut propè nulla, inter hæc duo interesse videatur differentiæ ratio. *Hercul.d.c.12.num.3. Speculat.tit.de offic.omn.jud §.potest.7.vers.sed quamvis, &c.* Illud diu multumque hoc loco 5
quæsitum est: Quisnám in causâ attentatorum judex sit competens? Et ad officium ejus, qui de appellatione cogniturus est, regulari-

ter pertinere, ut ea, quæ contra ipsam attentata invenerit, diligenter corrigat, jure cautum est. *c. solicitudinem. 54. ibi, nam ad officium. ext. de appellat. argum. l. 2. ff. de jurisdict. omn. jud.* Tametsi hoc etiam judici à quo (si citra appellationis præjudiciũ attentata revocare velit) ut & nullitatis judici (si de nullitate seorsim ab appellatione cognoscatur) permissum esse, non diffitear. *Francus in c. dilecto 63. num. 22. de appellat. Alex. consil. 2. vol. 2. Manfred. lib. 2. de attentat. concl. 8.*

IV.

Nec verò in profanis tantùm, tam civilibus, quàm criminalibus; sed etiam in ecclesiasticis, sicque beneficialibus negotiis, attentatorum revocationi locus est. Adeò, ut ea quoq; sententia, quæ ab aliâ, in cujus præjudicium quid attentatum fuerit, dependet; attentatorum beneficio restauretur.

Herculan. in tract. de attentat. c. 29. num. 8. Manfred. lib. 1. de attent. part. 3. num 17. & lib. 2. conclus. 1. & conclus. 232. Ac licèt contra tertium aliquid in præjudicium interpositæ appellationis molientem, remedio attentatorum non rectè experiamur. *c. Romana. 3. §. in alium. de appellationib. lib. 6. arg. l. sæpe. 63. ff. de re judic. Joan. Monach. in c. cupientes. 16. de elect. lib. 6* alia tamen est ratio, si idem ille tertius, qui innovare ausus est, causam à parte litigante, vel ipso quoque judice habuerit.

Her-

Hercul. d. tract. c. 29. num. 77. & num. 178. per glos. pulcherrimam in c. nō solùm. 7. in verbo reducendum. de appellat. lib. 6. Omnis præterea 3
rei litigiosæ alienatio, vel permutatio, lite pendente facta, utpote legibus interdicta, per modum attentati revocari jure poterit. *Manfred. conclus. 45. & 66. Speculat. in §. Novissimè. 11. nu. 17. & 18. de appell. Hercul. d. tract. c. 29. num. 88. & 98. Q. Mandos. in tract. de inhibit. q. 113. num. 1. & 2.* Et hæc adeò vera sunt: ut 4
tempore feriarum contra jus innovata, itentidem feriarum tempore (præsertim si solum possessionis statum concernant) retractari queant, *tradente Herculano, d. c. 29. num. 129.* Adhæc, is remedii attentatorum favor est: ut 5
super attentatis in judicio agenti, ad prosequendā & finiendā appellationem, à jure destinata fatalia nō currant. *Hercul. d. c. 29. n. 58. & 145. Manfred. lib. 2. de attent. conclus. 16. allegans Afflictum decis. 98. Francum in c. ex ratione. 8. num. 37. & ibid. Decium col. 7. in vers. quartus casus. ex. de appellat.* Huc & illud ac- 6
cedit: quòd, tametsi ea, quæ ante conclusionem in causâ factam, innovata sunt; regulariter post conclusionem, revocari frustrâ petantur: ea tamen, quæ post conclusionem attentata sunt, post eandem (ante sententiæ tamen pronunciationem) redintegrari ac reparari æquum sit.

Ma-

Marant. in Specul. tit. de appellat. num. 402. & seq. Herculan. d. c. 29. num. 30. & c. 22. num. 17. & seqq. item c. 30. n. 109. & 149.

V.

1 Planè, damnorum quoque illatorum, ut ea resarciantur, in revocatione attentatorum ratio habebitur: item fructuum, tam perceptorum, quàm eorum, qui percipi potuerunt, restituendorum: nec non expensarum, quæ in amicis ad propulsandam injuriam comparandis factæ fuissent, ut eæ ab attentante refundantur.

Quemadmodum perspicuè docet Herculanus in tract. de attentat. cap. 29. num. 93. & 210. videatur quoque Arnoldus de Reyger in process.
2 *judiciar. disput. 12. thes. 9.* Cæterùm quibus casibus appellandi facultas adempta est: iisdem quoque, post appellationem frustratoriè interpositam innovata, attentatorum remedio revocare non permittitur: cùm ejusmodi appellationibus non deferendum, sed sententia prolata executioni potiùs demandanda sit. *arg. c. non solùm. 7. ibi, exceptis casibus. ubi glos. de appellat. in 6. Hercul. d. tract. c. ult. nu. 1. & mult. seqq. Specul. in §. novissimè. 11. numer. 1. vers. 4. de appell. Marant. eo. t. numer. 183. Q. Mandos. in tract. de inhibitionib. q. 110 num. 2. Manfred. libr. 2. de attent. conclus. 36. 64. & 121.*
3 Quòd si tum etiam à primæ instantiæ Judice appellationi delatum fuerit: jurisdictionem à se

à se abdicasse omnem, totiusque negotii administrationem in arbitrium superioris contulisse videbitur, *arg. c. cùm appellationibus. 5. de appellationib. lib. 6. Quint. Mandos. d. tract. q. 75. num. 5. 6. & seq. citans ad hoc Joannem Andr. in c. cùm cessante. 60. ext. de appellat. Parisium consil. 106. & alios.* Aut si per Judicem appellationis inhibitio facta sit. Ea enim, usque dum revocetur, timenda erit: neque, eâ durante, quidquam attentare licebit. *Vital. in tract. clausul. sub claus. nil novari app. pen. n. 21. vers. in casibus verò, &c. Manfred. d. lib. 2. de attent. conclus. 171. & 176. Canonistæ communiter in d. c. 7. de appell. libr. 6. Q. Mandos. d. tract. de inhibit. q. 20. num. 2. & q. 28. nu. 2.* 4

VI.

Illud hîc non omittendum: quòd si deseratur appellatio; tam ea, quæ lite pendente, quàm ea, quæ post appellationis desertionem attentata sunt, revocanda non esse. *(a)* Sublatâ enim appellatione, res retrò judicata permanet: *(b)* & principali destructo, ea quoque, quæ consequuntur, sublata intelliguntur. *(c)* 1

a) *Hercul. in tract. de attent. c. fi. num. 69. & num. 130. Manfred. libr. 2. de attent. conclus. 74. & 96.* (b) *l. furti. 6. in princ. ff. de his, qui not. infam. c. 5. vers. infra quod. & c. 54. prope finem. ext. de appellat.* (c) *l. nihil dolo. 129. §. 1. & l. cùm principalis. 178. ff. de reg. jur. l. 2. ff. de pecul.*

leg.

2 *leg. & l. 4. Cod. depositi.* Quocirca, ut etiam desertâ appellatione, nil innovetur, aut etiamsi appellatum sit, id viâ attentatorum revocari queat; memorabilis & notatu dignissima cautela traditur: Ut scilicet hoc casu, antequam appellatus coram judice à quo, executionem postulaturus compareat: appellans eum antevertat, & coram appellationis Judice causam prosequatur: ac impedimenta (quibus exclusus, appellationem prosecutus non sit) alleget, atque deducat. *Philip. Franc. in c. ex ratione. 8. per tex. ibid. extr. de appellat. Manfred. d. libr. 2. conclus. 197. Herculan. d tract. c. fin. numer. 71. vers. & no-*
3 *ta, &c.* Verùm an ad hoc, ut causa deserta censeatur, declaratoria judicis sententia præcedere debeat, & utrùm ea cognitio, ad judicem à quo, an verò ad judicem appellationis pertineat; obscuris Interpretum disputationibus involutum est? Mihi hac ratione distinguendum videtur: Ut, si nunquam judex ad quem, aditus sit, nec ullus coram eo actus introductus: sine alia pronunciatione judex à quo, ut citiùs causa expediatur, ad executionem procedere; vel etiam si malit, terminum juris lapsum, & appellationem desertam ostendere, & appellantem ad expensas condemnare possit, *per notata Panorm. in c. sapè. 44. extr. de appellat. col. 3.*

Sin

Sin autem judex ad quem, aditus; & appellatio coram eo introducta fuerit: ipſe ſuper deſertione declaratoriam ſententiam proferre debeat. *Marant. in ſuo ſpecul. de ord. judic. tit. de appellat. numer. 200. Felin. in c. ex parte. El. 2. col. 6. in fin. & ſeq. col. penult. ext. de reſcript. per l. ſi contra. 8. & l. præcipimus. 32. §. hæc ſi appellatio. 3. C. de appellationib.* 4

VII.

De hoc non eſt dubium: ſi appellans ipſe 1
appellatum ſpoliet, aut quid aliud in præjudicium appellationis pendentis attentet: eum deſeruiſſe appellationem exiſtimari, ejusque beneficio ſeſe indignum reddere.

Mynſinger. centur. 2. obſervat. 50. Gail. lib. 1. obſerv. 146. num. 12. & 13. Herculan. in tract. de attentat. c. 29. num. 150. Bl. in l. 2. col. 10. C. ſi cont. jus vel. utilitat. public. facit c. an ſit deſerendum. 42. ext. de appellationib. Proinde in praxi & 2
uſu forenſi, hoc diligenter notandum traditur: ut, ſi appellatione pendente, appellans quid in fraudem & præjudicium ejus moliatur, libellum attentatorum appellatus nõ exhibeat, ad eum effectum, ut attẽtata revocentur: ſed, ut attentatis probatis, judex appellationis, cauſam veluti deſertam (perinde atque ſi appellatio nunquam interceſſiſſet) ad judicem prioris ſententiæ exequendam remittat.

Gail.

Gail d. observ. 146. num. 12. & præcipuè num. 15. per d c. 42. ext. de appell. & ibi Bald. Panorm. & cæteri. idemq; Gail. allegato loco Cameralium
3 *assensu roboratum asserit.* Porrò tametsi contrà & in præjudicium appellantis, Judex à quo, innovare nequit: in favorem tamen ejus, quo is in pacificâ possessione conservetur, sese intromittere non prohibetur, *per textum in c. cùm teneamur. 17. ibiq; Franc. in 2. notab. ex. de appell. Marant. eod. t. num. 192. vide Q. Mandos. in tract. de inhibit. q. 102. per tot. ubi*
4 *eleganter hanc quæstionem discutit.* Sicut etiam ea omnia, quæ ad faciliorem causæ exitum tendunt (dummodo ipsam appellationem non impediant) jure exequitur. *cap. 2. ext. de matrim. contract. cont. interdict. Eccles. Marant. d. tit. de appellat. num. 196. Manfred. lib. 2. de attentat. concl. 73. Hercul. d. tract. c. fi. nu. 101. & seq. Q. Mandos. in tract. de inhibit. q 58. n. 3. & q. 102. num. 7.*

VIII.

1 Enimverò ut ea, quæ post appellationem, à sententiâ interlocutoriâ interpositam, innovata sunt, remedio attentatorum revocari queant: & approbatam appellationem à superiore, & legitimè ab eodem inhibitionem factam esse, necesse est. *(a)* Quæ non absurdè in hunc modum delineari posse videtur: ut sit prohibitio à majorem potestatem habente, judici, vel parti, vel utrique facta: ne

ne quid faciat, vel cœptum prosequatur: ad conservandum jurisdictionem suam, & jura partium, præcipuè instituta. *(b)*

a) *arg. l. intra utile. 39. ff. de minorib. c. cùm appellationibus. 5. & c. non solùm. 7. & utrobique glos. de appellat. lib. 6. Ferrar. in forma appellan. ab interlocut. pag. 204. num. 5. & in form. appell. à definit. pag. 225. num. 2. & 3. Salicet. ad l. 3. C. de appellat. prope finem.* (b) *arg. text. in l. omnium. 19. ibi, ne post sententiam, &c. C. de testam. c. 6. ibi, sub debito fidelitatis, &c. ex. de foro competent. & per not. Specul. t. de citat. §. dicta de citatione, &c. Q. Mandos in tract. de inhibit. quæst. 1. num. 3. Videatur Emericus à Rosbach in processu judiciar. t. 75. & Reyger in proceß. judiciar. disputat. 11. conclus. 14.* Regulariter autem 2
tametsi Delegatus Ordinario inhibendi facultatem habet; eâ potissimùm ratione, quia Delegatus, quoad causam sibi commissam, quovis Ordinario major habetur: Ordinarius tamen Delegato, utpote digniori & potentiori, procedendi in causâ potestatem, per modum inhibitionis adimere non potest. *cap. 2. ext. de offic. & pot. jud. deleg. c. 2. ext. de offic. legat. cap. 11. §. præterea. vers. ad quod dicimus. ibi, quod cùm delegatus, &c. ext. de offic. jud. ordin. Gail. lib. 1. obser. 97. nu. 9. quem refert novissimè Bender. in Commentar. de Revisione. conclus. 4. numer. 50. pulchrè Quintilian Mandos. in d. tract. de inhibit. quæst. 5. & 6.* An par 3

pari inhibere possit, de hoc magna satis, & confusa est Dd. concertatio? Mihi (juxta terminos inhibitionis judiciariæ) negativa præferēda videtur opinio. *Per l.3. in fin. & l.4. ff. de recept. arbitr. l.32. §. pen. C. de appell. l.13. §. tempestivum. ff. ad SC. Trebell. c.2. & ibi gl. in verbo, in parem. ext. de elect. & d.c.2. ext. de offic. deleg. Mandos. d. tract. q.8. per totam.*
4 De judice ecclesiastico, an is seculari inhibere queat, similiter dubitatum est? Ego illum (causæ tamen cognitione, & partium citatione præmissâ) judici seculari (si spirituale quiddam coram ipso introductum sit) ne interim, donec de incidenti articulo spirituali cognoscatur, in causâ procedat; & generaliter ne se de rebus aut personis ecclesiasticis intromittat, interdicere posse; haud dubitanter assero. *c.5. ext. qui fil. sint legit. c.4. & ibi Anton. de Butr. nu.9. in 7. not. & gl. in verbo, dependentem. ext. de ord. cognit. Marant. part. 4. distinct. 11. nu.55. c.2. de for. compet. c.2. de jurejur. lib.6. c.8. & ibi gl. in verbo, seculares. de sent. excommunicat. lib.6.*
5 Dummodo prædicta inhibitio, terminos causæ, coram ipso introductæ, non egrediatur. *c.3. §. cùm verò is. de appell. lib.6. Mandos. d. tract. de inhibit. c.11. num.2.*
6 Controverti & hoc frequenter solet: an pars pari inhibere ita possit; ut eundem effectum ejusmodi inhibitio sortiatur, quem prohibitio judicis? Ego, adversantium opinione neglectâ, in hoc argu-

argumento, quo de judiciariâ interdictione agitur, negantium sententiam prefero. *Per ea, quæ Mandos. in d. tract. præclarè in utramque partem disputando tradit, in q. 17. per totum.* Aliud tamẽ in arbitris (cùm ad instar judiciorum arbitria redacta sint) juris esse puto, *per l. 1. ff. de recept. arbit. l. pen. §. pen. C. eo. c. 33. 2. q. 6. Mandos. d. tract. de inhibit. quæst. 84. per tot. ubi eum omnino vide.* 7

IX.

Cæterùm ad hoc, ut judex inhibitionem decernere possit: de veritate gravaminis, & utrùm causa appellationis ad ipsum devoluta sit, nec nè, primò omnium ei constare oportet. 1

Franc. Herculan. in tract. de attentat. cap. 28. num. 2. 3. 4. 5. & præcipuè 25. per d. c. 3. & d. c. 7. de appell. lib. 6. Siquidem inhibitio, quæ nullâ causæ cognitione præmissâ, & partium allegationibus non auditis, adeoque per obreptionem potius emanavit, nihil omnino virium habere debeat. *arg. l. 2. l. 5. l. fi. C. Commun. epist. program. &c. & eorum, quæ Mandosius annotavit in tract. de inhibitionib. quæst. 25. num. 2.* Æquè atque si inhibitio nulla sit, & frivola. Nam & hæc aliquam roboris firmitatem obtinere, aut quenquam ligare nequit. *c. 3. & ibi Philip. Franc. super gl. f. de conces. præbend. lib. 6. Specul. in §. 10. vers. 8. ext. de appell.* Proinde si à parte adversâ, in puncto competentiæ, jurisdictio judicis appellationis in dubiũ vocetur: 2 3

donec interlocutione judicis ad quem, hoc dubium sublatum, & pro Jurisdictione pronunciatum sit: inhibitio interponenda non est. *Q. Mandos. in d. tract. q. 94. Gail. lib. 1. observat. 144. num. 4. per notata Innocent. in c. di-*
5 *lectus. 29. ext. de rescriptis.* In Camerâ tamen, quoties de jurisdictionè saltem ex narratione appellantis constat: inhibitio decernitur, & ea, quæ post à judice prioris instantiæ innovata sunt, per viam attentatorum redintegrantur, *ut attestatur Mynsinger. cent. 3. obser-*
6 *vat. 87. num. 7.* Unde & hoc non inconvenienter quæritur: An judex motu proprio, citra partis instantiam, decernere inhibitionem, eamque demandare executioni queat? Et regulariter, nisi imploratum sese non interponere: publicæ tamen utilitatis, aut tuendi honoris, & dignitatis ac existimationis suæ conservandæ causâ; ad inhibitionem procedere eum posse, indubitanter concludo. *l. 1. vers. ait Prætor. ibi. petet. ff. de jur. delib. l. 1. C. ut, quæ desunt advocat. l. 4. §. hoc autē. 8. & l. cùm postulassem. 44. ff. de damno infect. l. 51. ibi, Multa autem. ff. ad l. Aquil. cap. 35. ext. de sentent. excom. Q. Mandos. præallegato tract. de in-*
7 *hibitionib. quæst. 54. per tot.* In interdicto sanè retinendæ possessionis, nec ad instantiam & petitionem partis (quominùs, appellatione pendente, alterutra earum possessionis commodo fruatur; adeoque possessionem continuet)

tinuet) inhibitio concedenda, aut decernenda est. *cap. 1. ut lit. pendent. & c. c. volumus. 16. q. 4. arg. l. 2. C. de probat. & l. fin. C. de rei vendic. Gail. d. lib. 1. observ. 146. num. 14. & observ. 147. num. 2.* Nec enim quisquam (etiam facto ju- 8
dicis, vel per rescriptum Principis) nisi ordine judiciario præmisso, possessione suâ privari debet. *l. 13. ff. quod met. causs. l. 6. & l. 7. C. unde vi. l. fin. C. si per vim, vel alio modo, &c. Dd. & præcipuè Azo ad l. 1. C. de prohib. sequest. pecun. cap. 1. ext. ut lit. penden. c. 2. ext. de sequestr. possess. & fructuum. Gail. d. lib. 1. observat. 144. nu. fin. & duab. observ. seqq. Hercul. d. tract. de attentat. cap. 3. per tot. Menoch. de recup. possess. remed. ult. num 49.* Idemque procedit; si quis a- 9
missam possessionem in continenti recuperet. Hic enim, Juris præsumptione, neque de possessione cecidisse censebitur, *per ea, quæ amplissimè tradidit Mandos. d. tract. de inhibit. q. 23. nu. 5. & seqq.*

X.

Tandem si quis inhibitioni emissæ non ob- 1
temperaverit: pœnam legibus præstitutam incurret: *(a)* aut si nulla expressa sit, præter annulationem actus inhibitioni contrarii, *(b)* propter inobedientiam suam, pro modo, & quantitate delicti, arbitrio judicis mulctabitur. *(c)*

a) *Mandos. in tract. de inhibitionib. q. 44. in princ.* (b) *l. non dubium. 5. C. de LL. l. 6. C. de*

 pact.

pact. l. 28. ff. eod. tit. (c) *l. 1. & ibi gl. & Dd. ff. si*
2 *quis jus dicent. non obtem.* Horum occasione non rarò controvertitur: ecquid Judex plenam & omnimodam: an verò certis legibus adstrictam, certoq; fine conclusam inhibendi potestatem habeat? Et licèt Delegatus modum in rescripto præfinitum excedere non possit: eò quòd ad unguem, ut ajunt, fines mandati custodiendi sint, *l. præterea. 3. §. 1. & 2. l. diligenter. 5 in princ. & l. potest. 41. ff. mandati. c. cùm dilecta. 22 in fine. ext. de rescript.* utrumque tamen, & Delegatum & Ordinarium, ea, quæ ab ipsis tractantur, & tractanda veniunt, vel etiam ab iis dependentia, aut quoquo modo tangentia, nec planè aliena aut exorbitantia sunt, vitandi motus majoris, & pacis ac quietis publicæ conservandæ causâ, inhibere posse, intrepidè statuo, *per notata Mandos. d.*
3 *tract. q. 51. num. 3. 4. & 8.* Durat autem inhibitio, donec lis vel causa appellationis pendet: ideoque expedito appellationis articulo (absque eo, quòd Judex appellationis causam ad Judicem ad quem, remittere potest) quasi inhibitione extinctâ, in negotio principali procedere primæ instantiæ judex non prohibetur. *Ita sentit Philip. Franc. in c. ut debitus. 59. num. 47. ext. de appell. & eum secutus*
4 *Q. Mandos. q. 55. num. 5. in fi.* Ex quo, lapsu fatalium inhibitionem Judicis ad quem expirare, manifestum clarumque evadit. Durante

nam-

namque causâ appellationis, & inhibitio durat: illâque desertâ, hæc finita quoque, & perempta intelligitur. *Mandos. d. tract. de inhibit. q. 77. & q. 113. num. 9. & 10.* Denique & hoc non frustrà quæsitum est: an (appellatione per unum ex litis consortibus interpositâ) subsecuta inhibitio adeò jurisdictionem judicis à quo, etiam quoad alios litis consortes suspendat: ut, si illi coram dicto judice compareant, & quasi novam judicii telam exordiantur ac instituant; talis processus valere non debeat? Et non valere, ex sententia Mynsingeri constanter concluditur. *Mynsing. Consult. sive respons. 8. Dec. 1. quem refert & sequitur Q. Mandos. sæpe allegato tract. de inhibit. quæst. 122.* 5

CONCLUSIONUM CONTROVERSARUM, EX PROCESSU JUDICIARIO UNIVERSO DELIBATARUM,

DECAS XXI.

DE SUPPLICATIONE & Revisione copiosè & dilucidè dissertans.

CONCLUSIO I.

1 APPELLATIONI, de qua hactenus actum, non per omnia dissimile videtur supplicationis beneficium; litigatoribus certè sæpenumerò pernecessarium: *(a)* utpotè quod adversus eorum quoque sententias admittatur: à quorum enunciatis alioquin, provocando recedere nefas habetur. *(b)*

a) Ol-

a) *Oldendorp.de ſent.& re jud.mihi,fol.518. in princ.* Imò appellationi quoque affine & 2
ſimile videtur Syndicatus remedium. Eſt autem Syndicatus hîc illud judicium, quo litigator, qui iniquâ ſe gravatum ſententiâ dicit, ipſos Judices de dolo, quòd prece vel precio conducti, favore aut odio injuſtam dixerint ſententiam, accuſat. Cujuſmodi judicium in Camera impetratur, & conſtituitur eodem modo, quo reviſionis judicium, de quo agetur infrà. *concluſ.6. & ſeqq. Videatur Ordinat.Camer.part.3.tit.53.§.* Wa aber einige Parthey. *Paris de puteo in ſingulari ſuo tract. de Syndicatu, & Bald.ad l.obſervare.4.§. proficiſci autem.ff.de offic. proconſ. quos refert D.Collega Bocer. claß.5.diſputat.23.theſ.187.*
(b) *Marant.in ſuo ſpecul. part. 6. ad tit. de appellat. num.12.per l.1.C.de ſent.Præfect.Prætor. & l.5. cum Auth.ſeq. C. de precib. Imper.offer. Afflict. deciſ.Neap.341. & 356.Grammat.deciſ. Neap.35. nu.4. Cacher.deciſ. Pedam.30. nu.20. Menoch. de arbit. jud. quæſt.lib.1. q.70.num.24. & ſeq. Vult.lib.2.Juriſprud.Rom.cap.33.num.7. & 61.* Quæ vox ab aliis, atque aliis Juris noſtri 3
Interpretibus, pro negociorum qualitate, diverſimodè accipitur. *Ferrar. Mont.de uſu ſupplicat.c.1.§.utilis itaq; Rebuff.in tractat. de ſupplic. quæſt.1.* Interdum pro omni libello ſupplici; qui non ſolùm ſupremis, ſed etiam inferioribus offertur judicibus, tam à reis, quàm

ab Actoribus. *Ferrar. Montan. & Rebuff. dd.*
4 *locis.* Si quid ii, vel ante processum, vel in ipso processu; sive ante, sive post sententiam, consequi & obtinere cupiant: iis præsertim in casibus, qui ad nobile judicis officium pertinent; nec Jure actionis expediri queunt. *Vide de hoc negocio processum Camer. Imper. part. 1. ubi infinita ferè ejus rei exempla proponuntur.*
5 Et ejusmodi libelli variè concipiuntur: prout etiam quisque sibi à Judice provideri cupit. *Rebuff. d. q. 1. de supplication.* Omnia namq; Consistoria, omnes aulæ Principum, id genus supplicationibus plenæ sunt; iisdemque, & in magnis, & in minoris interdum ponderis atque momenti rebus, aditum receptumque præbent, *toto tit. C. de prec. Imper. off. & tit. seq. l. nec quicquã. 9. ff. de offic. proconf. & l. omnia. 71.*
6 *ff. de reg. jur. Montan. in d. §. utilis. d. loco.* Aliquando verò strictiùs, pro restitutione in integrum, usurpari solet: quam non nisi supplicantibus indulgeri, vel inde patet: quòd ad eam obtinendam actio ordinaria nulla competit, *argumento l. quòd si minor. 24. in f. & ibi Br. ff. de minorib. Panor. in c. 4. ex. de in integ. re-*
7 *stit.* Propriè autem pro ea (de qua sola sermo noster institutus est) supplicationis species sumitur: quæ ad retractandam eam sententiam offertur, contra quam nulla appellatio, propter judicis excellentiam, recipitur. *Tex. in d. l. 5. & Auth. seq. C. de prec. Imper. off. Rebuff.*

buff. d. q. 1. in fi. Montan. d. c. 1. d. §. utilis itaque. in fin. Marant. d. tit. de appellat. num. 12. per l. 1. C. de ſentent. Præfect. Prat. & l. 1. in princ. ff. a quib. app. non lic. Alias definitiones videre eſt apud Benderum in Commentar. de reviſione. concluſ. 1. num. 1. & 2. Joannem Emeric. à Roſbach. in proceſſ. judiciar. tit. 76. nu. 1. Bocerum claſſ. 5. diſputat. 23. theſ. 183. & Arnoldum de Reyger in proceſſ. judic. diſput. 12. theſ. 11.

II.

Supplicatio in primis apud eundem Judicem offerri debet, qui & ſententiam dedit. *(a)* Cæterùm quia tam magni Magiſtratus non ſemper copiam ſui privatis litigatoribus faciunt: eâ de cauſa apud Conſiliarios eorum *(Referendarios vulgò appellitant)* ſupplicationes offerre permiſſum eſt: non ut ipſi, an ſententia retractanda ſit, nec ne, cognoſcant; *(b)* ſed ut porrectam ſibi ſchedam ſupplicem ad prædictos Judices referant. *(c)* 1

a) *Robert. Marant. in ſpecul. ſuo part. 6. ſub tit. de appellat. num. 17. per auth. quæ ſupplicatio. ibiq; gloſ. & Dd. C. de precib. Imp. offer. Speculat. in tit. de ſupplicat. §. 1. verſ. 2.* (b) *argum. l. minor. 18. ff. de minorib.* (c) *Oldendorp. t. de ſent. & re jud. verſ. 2. per d. Authent. Quæ ſupplicatio. Cod. d. t. de precib. Imper. offerend. Henning. Gœd. conſil. 20. n. 4. huncq; referens Arnold. de Reyger. in proceſſ. judic. diſp. 12. theſ. 12. ſub lit. C.*

Poteſt-

Poteſtque ea tam intra decendium, à tempore latæ ſententiæ computatum, quàm etiam integrum infra biennium offerri. *d. Auth. quæ ſupplicatio. C. d. t. Novell. 119. cap. 5. Marant. d. tit. de appellat. num. 15. Speculat. d. tit. de ſupplicat. §. 1. num. 2. Mynſinger. cent. 6. obſerv. 15. n 2. Vult. lib. 2. Juriſprud. Rom. cap. 33. num. 11. & 12. Roſbach. in proceſſ. judiciar. tit. 76. num. 14 &*
3 *ſeq.* Ubi tamen intra decendium ſupplicatum fuerit: ſententia lata non antè executioni mandabitur, quàm à victore, per idoneos fidejuſſores cautum fuerit: tantum ſe reſtituturum, quantum condemnatio complectitur; ſi ſententia lata forſan retractanda veniat. *Marant. d. loco. Speculat. d. loco. Bocer. claſſ. 5. diſputat. 23. theſ. 184. Oldendorp. d. tit. verſ 5. tex. in d. Auth. quæ ſupplicatio prout eam intelligit Panorm. in c. 4. col. pen. verſ. & in fine*
4 *gloſſæ. ext. de in integr. reſtitut.* Quæ ſanè cautio neceſſaria non eſt, eo caſu, quo poſt decem dies, ſaltem intra biennium, ea præſentata fuerit. *d. Auth. quæ ſupplicatio. C. de precib.*
5 *Imp. offer. Marant. ſæpè d. loco.* E quibus nunc liquidò conſtat: quamvis appellatione pendente nil innovandum, neque ad executionem latæ ſententiæ progrediendum ſit. *l. 1. ubi Bartol. & Dd. communiter. ff. nihil innovari appellat. interpoſ. l. ei, cujus. 5. §. 2. & l. ſeq. ff. de appellat. recipiend l. 3. C. de appellat. Speculat. eod. tit. §. noviſſimè. 11. num. 2.* ſupplicationem tamen,

men, ex merâ scil. gratiâ perfluentem, rei judicatæ progressum remorari, aut impedire non posse. *Marant. d. tit. de appellat. num. 16. Rebuff. in tractat. de supplicat. quæst. 11. differ. 6. Montan. eod. t. §. quia verò &c. & aliquot seqq. Speculat. tit. de supplicat. §. 3. num. 2. Jason. in d. Authent. quæ supplicatio. per tex. ibid. C. d. tit. Vultejus prædicto cap. 33. num. 61. libr. 2.* Præterea ad instar appellationis, in scriptis ejusmodi preces offerri necesse est: siquidem ex intervallo demum supplicatio instituatur. Eâdem enim die, quâ sententia profertur, etiam vivâ voce supplicare nemo prohibetur. *glos. & Jason in d. Auth. quæ supplicatio. C. de precib. Imp. offer. l. 1. in fi. & l. seq. ff. de appellationib. Oldendorp. d. t. vers. 4. incip. rursum. Marant. d. t. de appellat. num. 23.* 6

III.

Porrò supplicationi locus est, non tantùm in summi Principis, & Præfecti Prætorio; sed etiam reliquorum Principum inferiorum sententiis. *(a)* Dummodò propter judicis excellentiam, & magistratus dignitatem; atque sic in privilegium latæ sententiæ, jure speciali appellari nequeat: *(b)* secùs, si jure communi appellatione litigatoribus interdictum sit. Tum enim ut non appellari; ita multò minùs supplicari posse, clarum & expeditum est. *(c)* 1 2

a) *Ma-*

a) *Marant. in specul. de ord. judicior. tit. de appellat. num. 13. Bender. in Commentar. de revis. conclus. 14. numer. 26. & seqq. & conclus. 25. num. 4. per l. praefecti. 17. ff. de minoribus.* (b) *Jaso: in Authent. quae supplicatio. C. de precib. Imp. offer. Oldendorp. t. de sentent. & re jud. vers. 12.* (c) *Montan. in tract. de usu supplicat. cap. 4. §. etenim non admittitur. Rebuff. eo. t. quaest. 9. casu. 4. ut eos refert Bend. d. Comment. de Revis.*

3 *conclus. 25. num. 22. & seq.* Et haec quidem iis in casibus, quibus propter aliquam partis culpam, provocandi licentia jure communi partibus adimitur, procedere; extra controversiam est. *Benderus; proximè d. conclus. 25. nu. 30.*

4 *& seq.* At si lege generali, citra propriam culpam, provocatione cuipiam interdictum sit: num is ab appellandi beneficio exclusus, supplicationis etiam auxilio spoliatus atque defraudatus censeri debeat, admodum anceps & ambigua est disputatio? Et cùm per supplicationum oblationem aequè lites multiplicari, & in infinitum quasi excrescere & adaugeri, atque per appellationis interpositionem, contingat: supplicationis remedium, etiam hoc casu ademptum videri, in puncto juris verius est. *Jason. in d. Auth. Quae supplicatio. C. de prec. Imp. offer. Bend. d. Comment. con-*

5 *clus. 25. num. 48. & seqq.* Ex his ardua quoque, & confragosa promanat quaestio: An, si (ut in Germaniâ nostrâ nec rarum, nec infre-

quens

quens eſt) à judicis alicujus ſententiâ, vel in totum, vel infra certam duntaxat ſummam (ex ſtatuto provinciæ, aut Imp. privilegio) ad Cameram provocare non liceat; victus ad ſupplicationis viam, ceu ad ſacram anchoram, confugiens audiendus ſit? Et eſſe nullus dubito, *per notata Benderi d. Commentar. de Reviſ. concluſ. 26. num. 6. arg. l. 3. circa fin. C. de legib.* Hujuſmodi enim privilegiis de non appellando, cùm Principes, & cæteri S. Roman. Imperii ordines, non de jure communi, neque ex generali Imper. conceſſione (quæ vim legis habet) ſed ejuſdẽ indulto ſpeciali, eoq; nõ uniformi, ſed vario ac diverſo, gaudeant: appellationem non jure communi, ſed de jure ſaltem ſpeciali ac ſingulari, ſubditis prohibitam eſſe, cuivis apparet. *Bend. d. concl. 26. num. 13. per d. l. 3. C. de LL. & l. in his, quæ contra. 15. ff. eod. tit.* Sed quid, ſi propter ſummam Ordinationi non conformem, appellatio in Camerâ non recipiatur; annè in Camerâ ſupplicem ſaltem libellum offerre licebit? Et contra ajentes, negantis ſententiæ defenſionem hoc caſu collationis ergô ſuſcipiam. *Vide diverſimodè ſentientes, Gail. libr. 1. obſervat. 123. num. 1. Mynſinger. cent. 3. obſervat. 89. & centur. 6. obſervat. 15. & centur. 4. obſervat 40. Schrader. tract. feud. part. 10. ſect. 4. numer. 149. & num. 152. Ordinat. Camer. parte. 2. tit. 28.*

(Margin numbers: 6 beside "legib. Hujuſmodi enim privilegiis de non ap-"; 7 beside "tra. 15. ff. eod. tit. Sed quid, ſi propter ſummam")

tit. 28. §. 4. Adde, quæ dicta sunt sup. Decad. 18. conclus. 9. Pro nostra conclusione faciunt notata Rebuff. in tract. de supplic. q. 9. c. 4. Montan. eod. tract. c. 4. Jason. in d. Auth. quæ supplicatio. C. de precib. Imp. offerend. & Bender. in Cõmentar. de
8 *revis conclus. 27. num. 8.* Cùm enim hîc appellatio non jure speciali, sive extraordinario, sed universali & communi prohibita sit, *per textum Ordinat. Camer. modò dicto loco.* Ordinationem autem Cameræ, & omnes Imperii constitutiones vim legis obtinere, haud probabiliter dubitari à quoquam possit. *l. 1. ff. de constitut. princip. §. sed & quod principi. Inst. de jure nat. gent. & c. l. 3. C. de legib. per doctrinam Lagi in sua Methodo, sub tit. inter probab. opin. quæ sit præfer.* supplicationem profectò admitti nullo jure posse, luce meridianâ clarius est, *per tradita à Jasone in d. Auth. quæ supplicatio. C. de prec. Imp. offer. Joan. Ferrar. Mont. in tract. de us. supplicat. cap. 4. §. Etenim, & c. Re-*
9 *buff. eo. t. q. 9. cas. 4.* Idemque statuendum arbitror; si statutum alicujus Provinciæ, infra certam summam generaliter, & indistinctè à nullo planè judice provocare permittat, *auctore Bendero d. comment. de revis. conclus. 28. num. 4.* Hoc enim statutum vim legis in eâ provinciâ obtinere; idemque, quod jus commune in Imperio, operari, liquet. *§. sed jus quidem civile. Instit. de jur. nat. gent. & c. & l. 9. ff. de justit. & jur. Schurpf. centur. 3. consil. 34. num. 5.*

Aliud

Aliud verò ſentiendum: ſi non generali ſta- 10
tuto, nec ab omnibus: ſed quibuſdam tantùm judicibus, appellandi facultas adempta ſit. Tum etenim communi Dd.(etiam prohibitâ hoc caſu per ſtatutum appellatione, ſupplicari poſſe tenentium) opinioni, calculum meum lubenter adiicio. *arg.l.1.in fin.ff de conſtit.princ.& d.l.3.C.de LL.& l.15.ff.eod.t.Jaſon in ſæpè d.Auth. Quæ ſupplicatio. Cod.de precib. Imp.offer.* Porrò præcedens diſputatio hodie 11
Imperii lege, quàm ſaluberrimâ, ſublata eſt, in noviſſimo Receſſu Deputat. Anno 1600. Spiræ Nemetum celebrato: & conſtitutum, ut ob ſummæ appellabilis defectum remotâ appellatione, ſupplicatio admittatur. Verba iſtius conſtitutionis recitat Grævæus *libr.1. concluſion.practicar.concluſ.123.num.9.& 10.*

IV.

1 Non inelegans, nec injucunda hoc loco incidit diſputatio: An ſcil. ut pacto; ita ſtatuto quoque appellandi, aut ſupplicandi beneficium præcidi, & tolli poſſit? Et (ſiquidem ejuſmodi ſupplicationum prohibitio in præjudicium ſuperioris vergat, ejusque juriſdictionem coarctet) in totum ſupplicationis auxilium poſſe auferri nego.

Ita tradunt & ſentiunt Mynſinger. centur.1. obſervat.14. & cent.6. obſerv.5. Wurmſer.lib.1. pract.forenſ.tit.24. obſerv.29. Gail.lib.1.obſer-

servat 33. num. 5. observ. 135. nu. 12. & obser. 124. in fin. Menoch. lib. 2. de arbitr. jud. cas. 197. Sichard. in l. 4. C. de pact. nu. 24. Lag. in meth. jur. civ. p. 1. c. 10. n. 27. Vigel. in method. observ. Cam. lib. 2. c. 17. reg. 1. except. 12. Borcholt. in tract. de jurejur. cap. 9. num. 6. Rulant. libr. 6. de Commiss. cap. 10. num. 7. Rebuff. in tract. de supplicat. quæst 11. diff. 8. quæst. 6. & quæst. 9. cap. 7. Trentler. vol 2. disput. 33. thes. 1. & 4. Hackelman. disputat. 5. thes. 19. & 2. Bender. in tract. de revis. conclus. 29. num. 19. 34. & 37. item conclus. 36. numer. 8. 9. 15. cum seqq. Græveus libr. 1. conclu-

2 *sion. pract. conclus. 124. num. 2.* Quò minùs tamen certi limites & cancelli, tam supplicationi, quàm appellationi statuto præfigantur, quos provocantibus transilire non liceat, nil impedit. *Bender. conclus. 30. num. 19. per notata Dd. in § fin. Instit. de jur. nat. gent. &c. & doctrinam Br. in l. omnes populi. 9. ff. de just. & jur.*

3 Et id omne (ad coërcendam temerè appellantium malitiam, & litigantium subdolam temeritatem reprimendam) fieri, Reipub. plurimùm interest. *Ordinat. Cameral. tit. 28. part. 2. §.* Vnnd sonderlich. *in fin. & §.* Als wir dann. *in princ. Mynsinger. centur. 6. observat. 15. num. 1.*

V.

1 Denique etsi semel atque iterum, in quacunque lite appellare permissum sit: *(a)* sup-

ſupplicando tamen ſummorum Judicum ſententiis contraniti, niſi ſemel non licet. (b)

a) *tot. tit. Cod. Ne lic. tert. provoc. & ibid. comm. Interpp.* (b) *Oldendorp. tit. de ſent. & re jud. verſ. 10. Marant. tit. de appellat. num. 21. per tex. in l. 5. Cod. de precib. & c. Speculat. hoc tit. §. 2. num. 2 Rebuff. de ſupplicat. quæſt. 8. & 11. diff. 1. & Montan. de ſupplicat. uſu cap. 1. in fin.* Ad eundem planè modum, 2 lite pendente, apud Principem (ne is fortè ex falſa litigatorum ſuggeſtione, contra jus aliquid reſcribat) ſupplicare, regulariter fas non eſt, *toto tit. Cod. ut lit pendent. & præcipuè in l. 2. & ibi eleganter Salicet. Cod. eod. tit. Oldendorp. verſ. 13. ad d. tit. de ſent. & re judic.* Niſi fortè actorum communium, aut etiam 3 interlocutionis ſive pronunciationis ſuæ editionem, judex ſine juſtâ causâ partibus deneget. *text. expreſſ. in d. l. 2. Cod. d. tit. ut lit. pend. vel poſt provocat. &c.* Aut etiam judex ordinarius vel delegatus ſeſe, quacunque ex cauſa, ſuſpectum faciat. Tum enim, 4 ut alius ei ad cauſæ cognitionem jungatur, ſupplicando à Principe petere, conceſſum eſt. *Ita tradit Panorm. & cæteri Dd. in cap. 34. extr. de offic. deleg. Oldendorp. d. tit. verſ. 4.*

5 Vel si idem ille judex, in cognoscendâ ac definiendâ lite, socors sit, & negligens: aut etiam perfrictâ fronte petenti justitiam prorsum deneget: quo casu superiori, ut is administrationem justitiæ demandet, jure supplicatur: *d. l. 2. C. ut lit. pend. & c. Novell. 113. c. 1. in fin. Oldendorp. d. tit. de sent. & re jud. vers. 5.*

6 Ad extremum magnoperè monendi sumus: ei, qui licitam appellationem omiserit, perpetuum imponi silentium, *l. ult. Cod. ut lit. pendent. &c.* eumque, si supplicare Principi præsumpserit, & desiderio suo cariturum, & à judicii limine repulsum, ignominiæ pœnâ notatum iri. *l. fin. C. sent. rescind. non posse. Vide omninò ea, quæ Oldend. d. loco prope fin. perquàm eleganter tradit.*

VI.

1 Aliud remedium, & quidem à supplicatione in quibusdam diversum, *(a)* communi S. Cæs. Majestatis, & omnium ac singulorum Imperii Statuum consensu introductum est: quod Revisionem vulgò indigitant. Eaque haud inconcinnè hoc modo defi-
2 nitur: ut sit remedium extraordinarium, *(b)* quo in Camerâ læsis, ex quadam benignitate, per Commissarios Imper. & Statuum Imperii ad id deputatos, succurritur. *(c)*

a) *Differentias inter Supplicationem & Revisionem vide apud Joannem Ludovic. Bender.*

in Commentar. de revis. conclus. 20. num. 19. & trib. seqq. (b) *arg. l. 1. C. de sent. Praefect. Praet. & per notata Zas. lib. 1. sing. intellect. cap. 20. & Arnoldi de Reyger in process. judic. disputat. 13. thes. 1. lit. a.* (c) *part. 3. Ordin. Camer. tit. 51. in fin. & tit. 53. in princ. D. Collega Bocer. class. 5. disput. 23. thes. 179.* Inter caeteras autem differentias, quibus Supplicatio à Revisione secernitur, haec non postrema censetur: quòd supplicatio quandocunque intra biennium porrigi, & offerri possit: non tantùm summo Principi sive Imperatori: sed etiam inferiori (Praefecto putà praetorio) à cujus sententiâ alioquin appellare fas non est. *d. l. 1. C. de sent. Praefect. Praet. & ibid. Azo in summa. nu. 13. & l. 1. §. 1. ff. de Praefect. Praetor. Authent. quae supplicatio. C. de precib. Imp. offer. Marant. t. de appell. num. 15. & Specul. tit. de supplic. §. 1. vers. 2. & Novell. 119. & ibi Jason nu. 119. Hostiensis, quem refert Panorm. num. 12. in cap. 4. ex. de in integr. restit.* Revisio tamen eodem anno, quarto ad minimum mense, ante primam Maii peti, & Electori Moguntino insinuari debet: qui mox ea de re Imperatorem, Statusque Imperii ad illius anni visitationem ordinatos certiores faciet: &, ut unâ cum Commissariis Imp. suos quoque consiliarios, ad acta revidenda mittant, petet. *Ordin. Cam. part. 3. t. 53. in princ. & §.* Wiewol ferners Innhalt. *ut refert Bender. d. Comment. de revis. concl. 2. n. 17.*

5 Eo verò casu, quo trium mensium spacium non superest, revisio anno insequenti, modo prædicto expedienda erit, *tradente Bendero, conclus 3.* Fieri namque poterat (ut & sæpenumerò accidere solet) ut inter sententiam latam, & primam Maii, non modò non trium, sed ne duorum quidem, aut unius etiam mensis spacium intercedat. *d. part. 3. Ordinat. Camer. d. tit. 53. in princ. vers.* Wo aber von der Zeit/ rc. *Reyger d. disputat. 13. thes. 5. sub lit. a.*

6 Hinc ardua supra modum, & nodosa profluit quæstio: à die né latæ sententiæ, trimestre illud petendæ revisionis spacium, an verò à die ejusdem Moguntino insinuatæ, computari debeat? Et, licèt verba Ordinationis hoc in negotio obscuritatis & ambiguitatis plena sint: posteriorem tamen opinionem, menti Ordinationis, & compilatorum ejus, magis esse consentaneam, eoque tenendam, affirmare non erubesco, *per notata Bender. conclus 3. num. 5. 17. 18. 19. 20. & 24. arg. text. in ord. Camer, d. tit. 53. in princ. vers.* Alsdann soll solches/ *& d. §.* Wiewol. *vers.* dieselbigen bey unserm Neven/ rc. *Videatur Br. in l. 29. ff. de LL. num. 1. tex. in l. 6 § 2. ff. de jur. patronat. l. 3. Cod. de lib. præterit. l. 15. Cod. de testam. l. 41. §. 1. ff. de*

7 *jur. dot. Gail. lib. 2. observ. 132. num. 11.* Nec minùs & hoc controversum est: An quibusdam Revisoribus absentibus, cæteri nihilò seciùs ad actorum revisionem progredi possint?

Et

Et, cùm lites, in reviſionis maximè puncto, pendentes diutiùs nõ protrahi, ſed quamprimùm definiri, Reipub. magnoperè interſit: duobus, aut ad ſummum tribus abſentibus, reliquos officio ſuo rectè defungi, non ſine ratione ſtatuo. *l. properandum. 13. & ibi communiter Dd. C. de judic. Bender. d. Commentar. de reviſ. concluſ. 4. latiſſimè, à num. 64. usque ad fin. illius concluſionis.*

VII.

Quò autem temeritati, & audaciæ illorum (qui turbandi magis, atque ſummum hoc Imperii judicium deludendi ſtudio, quàm aliqua legitima & juſta gravamina proponendi deſiderio, ad hoc ſaluberrimum Reviſionis remedium confugiunt) obviam iretur: ab Imper. & Statibus Imperii ſapienter conſtitutum eſt: *(a)* ut ii, qui acta revideri, ſententiasque in melius reformari peterent: certam pecuniæ ſummam pro arbitrio Viſitatorum, qualitate perſonarum, & gravitate cauſæ, *(b)* priuſquam reviſionis inchoaretur negotium, deponerent. 1

a) *Ordinat. Camer. tit. 53. §.* Vnd darmit in ſolchem/ꝛc. (b) *d. §.* Vnd darmit. *verſ.* Welche nach Gelegenheit der Perſonen / ꝛc. *Bender. in Commentar. de reviſ. concluſ. 5. num. 12. & ſeqq.* Fürſtl. Würtemb erneẅert Landtrecht / *part. 1. tit. 78. §.* So dann / ꝛc. *pag. 225. Doctor Bocer. claſſ. 5. diſputat. 23. theſ. 181.*

2 Eamque pecuniæ summam à Revisoribus æstimatam, ac subsequenter ritè depositam (si temerè actorum revisionem petitam, sententiamque justam impugnatam esse apparuerit) amitti: eamque Fisco, cùm pro pœnâ temeritatis, tum pro expensis circa revisionem quocunque tempore faciendis, applicari placuit. *Ordin. Camer. d. tit. 53. d. §.* Vnd darmit. *& §.* Im fall aber / ꝛc. Fürstl. Württemb. ernewert Landtrecht / *d. part. 1. tit. 78. § ult. vers.* In welchem Fall / ꝛc *Denaisius in Compend. juris Ca-*
3 *meral. tit. 271. n. 4.* Unde quęsitum: An is, à quo propter petitam Revisionem, certæ pecuniæ summa deponenda est, si idoneè potiùs cavere aut satisdare, quàm deponere, malit; audiendus sit? Quod magis videtur. *tex. in modò d. t. 53. d. §.* Vnd darmit. *Ibi,* Vnd darfür gnug-
4 sam / ꝛc. Sed anné juratoria cautio sufficiet? Et, ne via justitiæ præclusa videatur cùm justitia perindè pauperi, atque diviti, æqualiter administranda sit; talisque à reo cautio peti censeatur, qualem præstare, & exhibere possit) eam sufficere, probabilius est. *arg. princip. Instit. de justit. & jur. & l. 10. in princ. ff. eo. t. & ibi communiter Interpp. glos. in cap. 23. ibi, pro contumacia ex. de verb. signif. Wesenbec. in Parat. ff qui satisd. & c. Gail. lib. 1. observ. 155. nu. 4. & Bender. conclus. 20. numer. 182. & mult. seqq.*
5 Si modò persona juratoriam cautionem offerens frugi sit, honestæ ac approbatæ vitæ: secùs,

secus, si suspecta, si ignominiosa, si infamis ea sit. *Gail. lib. 2. observ. 47. num. 9. Br. in l. 4. C. de usufruct. num. 6. Mynsing. cent. 2. observat. 11. & cent. 6. observ. 48. num. 4.* Ne autem pauperibus, dum pecuniariam cautionem evitant, sine pœnæ alicujus metu, impunè delinquere liceret: necessariò, ut qui in ære non haberent, in corpore luerent, legibus provisum est. *Vulgatâ l. ita vulneratus. 51. §. 2. & ibi gloss. in verbo, impunita. quæ plurima alia ad hoc allegat. ff. ad L. Aquil. & l. 14. C. de pœnis. cum similib. Bend. conclus. 8. num. 7. & 20. ac seqq. per l. fin. ff. de in jus vocando. & l. 7. ff. de jurisd. om. jud.* Nec enim tam ad refusionem expensarum, quàm ad meram pœnam Fisco applicandam, pecunia illa deponenda, aut prædicta cautio præstanda venit. *Ut patet ex d. §.* Unnd darmit. *& d. §.* Im Fall aber. *Bend. d. conclus. 8. num. 26. & 3. seqq. ubi multos ad ejus sententiæ comprobationem textus adducit.* Sin autem prior sententia, in Cameræ judicio prolata, retractata fuerit: pecunia deposita victori, qui tam justam litigandi causam habuit, ut etiam vinceret, restituitur. *d. t. 53. §.* Darauff sollen alsdann/ꝛc. *arg. l. 7. § fin. ff. Qui satisd. cogant. & l. 4. C. ad L. Jul. de adult.* Fürstl. Würtemb ernewert Landtrecht/ *part. 1. tit. 78. §. ult. pag. 226. Denaisius d. tit. 271. num. 7. Gail. lib. 1. observ. 152. num. 3.* Quis autem hoc casu ad refusionem expensarum teneri debeat, multis

6 (beside "Ne autem pauperi-"), 7 (beside "Nec enim"), 8 (beside "Sin autem"), 9 (beside "Quis autem")

disputationum ambagibus involutum deprehendo? Et tametsi in Revisione ex prioribus tantùm actis judicetur: eum tamen, qui in Camerâ vicit, & in Revisione postmodum succubuit (cùm sententiam Cameræ, pro quâ fortior, quàm cæterorum judiciorum sententiis, præsumptio militat, pro se habuerit) in expensis non condemnandum; sed expensarum compensationem instituendam; ex multorum præjudiciorum observatione Gailius testatur. *arg. l. 1. vers. credidit. ff. de offic. Præfect. Prat. Bender. conclus. 9. num. 6. & seq.*
10 *Gail. lib. 1. observ. 52. num. 5. prope fin.* Quod omne tamen arbitrio, & discretioni Revisorum (an justa fuerit ejus, qui in Revisione victus est, litigandi causa, nec ne) relinquendum esse, tutius dici videtur. *per notata Gail. d. observ. 52. num. 5. Panorm. in c. finem. num. 22. ex. de dolo & contumac. Bender. d. conclus. 9. numer. 19. & 20.*

VIII.

1 Planè non tantùm definitivæ sententiæ, *(a)* sed etiam interlocutoriæ, *(b)* quæ tamen definitivæ vim habeat, *(c)* aut tale gravamen contineat, quod per definitivam reparari nequeat, *(d)* Revisio peti potest. *(e)*

a) *l. si quis adversus. 5. & Auth. quæ supplicatio C. de precib. Imp. offer. l. 1. C. de sent. Præfect. Prat.* (b) *glos. in cap. 1. vers. sententias. de sent.*

& re

& re judic. in Clement. quam sequitur, & notabilem vocat Panorm. in c. causam. El. 1. nu. 3. ex. de offic. & potest. Judic. deleg. (c) *Gail. lib. 1. observ. 132. num. 3. Marant. t. de appell. num. 142.* (d) *Dd. in l. 2. ff. de appell. Gail. d. lib. 1. obs. 155. num. 5.* (e) *Bender. in Commentar. de revis. concl. 10. per tot. praecipuè autem nu. 40. & seqq.*

Et licèt supplicatio in continenti, vivâ voce 2
(ad instar appellationis à definitivâ, vel interlocutoriâ vim definitivæ habente) fieri possit in revisione tamen scripturam indistinctè requiri, extra controversiam est. *Ferrar. Montan. in tr. de supplic. c. 2. in fi. Jas. Cyn. & potissimùm Salic. num. 3. in d. Auth. quæ supplicatio. C. de precib. Imp. offer. per l. fi. § pen. C. de tempor. appellat. text. express. in tit. 53. part. 3. Ordin. Cam. in princ. ibi*, der Gestalt/ꝛc. Cùm enim ea 3
non Judici Cameræ, sententiam pronuncianti, vel Assessoribus ejusdem, sed Electori Moguntino insinuanda sit: nunquam in continenti, propter loci distantiam, adeoque nec vivâ voce fieri posse, res ipsa docet. *Gail. d. lib. 1. obs. 42. per tot. Marant. d. t. de appell. n. 136. & seq. Bend. concl. 11. n. 8.* Ardua hîc ventilatur 4
quæstio: Si sententiæ interlocutoriæ revisio petita fuerit, eaque per Revisores retractata sit: num causa principalis ad Judicem Cameræ remitti, an verò à Revisoribus decidi, ac determinari debeat? Et, licèt aliâs eo casu totum negotiũ ad judicẽ appellationis devoluatur:

cùm is, qui semel gravavit, inposterum quo-
que gravare velle præsumatur: contrarium
tamen in materia revisionis, rectè statuitur.
*cap.59.prope fin. ex.de appell. Gail.d.lib.1.obser-
vat.131.num.1.& 2. Mynsinger.cent.4.obser.46.
arg.l.eos,qui. 6.in princ.C.de appell. Bend.con-*
5 *clus.14.num.6.& 32.* Nec enim ad audiendas
& decidendas causas, sed ad revidenda tan-
tùm acta, Revisores constituti sunt: neque
etiam per ipsos Status visitationi deputatos;
sed ut plurimùm per Consiliarios eorum, ne-
gotium revisionis expediri solet. *Bend.con-
clus.4.num.35.52.& 59.per tex. Ordinat. Ca-
meral.d.part.3. d.tit.53. in pr.ibi.* Ihre treffen-
6 liche erfahrne vnd geschickte Räht/etc. Enimve-
rò cùm grave periculosumque sit, coram eo
Judice litigare, qui & suspectus antè sit, & et-
iam reipsâ pravis suis affectibus indulserit:
*l.apertissimi 16. Cod. de judic. c.5 extr.de excce-
ption. cap.15.caus.3. q.5.* parti læsæ hac ratione
consuli posse videtur: ut eo, qui officio suo
minùs probè functus est, remoto; alii Asses-
sori, aliique Consilio (quorum in Camerâ
plura sunt) causa referenda committatur.
part. 1. Ordinat. Camer. tit. 13. §. Weitter ord-
7 nen/etc. *Bend.d.conclus.14.prope finem.* Revi-
sione tandem legitimè institutâ; provocanti
causas gravaminis, non nisi vnico scripto (ne
sententia in supremo Imperii consistorio la-
ta, diu in suspenso hæreât: ac domini Asseso-
res

res diuturno retractandæ sententiæ metu percellantur) proponere licet. *Ordin. Camer. d. tit. 53. §.* Erstlich/ rc. *Gail. d. lib. 1. obse. 154. nu. 1.* Quod idem, æqualitatis conservandæ gratiâ, 8
in provocato quoque, copiâ tamen gravaminum à provocante propositorum priùs ei communicatâ, locum habebit. *arg. cap. 1. de sent. & re judic. lib. 6. c. novit. §. cæterùm. ex. de judic. & cap. 2. ex. de mut. petit. Gail. d. lib. 1. observ. 91. nu. 14. & 15. item observ. 154. nu. 1. d. t. 53. Ordin. Camer. d. §.* Erstlich/ rc. Neutri tamen 9
novi aliquid proponere, aut non deducta deducere (ut in appellatione moris est. *l. eos, qui. 6. §. 1. C. de appellationib. l. per hanc divinam. 4. C. de temporib. appellat. cap. 17. extr. de testib. Gail. d. lib. 1. observ. 130. num. 3. Marant. d. tit. de appellat. num. 160.*) concessum est: sed ex prioribus saltem actis, causas gravaminum depromere necessum erit. *d. §.* Erstlich. *& §.* Vnd sollen/ rc. *d. tit. 53 Gail d. lib. 1. observ. 154. num. 2.* Fürstl. Würtemberg. ernewert Landtrecht/ *part. 1. tit. 78. in princip. pag. 224.* Revisio 10
enim, cùm ex merâ gratiâ, non autem juris aliquâ necessitate concedatur. *Zas. lib. 1. sing. intellect. cap. 20. num. 8.* mirum videri cuiquam non debet, si ejus propositionem limitatam ac restrictam magis, quàm appellationis, quæ jure communi nititur, adstruam. *Bender. conclus. 16. num. 8. 9. 10. & seqq.*

Acta

IX.

1 Acta porrò Revisores, unâ cum Præside & Assessoribus, qui ejusmodi sententiã promulgârunt, medio juramento, auditis ipsorũ fundamentis ac rationibus, summâ diligentiâ re-
2 videbunt, & ponderabunt. *(a)* Qui propterea Revisioni interesse coguntur; ut errorem corrigi videant: *(b)* & sententiæ suæ causas reddere & assignare debẽt, ut ex iis appareat, justené, an injustè sententia lata: & utrùm retractanda, an verò confirmanda sit: itemque constare possit faciliùs; doloné, an imperitia ac negligentiâ aliquâ, ineptam sententiam tulerint; an verò nil horum quidquam imputari eis jure queat. *(c)*

a) *Ord. Cam. t. 53. §.* Darauff söllen/ꝛc. (b) *Rebuff. in tr. de supplicat. quæst. 10. in fin.* (c) *Bender. in Comment. de revis. conclus. 17. prope fin.*

3 An autem nullitas processus in Camerâ commissa, si aliunde de meritis causæ constet, curanda hîc, & attendenda sit, anceps valdè & dubia est quæstio? Et non attendendam, verius est. *Mynf. cent. 1. obs. 27. & cẽt. 4. obs. 62. & cent. 5. obs. 93. n. 3. Gail lib. 1. obs. 42. per tot. Bend. concl. 18. n. 44. & seqq. Limitationes hujus rei, vide a-*
4 *pud Gail. & Mynsing. præalleg. locis.* Principem namq; ac Status Imperii, Revisoribus juris civilis solennitates remittere voluisse, vel inde liquet: dum certum procedendi in revisione modum expressim præscripserunt. *Ordin.*

Cam.

Cam. d.t.53.§. Und damit, *in f. ibi*, vñ soll solche Revision / ꝛc. Actis hoc modo quàm diligentissimè perlectis, nec non rationibus, quibus Assessores moti, talem protulère sententiam, exquisitissimè examinatis: Revisores soli, remotis Assessoribus, sententiã priorem, prout causę conditio postulaverit, aut confirmabũt, aut reformabunt, aut etiam in totum retracta- 5
bũt. *d.t.53. Or. Cã. d.§.* Darauff/ꝛc. *arg. l.1. C. Ne quis in suâ causâ, &c. & l.10. ff. d. Jurisd. om. jud. & l.17. ff. de jud. Bend. concl.19. n.3. & seq.* At quid, si 6
paribus votis Revisores in diversas eant sententias, utra præualebit, confirmatoriané, an retractatoria? Et confirmatoriam præferendam, indubitatè reor. *per notata Benderi d. concl.19. à n.19. usque ad f. ejus conclusionis.*

X.

Opportunè admodùm hìc spinosus ille 1
obex, nodo Gordio intricatior, sese discutiendum offert: Anné Revisio executionem sententiæ in Camerâ latæ suspendere, & impedire debeat? Et de jure quidem communi eam non suspendi, liquidò constat. At quid 2
de Ordinatione & stylo Cameræ sentiendum sit, plus dubitationis habere videtur? Et quamvis D. Gailius Jus commune in hoc per ordinationem, Anno 55. &c. renovatam, existimet correctum: *(b)* ego tamen (eodem sibiipsi in observationibus, multo pòst tempore in lucem editis, contrario) *(c)*

oblatã

oblatâ idoneâ cautione, *(d)* aut in defectum juratoriâ præstitâ, *(e)* negativam sententiam sequendam duco. *(f)*

a) *Auth. quæ supplicatio. ibiq; Castrens. & Iason num. 4. C. de precib. Imp. offer. Marant. in suo specul. de ord. judic. tit. de appellat. num. 16. Speculat. tit. de supplicat. §. differt. num. 2. Guido Pap. decis. 50. num. 2.* (b) *lib. 1. observ. 154. num. 3. & lib. 2 observ. 47. num. 9. & tract. de arrest. c. 12. num. 4. Gailium refert & sequitur Arnoldus de Reyger. in process. judiciar. disput. 13. thes. 7. & Petr. Friderus Mindan. lib. 2. de process. & mand. cap. 28. num. 2. & 3. ubi Gailium planè à contrarietate vindicare nititur. Ejusq; sententiæ varia præjudicia collegit Compilator decision. seu præjudic. Cam. Imp. in verb. Revisio. pag. 306. & seq. item in verb. executio. pagina 132. in fine. prout eum allegat D. Bocerus class. 5. disput. 23. thes. 182. sub lit. b.* (c) *d. lib. 1. observ. 135. in fin. & d. cap. 12. de arrest. num. 4.* (d) *d. Auth. quæ supplicatio. & ibi Iason. Bend. in Commentar. de revis. conclus. 20. num. 148. & 171. cum seqq. & Mynsinger. centur. 6. observat. 15. num. 4.* (e) *Gail. d. lib. 2. observat. 47. num 9. Guid. Pap. d. decis. 50. num. 3. Rebuff. in tractat. de supplic. q. 7. per Auth. generaliter. C. de Episcop. & Cleric.* (f) *Bender. d. concl. 20. num. 58. 74. & 121. & num. 145. cum seqq. per constitutionem Imperii editam Ratisbonæ, Anno, &c. 32. & per ea, quæ habentur in Responsis clariss.*

clariss. Germaniæ ICC super negotio Revisionis, Anno 89. in lucem emissis, Respons. 3. num. 5. 18. 34. 35. & seq. & Respons. 4. num. 1 2 3. 8. & 2. seqq. ubi infinitæ propemodum authoritates Dd. allegantur. Adde Christophor. Schvvanman. lib. 1. process. Camer. cap. 75. num. 12. & seqq. Eandem sententiam sequitur Jus renovatum municipale Württembergicum part. 1. t. 78. §. Doch soll/ꝛc. pag. 225. Quod universum tamen cum aliquo 3
sale accipiendum: ut videlicet, si præsens sit armorum metus, qui per mandata pœnalia averti nullo modo possit: nec etiam per ea publicæ tranquillitati satis consultum videatur, eo sanè casu, cùm pax aliter haberi nequeat, executio differri; & privatæ utilitati salus publica longè anteponi debeat, *docente Gailio d. lib. 2. observ. 56. num. 2. & observ. 57. nu. 2. Ferrar. in form. sequest. sive saximent. §. 1. nu. 3.* De rescripto Imper. an per id executionis 4
cursus retardari possit, plus est, quòd ambigas? Et, nisi justa subsit, ac legitima causa, utilitatem publicam principaliter concernens, similiter negativam tuebor sententiam, *per notata Gail. d. libr. 2. observat. 56. num. 1. & 2. ubi plura allegat. & per l. 51. ff. ad L. Aquil. inf. & l. 3. ff. de offic. prætor. Tex. Ordinat. Cam. part. 2. tit. 35. inf. & d. Respons. 3 num. 40. & 3. & seqq.* Ad quemnám autem si executio sen- 5
tentiæ, Revisione pendente, non facta; sed ob certam & justam causam, ad finem revi-

Ii sionis

sionis usq; reservata fuerit) executio spectabit: utrùm ad Revisores, an ad Cameram? Quod posterius probo. *Videatur Bend. d. conclus. 20. n. 145. usq; ad. n. 155. Ordinat. Cam. t. 53.*
6 *part. 3. §.* Im Fall aber/ rc. Illud in disceptationem non infrequenter venit: Utrùm in causis diffamationum, Revisionis beneficiũ locum habere debeat? Et, cùm à sententia impositionis perpetui silentii, sive definitiva, sive interlocutoria ea sit, provocare liceat multò magis supplicationem, aut Revisionem, dummodò ritè & debito tempore petatur, atq; etiam juxta Ordinationis præscriptum proponatur, admittendam statuo. *arg. l. cùm Titia. 18. & ibi Br. n. 2. ff. de accusat. & ibid. cæteri Dd. communiter. l. 7. §. 1. ibi permittitur. ff. de minoribus. Philip. Franc. in c. 7. n 3. de appell. lib. 6. Br. & Dd. in l. diffamari. 5. Cod. de ingen. manumiß. Mynſ. cent. 3. obser. 78. & obs. 88. Gail. d. lib. 1. obs. 132. inf.*
7 Est & hoc omnino controversum, & dubitatione plenissimum: An si princeps sub hac clausulâ (appellatione remotâ) judicem dederit, Revisionis aut Supplicationis beneficium simul ademisse putandus sit? Ego inficiantium partibus patrocinium hoc casu polliceor. *Rebuff. in tract. de supplicat quæst. 11. diff 8. & q. 6. inf. Marant. d. t. de appellat. n. 13. & seq. Gail. d. lib. 1. obs. 135. in f. per tex. in d. Auth. quæ supplicatio. C. de precib. Imp. offer. Bl. & Sa-*
8 *licet. in l. fin. Cod. de temporib. appellat.* Quod ipsum

ipsum nonnulli haud perperam eò usque porrigendum autumant: ut; etiamsi quis appellationis privilegio renunciârit; revisionis tamen remedium abdicâsse non videatur. *Rebuff. d. tract. q. 9. cas. 7. quem refert Bender. conclus. 36. in fine.* Denique & hoc probè te- 9
nendum: perinde atque supplicans; nisi semel, in unâ & eâdem causâ audiri non debet. *l. si quis adversus. 5. C. de precib. Imp. offer. Speculat. tit. de supplicat. §. sequitur. num. 2. Ferrar. Montan. de usu supplicat. cap. 1. in fin.* ita eum quoque, qui Revisionem petiit, si succumbat, priorque sententia confirmetur, ad Revisionis auxilium denuò admittendum non esse. *Rebuff. de supplicat. quæst. 8. & quæst. 11. diff. 5. Ferrar. Montan. d. cap. 1. in fin. Gail. d. libr. 1. observat. 155. num. 3. Ordinat. Camer. d. tit. 58. part. 3. d. §.* Im Fall aber / &c. *& d. Respons. 4. num. 4.* Cæterùm si is, qui in Ca- 10
mera sententiam victricem obtinuit, in Revisione demum succumbat: adeoque prior sententia in Camera lata, non confirmetur, sed retractetur: an & huic Revisionis beneficium impertiendum, atque indulgendum sit; variis opinionum labyrinthis involutum est? Ego quamvis, utra earum eligenda sit, magnoperè addubitem: in præsentiâ tamen affirmativæ sententiæ, ceu propiùs ad veritatis normam accedenti, suffragium meum addo,

Arg. l. 1. in princ. ff. Quod quisque juris, &c. l. 1. Cod. de sentent. Præfect. Prætor. & ponderando Text. in d. §. Im Fall / ꝛc. *in verbis,* Da die Urtheil durch Verordnete bekräfftiget / ꝛc. *Vide omninò Bender. in prædicto Comment. de revis. conclus. 37. à num. 31. usque ad num. 59. qui n. 98. & seq. respondet ad objecta Gailii in d. obser. 155. num. 3. contrarium tenentis. &c. Adde Leopold.*
11 *Hackelman. disput. 5. thes. ult.* In istum itaque modum omni viâ ulteriùs appellandi, aut supplicandi præclusâ; Annè ab interlocutoriâ saltem Revisorum sententiâ provocare licebit? Ego (eo non attento, quòd multi fortassis generalem appellationis prohibitionem non in hoc tantùm, sed in aliis quoque casibus ad solam definitivam, restringendam opinantur, *secundùm doctrinam Parid. de Puteo, in tract. de syndicat. vers. an stante statuto. nu. 1. & 5. Marant. in d. specul. part. 6. tit. de appellat. Speculat. tit. de sentent. nu. 5. Alexand. in rubr. ff. de re jud. in princ. & Felin. in rubr. ejusdem tit. col. 5. Menoch. in tract. de adipisc. possess. remed. 4. num. 807. & seqq.*) idem juris in interlocutoriâ, quod in definitivâ, ut aliquis saltem litium finis inveniatur, veriùs statui arbitror. *Bender. in multoties citato Commentar. de revis. conclus. ult. num. 14. & nu. 15. per l. 13. C. de judic. cum similibus.*

CONCLUSIONUM CONTROVERSARUM,

EX PROCESSU JUDICIARIO UNIVERSO DELIBATARUM,

DECAS XXII.

DE REDUCTIONE
ad arbitrium viri boni, & restitutione in integrum, nonnulla proponens.

CONCLUSIO I.

INTER ea Juris remedia, quibus iniquâ judicantium pronunciatione læsis atque oppressis succurritur; reductio ad arbitrium viri boni (quæ nihil aliud est, quàm à laudo arbitratoris ad judicem competentem provocatio *(a)*) meritò refertur: *(b)* utpotè 1

quæ appellationis quædam quasi species exi-
2 stat. *(c)* Nam ea ex saniori Dd. traditio-
ne, *(d)* perinde atque appellatio, latæ sen-
tentiæ sive arbitramenti executionem su-
spendit. *(e)*

a) *Andr. Gail. lib. 1. observ. 149. num. 2. Ar-
nold. de Reyger. in process. judiciar. disputat. 13.
thes. 10.* (b) *Wesenb. in Paratit. ff. de recept. qui
arbitr. recept. in fin. Marant. in specul. de ord.
judicior. tit. de appellat. num. mihi 110. 256. &
aliquot subseqq.* (c) *l. non distinguemus. 32. §.
cùm quidam. 14. prope finem. ff. de receptis, &c.
Vult. lib. 2. Jurisprud. Rom. c. 33. nu. 64.* (d) *Bl.
in l. tale pactum. 40. §. 1. ff. de pact. col. fin. in pen.
q. Panorm. in c. Quintavallis. 23. col. 23. vers. sed
hîc annecto, & c. ex. de jurejurand. cont. Salicet.
in l. 1. C. Quando provoc. &c.* (e) *d. l. 32. §. 14. ff.
d. tit. de recept. arbit. Socin. consil. 227. col. pen.
in 4. volum. ut eum refert, & sequitur Marant.
3 d. tit. de appellat. num. mihi 110. circa finem.* Re-
gulariter autem à sententiis arbitrorum re-
ductio peti nequit: quamvis diversum in lau-
dis *(ut illoto vocabulo vulgò nominant)* arbi-
tratorum receptum sit. *l. 1. & ibi Bl. & Alex. C.
de recept. arbitris. d. l. 32. §. 14. ff. eod. Gail. libr. 1.
observ. 149. in princ. & observ. 150. num. 8. Br. in
l. 76. §. arbitrorum. ff. pro socio. Panormit. in d. c.
Quintavallis. 23. ext. de jurejur. Marant. d. nu-
4 mer. 110. & 256.* Veruntamen & in arbitrorum
com-

compromiſſariorum ſententiis, ſi enormiſſimam læſionem, & manifeſtam ac notoriam iniquitatem contineant, reductioni locum dari, æquius eſt. *arg. l. ſi quis, cùm aliter. 36. ff. de verb. oblig. Ferrar. in form. libell. quo agitur ad pœnam compromiſſ. in verb Nec reductio. nu. 3. Mynſing. cent. 1. obſervat. 33.* Et hæc adeò vera ſunt: ut, etiamſi reductioni renunciatum, & juramento compromiſſum vallatum atque corroboratum ſit: hoc tamen nomine (abſolutione à juramento de facili conceſsâ) reſcindi debeat. *d. l. 32. ff. de recept. arbit. Marant. d. tit. de appellat. num. mihi 115. Dec. conſil. 533. num. 1. incip. jui id. puto. Specul. in tit. de arbitr. §. ſequitur. num. 22. Menoch. libr. 2. de arbitr. jud. quæſt. cent. 1. caſ. 73. Kirchov. commun. opin. part. 2. concluſ. 94. hosq; citans Reyger in proceſ. judic. d. diſputat. 13. theſ. 13. Latè Hieronymus de Cævallos in ſpeculo aur. opinionum commun. contra communes. quæſt. 89. numer. 4. & ſeqq. item quæſt. 92. & 93. ubi qualiter læſio enormiſſima in reductione ad arbitrium boni viri conſideretur, diſcretioni judicis relinquendum aſſerit; idq́ue ſecundùm opinionem magis communem.* Unde pro eo, qui reductionem petere intendit, bonam cautelam Dd. noſtri tradunt: ut ſcilicet is in libello ſupplici, pro obtinenda citatione, enormiſſimam læſionem, vel nullitatem manifeſtam alleget;

5 (margin, beside "Et hæc adeò vera")
6 (margin, beside "Unde pro eo")

seque ad acta, quæ inter easdem partes notorium faciunt, referat. *c. f. ex. de cohabit. cleric. Gail. d. lib. 1. observ. 150. num. 10. in f. ubi hac ratione citationes in Camerâ decretas, sæpiusq; obtentas fuisse asserit.*

II.

Ingens est hîc Dd. concertatio: Quando, & ad quodnám usque tempus à laudo arbi-
1 tratoris reductio peti, & impetrari queat? Et (communiori Interpretum, arbitramentum taciturnitate decem dierum roborari; ita, ut post decendii lapsum reductioni locus non sit, existimantium, opinione repudiatâ) non nisi longissimi temporis, hoc est, 30. annorum præscriptione, ad instar reliquarum actionum personalium, *(a)* eam tolli posse, ex sententiâ Cameralium *(b)* statuo.

a) *arg. l. sicut. 3. C. de præscript. 30. vel. 40. annor. & l. 8. C. de negot. gest. & l. 2. ibi, in quâ omnes actiones personales. Cod. de constituta pecu.*
(b) *Gail. lib. 1. observat. 150. num. 2. Vult. lib. 2.*
2 *Jurisprud. Rom. cap. 33. num. 66.* In tantum, ut ante id tempus, neque in rem judicatam transeat: neque actionem ex re judicatâ producere queat. *Marant. in specul. suo part. 6. tit. de app. num. 1121. Br. & alii in l. 76. §. arbitrorum. ff. pro socio. Arnold. de Ryger in process. judiciar. disputat. 13. thes. 12. ubi Interpretes di-*
3 *versimodè sentientes adducit.* De hoc non minor est conflictus Interpretum: Quisnám laudi

laudi ad arbitrium viri boni reducendi, judex esse debeat? Et, judicem partis (qui causæ ejus, super quâ reductio petitur, semoto compromisso, judex futurus erat) adeundum esse frequentiùs putatum est. *arg. l.2. C.ubi & apud quem cognit. restit. in integr.cap.11.ext.de arbitr. Marant. modò d. t. num.mihi.114. Br.in d. §. arbitrorum. Ferrar. in form. libel quo agit. ad pœn. compromiß. in verb. nec reductio.in pr. Covarruv.var.resolut.lib.2. cap.12.num.10.* Est 4
enim reductionis petitio, quasi quædam ad judicem competentem, sive virum bonum, provocatio: quod genus appellationis judici ordinario in jure nostro adscribi solere tralatitium est. *Gail.lib.1.observ.149.num.2.Vult. præfato cap.33. num.63. d. l.76. §. arbitror. & ibi comm. Interpp. ff. pro soc. l. continuus. 137. ff. de verb. oblig. & ibi Zas. num.3. l.4. ff.de eo, quod cert. loco. l.4. §.1. ff.fam.ercisc. & similib.* Illud 5
non minùs appositè hoc loco quæritur: Quánam ratione cognosci & intelligi queat: utrùm aliquis tanquam arbiter, an verò tanquam arbitrator, & *(ut vocant)* amicabilis tantùm compositor assumptus sit? Et non vim, sive sonum verborum, sed modum procedendi duntaxat, partium conventione assignatum, in considerationem adhibendum esse, concludo. *Gail. d. lib.1.observ.150.num.5. arg. l.14. Cod.de codicill. & l.1. & l.13.inf.ff.eo.t.*
Ideoque, si hoc modo compromissum sit (ut 6

libellum, responsiones, & probationes recipiat, adeoque juris ordine servato procedat) de arbitro: sin verò eâ lege (ut controversiam de plano citra judicii telam, & absque prolixo litis sufflamine, amicè componat; & ex æquo & bono decidat) de arbitratore, inter partes actum fuisse, evidentibus adductus rationibus assero. *arg. l. 1. & l. 13. §. 2. ff. de recept. arbit. Specul. in tit. de arbitr. §. 1. nu. 2. Br. in d. l. 76. §. arbitrorum. ff. pro socio. arg. d. l. 2. vers. sed ut subtilitati. C. de constit. pec. & l. 18. §. 3. in fin. ff. de instrum. legat. & c. 11. 22. q. 5.*

III.

Sed & per restitutionem in integrum cùm sæpenumerò judicialis sententiæ executionem suspendi constet: ordinis ratio jure desiderat, ut de eâ quoque nonnulla subiiciantur. Postulatâ namque in integrum restitutione, omnia in statu suo manere, & sententiæ executionem differendam esse, quoad usque causa cognitione judicis definiatur, certissimi juris est: *(a)* nisi restitutionem calumniandi animo, & impediendæ solùm executionis causâ petitam fuisse, *(b)* urgentes admodum in medio sint conjecturæ, ac præsumptiones.

a) *l. unic. C. in integr. restitut. postulatâ, ne quid novi fiat. Mynsinger. cent. 1. observat: 48. & cent. 6. observ. 80. num. 3.* (b) *Marant. in specul. suo part. 6. tit. de appell. num. 110. Bl. in d. l. unic.*

C. d.

C. d. tit. Quo caſu (ut & ſi adversùs ſententiam Principis reſtitutionis imploretur auxilium, *Marant. modò d. tit. de appellat. num. 109.*) ea in primis executioni demandabitur: idoneâ tamen à victore cautione receptâ; quòd is universa, quæ occaſione ſententiæ medio tempore perceperit, adverſario in negocio reſtitutionis prævalenti reſtituturus ſit. *Ordi. Cam. part. 3. tit. 52. verbo.* Und wo ſie befunden, *c. 6. ex. de in integr. reſtit. & ibi Panorm. & gloſ. in verbo, cautionem. arg. l. fin. in pr. C. de petit. heredit. & l. 5. §. 1. ff. ut legat. ſeu fideicommiſſ.* 4

Qualitercunque autem hoc modo reſtitutio adumbrari poſſe videtur: ut ſit remedium extraordinarium: quo Prætor, vel quilibet etiam jure noviſſimo magiſtratus ordinarius, læſos atque deceptos, in eam cauſam, in quâ ante deceptionem aut læſionem fuêre, ex juſtâ cauſâ reponit, atque reducit. *l. 16. in princ. & in fin. cum l. ſeq. ff. de minor. l. fin. & tot. tit. C. in quib. cauſis non eſt neceſſ. l. 35. in fin. ff. de act. & oblig. l. 1. & tot. tit. ff. de in integr. reſtitut. l. 1. & 2. C. ubi & apud quem. &c. Salic. ad l. 2. C. de pedan. judicib. Weſenbec. in Paratit. ff. de in integr. reſtit. num. 5. Paul. libr. 1. ſentent. tit. 7. Ferrar. in form. libell. ſuper petit. reſtit. in integr. numer. 2. mihi fol. 381. col. 2. Arnoldus de Reyger in proceſſ. judic. diſput. 13. th. 15. Videatur quoq; D. Bocer. claſſ. 5. diſp. 14. theſ. 2. & ſeqq.* 5

Unde

4 Unde non rarò disputari hìc solet: Anné is etiam magistratus, qui simplicem tantùm jurisdictionem habet, restitutionis cognitionem suscipere queat? Ego à communi Dd. sententiâ (quâ non simplicis jurisdictionis, sed mixti eam imperii esse, traditur) recedendum non arbitror. *per l. 26. ff. ad Municipal. Br. in l. fi. C. ubi & apud quem, &c. Muscornus de jurisdict. num. 156. vers. in tertio gradu. Duaren. c. 2. tit. de in integr. restitut.*

I V.

1 Planè hoc remedium non tantùm minoribus 25. annis, ætatis infirmitate ac consilii lubrico lapsis, *(a)* tribuendum & accommodandum est: sed & majoribus, ex justâ absentiâ, *(b)* aut aliâ quadam probabili, & legitimâ causâ circumscriptis. *(c)*

a) *l. 1. ff. de in integr. restit. l. 1. ff. de minorib. l. 5. l. 8. & tot. tit. Cod. de in integr. restit. minor. D. Bocer. class. 5. disput. 14. thes. 53. & seqq.* (b) *l. 1. ff. ex quib. caus. major. & c. l. 1. C. eod.* (c) *l. 1. & 3. ff. quod met. causa. l. 3. & 4. cum similib. C. eo. l. 1. §. 1. & tot. tit. ff. ex quib. caus. majores. &c. Specul.*

2 *cul. tit. de emphyteusi. num. 32. in fine.* Itemque Ecclesiæ, negligentiâ præsertim Procuratoris sui, in captionem & læsionem incidenti: capitulo Ecclesiæ collegiatæ: omnibusque locis piis, Xenodochiis putà, & id genus aliis Deo dicatis congregationibus. *cap. 2. ex. de in integr. restitut. Panorm. in cap. 1. ex. modò d. tit.*

Joan.

Joan. Andr. in cap. 2. de restit. in integr. lib. 6. ut eos aliosq; refert & sequitur Marant. in specul. suo part. 6. tit. de appellat. num. 82. & seqq. Arnold. de Reyger in proces. judic. disput. 13. thes. 16. Neque læsi solùm ipsi, sed & successores eorum, eodem beneficio gaudent: & tam ad heredes, quàm ad alios successores universales, jus restitutionis transmittitur. *Mynsinger. centur. 4. observat. 19. Joan. Mauritius. in tractat. de restitut. cap. 13. l. 6. ff. de in integrum restit. l. 18. §. final. ff. de minorib. l. 2. l. 5. §. 1. Cod. de tempor. in integrum, &c.* 3

Utpotè quod reale magis, quàm personale existimandum sit: idque Cameralibus etiam placuit. *Mynsinger. d. cent. 4. observ. 18. Maurit. d. cap. 13.* 4

Ecquid verò adversus præscriptionem decursam, competat majoribus 25. annis in integrum restitutio, ex capite sive causa ignorantiæ, controversi juris quæstio est? Et quamvis alii aliter sentiant, *ut videre est ex Pinelo in Auth. nisi tricennale. num. 58. C. de bon. matern. & Hieronymo de Cavallos in speculo aureo opinionum commun. contra communes: qui diversas diversorum ea de re recitant sententias*: attamen adversus præscriptionem ex causa ignorantiæ nullam competere majoribus 25. annis restitutionem, verius existimo. *l. ult. in fine, ibi: nulla scientia vel ignorantia expectanda, ne altera dubitationis inextricabilis oriatur occasio. C. de præscript. longi tempor. l. sicut. 3. ibi, non absentia,* 5

sentia, non militia contra hanc legem defendenda, &c. & l. omnes. 4. in fine. ibi, planissima munitione securus. C. de praescript. 30. vel 40. annor. l. unic. ibi, per biennium miseri rerum domini excludebantur; & nullus eis ad eas reservabatur regressus. C. de usucap. transform. c. ad aures. 6. ibi, quadragenalis praescriptio omnem prorsus
6 *actionem excludit. ext. de praescriptionib.* Accedit & hæc ratio: quòd si restitutioni locus esset propter ignorantiam; nunquam, vel certè rarò locum præscriptio haberet. Quis enim sciens pateretur res suas ab aliis usucapi? *Et istis argumentis hanc assertionem confirmat Fachineus libr. 1. controversiar. jur. cap. 69. ubi & contraria praeclarè diluit.*

V.

1 Cæterùm minori ad hoc, ut restitutionis privilegio fruatur, duo potissimùm probanda sunt: primò, in minori ætate etiamnum sese constitutum esse: *(a)* quod testibus, aut instrumentis, *(b)* veluti tabulis professionum, *(c)* & tabulis à matre vel avo confe-
2 ctis, *(d)* planum faciet. Deinde, reverâ sese læsum, captumque esse: *(e)* nisi fortè ex ipsius actus facie, putà præscriptionis, læsio appareat, atque resultet. *(f)*

a) *l. ult. C. si minor se major. dixerit, &c. l. 4. ibi, ostendet. Cod. de in integr. restit. minor. &c.* (b) *l. 2. C. de his, qui veniam aetatis, &c.* (c) *l. 2. ff. de excusat. l. 1. Cod. si minor se majorem, &c.*

(d) *arg.*

(d) *arg. l. etiam matris. 16. ff. de probationib. ibiq; glos. in verbo, professio. Sed videatur Mauritius in tractat. de restitut. in integr. cap. 320. & seq.* (e) *l. 11. §. 3. ff. de minor. l. 9. §. si minor. ff. de jurejurand. l. 5. ibi, si captos. Cod. de in integr. restit. mino. l. 24. §. 1. ff. eod. t. Hartman. Pistoris elegantissimè lib. 1. quæst. Juris. quæst. 38.* (f) *Mynsing. cent. 4. observat. 16. num. 5. Francis. de Caldas in l. 3. C. de in integr. restit. minor. verb. suâ facilitate. num. 26.* Ardua vehementer, & perplexa quæstio hîc exoritur: Num minor, propter appellationem à se omissam, restitutionem petiturus, læsionem probare cogatur? Et licèt hoc etiam casu læsionis exigi videatur demonstratio. *secundùm Castrens. in l. sancimus. 8. C. de restitutionib. milit.* in Camerâ tamen Imperiali minores, eò quòd à sententiâ contra se latâ, intra præfinitum jure tempus non provocassent (omni examinatione, an appellatio profuisset, nec ne, prætermissâ) restitutos fuisse, proditum extat, *Myns. cent. 4. obs. 17. n. 4.* 3

Utrùm autem plenariâ læsionis cognitione opus sit, an verò summaria sufficiat, de eo multùm Dd. variant? Et, si quidem incidenter adversus sententiã, restitutionis imploretur auxilium: leviorem ac summariã tantùm causæ cognitionem sufficere: quòd si principaliter, plenissimâ quoq; cognitione (ad hoc, ut constare possit, an justâ occasione minor conqueratur, seq; injustè à judice cõdemnatum, proponat) opus esse, Camerales pronunciârunt. 4

Myns.

Mynsinger. d. cent. 4. observ. 21. per notata Joan. Maurit. in tract. de restit. in integrum. cap. 193. Dd. in d. l. fin. Cod. si minor se majorem, &c. per
5 *text. ibid. in verbis; ea, quæ in prece, &c.* In quâ restitutione etiam ordo judiciarius ritè, & ad amussim servandus est, *ut tradidit Panorm. in cap. 5. num. 15. ex. hoc tit. de in integ. restit. Br. in l. fi. ff. ex quib. caus. major. arg. l. etiamsi patre. 29. §. fi. ff. de minorib. l. 1. ibi, præsente. C. si adversus dot. Mynsing. cent. 1. observ. 49. Wurmser. lib. 1. pract. forens. tit. 25. obser. 4. n. 15. D. Bocer. class. 5. disput. 14. thes. ult.*

V I.

1 Enimverò, minorem adversùs omnem sententiam, tam interlocutoriam, quàm definitivam, restituendum esse: *(a)* nec solùm contra sententiam Præsidis provinciæ: *(b)* sed etiam Præfecti prætorio, & ipsius quoque summi Principis: *(c)* luce meridianâ est dilucidius.

a) *l. pen. & ult. C. si advers. rem judic.* (b) *d. l. pen. & ult. C. d. tit.* (c) *l. in causæ cognitione. 16. §. fin. cum duab. LL. seqq. ff. de minorib. Mynsi.*
2 *cent. 4. observ. 21. in princ.* Quin & adversùs sententiam, quâ (cùm à curatore suo defenderetur) condemnatus est, restitutio ei indulgebitur. *d. l. pen. & ult. C. si advers. rem judic. ubi Duaren. eleganter.* Quid, si injuriarum actionem omiserit, vel adversario remiserit? 3
Et injuriarum judicium semel omissum, repeti

peti non posse, IC. respondit: licèt injuriam patri factam prosequatur. *l. auxilium. 37. in princip. & ibi gloss. in verbo, omissum. ff. de minor. Francisc. de Caldas ad l. 3. C. de in integr. restit. minor. verbo, læsis. nu. 18. Mauritius. in tr. de restitut. in integr. cap. 152. Huc pertinent, quæ annotavi in §. hæc actio. 12. nu. 17. cum seqq. Instit. de injuriis.* Non idem tamen in furti, vi bonorum raptorum, vel simili actione dicendum arbitror. *glòss. in d. l. 37. in verbo, omissum. ff. de minorib. Maurit. d. cap. 152. & Franc. de Cal. d. loco.*

VII.

1 Hìc non intempestivè hoc in quæstionem vocatur: an is etiam minor, qui Doctor est, restitutionis beneficio gaudere debeat? Et, si in processu judiciario, dum allegandа non allegavit, aut deducenda non deduxit, læsus sit; eo jure privari posse, communis Interpretum opinio tenet.

Per l. pen. §. 3. ff. de jur. & fact. ignor. arg. l. 2. §. 43. ibi, turpe esse. ff. de origine iuris. Vivius in lib. cõmun. opin. in V. Doctor. Franc de Cald. ad l. si curatorem. 3. verbo, hunc contractum. nu. 39. & verb. læsis. num. 35. C. de in integr. restit. minor. Sfortia Oddus in tract. de restitut. in integr. part. 1. quæst 32. num. 24. & seq. Ruiger. Rulant. in tractat. de Commissar. & commissionib. lib. 1. cap. 12. num. 9 & lib. 5. cap. 27. num. 3. Joan. Gars. in tract. de expens. cap. 23. num. 34. Simoncell. in

tract. de decret. lib. 3. tit. 8. num. 48. & Pruckman. in tract. de Regalib. §. soluta potestas. c. 4. effect. 2. memb. 3. num. 19. Hancq; quæstionem enodatiùs persecutus sum ad §. si quis agens. 33. num. 6. & seqq. Instit. de actionib. ubi dissentientes citavi Francis. Sarmient. lib. 3. select. interpretat. c. 12. num. 5. Gœddaeum vol. 1. disputat. 9. thes 8. & Fa-
2 *chineum lib. 3. controvers. jur. cap. 5.* Nec non & illud in quæstionem trahitur: An, cùm omnis restitutio non nisi læsionis alicujus gratiâ concedatur, ob quamlibet damnificationem *(ut loquuntur)* indulgeri ea debeat? Et licèt propter satis minimam rem vel summam, si majori rei vel summæ præjudicetur, non audiendus sit is, qui restitui postulat. *l. scio. 4. ff. de in integr. restitutionib. Maurit. in tract. de restitut. in integr. cap. 328. num. 5. Joan. Jacob. à Canib. in tract. de repressaliis. part. 1. numer. 36* hoc omne tamen judicis prudentis, & circumspecti ut plurimùm arbitrio æstimandùm committi & relinqui debere, censeo. *Menoch. de arbitrar. judic. lib. 2. cent. 1. casu. 74. num. 4. & casu seq. per tot. allegans ad hoc Didac. Covarruv. lib. 1 var. resolut. cap. 3. num. 11. vers. Ego sanè. &c. Videatur tamen Fachin. d. lib. 3. cap. 4. ubi diversam videtur probare sententiam. Videatur item Hieronymus de Cevallos in specul. aur. opinion. commun. contra communes.*
3 *quæst. 658.* De hoc etiam non semel dubitatum

rum invenio: Num, si instantia casu aliquo fortuito elapsa, atque perempta sit, ipso jure ea, an verò restitutionis interventu reparari deberet? Et ordinariâ viâ (parte scilicet auditâ, ac legitimis impedimentis per testes vel alia adminicula probatis) adeoque permodum restitutionis in integrum, reparandam eam esse, Cameræ præjudicia docent, *teste Mynsinger. cent. 1. observat. 42. per notata Guid. Pap. decis. 185.*

VIII.

Ad petendam autem alieno nomine, *(a)* restitutionem in integrum, necesse est: ut vel quis speciali mandato procurator constitutus sit: *(b)* vel certè cum liberâ bonorum omnium administratione datus. *(c)*

a) *l. unic. C. etiam per procur. caus. in integr. restitut. agi posse.* (b) *l. illud. 25. §. 1. ff. de minorib. cap. 7. & ibi gloss. in verbo mandat. ex. hoc tit. cap. 6. de procuratorib. lib. 6. Duaren. & Cujac. ad d. l. unic. C. etiam per procurat. caus. &c. Bocer. class. 5. disput. 14. thes. 85.* (c) *arg. l. 9. §. 4. ff. de adquir. rer. domin. & l. 58 ff. de procuratorib. gloss. in cap. 4. de procurat. libr. 6. Covarruv. variar. resolut. libr. 1. cap. 6. numer. 3. vers. quintò, &c.* Quid, si clausula ratihabitionis mandato generali fuerit adjecta? Et nihil eam operari ad hoc, ut restitutio peti queat, vero magis videtur consonum. *Covarruv. d. cap. 6. numer. 4 ubi complura allegat.*

3 An autem speciali restitutionis mandato causa, propter quam restitutio petitur, inserenda sit, de eo magnoperè Interpp. inter sese dissident? Et clausulam procuratoris instrumento appositam (& ad restitutionem in integrum constitutus est talis procurator, &c.) plerumq; sufficere: nec specificam causæ denominationem requiri, crebrioribus Dd. votis existimatum est. *Mynsing. cent. 2 observ. 26. per doctrinam Br. in l. 7. ff. de donat. & arg. l. 25.*
4 *ff. de liber. & posthum.* Quæ omnia principaliter in integrum restitutione postulatâ, de jure procedunt, & vera sunt: secus, si incidenter saltem, & per quandam consequentiam ea petita fuerit. *Mynsing. d cent 2 obs. 26. item respons 53 num. 2. & respons. 84. nu. 3. Covarruv. d. lib. 1. var. resolut. cap. 6. nu. 1. Maurit. in tract. de restitut. in integr. cap. 25.*

IX.

1 Olim equidem petendæ restitutionis tempus, anno utili circumscribebatur: *(a)* hodiè, Jure Justinianeo, in quadriennium continuum transfusum est. *(b)*

a) *l. intra utile. 39 ff. de minorib. Arnold. de Ryger. in process. judiciar. disput. 13. thes. 22 sub lit. b. Wurmser. lib. 1. practic. forens tit. 25. observat. 4. num. 1.* (b) *l. fin. & ibi glos. C. de tempor. in integr. restitut. Maurit. in tract. de restit. in integr. cap. 41. per tot. & cap. 42. num. 6. Ferrar. in form. libell. sup. restit. in integr. mihi fol. 38. Hart-*

Harman. Pistor. lib.1. quæstionum jur. quæst 37. num.62. Mynsing. cent.1. obser.51. Bocer. class.5. disput.14 th.100 Althus. lib.1. Jurispr. Rom. c.70. vers. restitutio hæc, &c. Idq; minori tum curre- 2
re incipit, cùm vicesimi sexti anni dies illuxerit: aliàs generaliter à tempore scientiæ, cursus sui initium capit. *d. l. fin. C. de temp. in integr. Maurit. d. tract. cap. 20. & cap. 46. Decian. consil.18. num.252 vol.1. Vult. lib.2. Jurisp. Rom. cap.33. num. 68. Jason in Authent. quas actiones. C. de SS. Ecclesiis.* Et quemadmodum 3
omnis minor ætas, in restitutione minorum, de quadriennio deducitur. *d. l. final. ibiq; elegans glos. in verb. excipiatur. C. de tempor. in integr. restitut.* ita & in majorum restitutione id temporis spacium, quo Reipub. causâ abfuère, aut aliâ legitimâ ratione impediti sunt, excipitur. *l. 4. cum multis LL. seqq. l. 26. l. 28. & seqq. ff. ex quib. caus. majores &c. d. l. fin. §. fin. C. de temporib. in integr. restit. Mynsinger. cent.1. observ.51. num.2.* Prædicti tamen petendæ re- 4
stitutionis, & etiam finiendæ limites, in supremo S. Imperii Consistorio non attenduntur: veluti in quo restitutionis agitatæ lis longo post quadriennium intervallo, sæpenumerò deciditur: idque, propter multitudinem & amplitudinem causarum, receptum tradunt. *Mynsing. d. cent.1. obser.51. in fin. Gail. lib.1. observ.141. num.7. & seqq. D. Bocer. d. class.5. disput.14. sub thes.100.*

X.

1 Deniq; in unâ eâdemq; causâ iteratò restitutionis beneficium, nisi novæ defensiones prætexantur, jure non posci, sæpè rescriptum

2 est. *(a)* Itemq; restitutio semel denegata, secundâ vice, nisi novæ defensiones, ex novâ causâ prætendantur, *(b)* non conceditur: hocque Cameræ etiam Ordinatione cautum est. *(c)*

c) *l. ult. C. si sæpius in integr. restit. postuletur. Paul lib. 1. sent. tit. 7. §. integri, &c.* (b) *l. 1. C. si sæpius in integr. restit. postulet. c. fin. ext. de in integr. restitut. & ibi gl. in verba, novis. Bocer. cl. 5. disp. 14. thes. 99.* (c) *Myns. cent. 1. obs. 52. Ord.*

3 *Cam. part. 3. t. 52.* Ex his valde ambigua, & pugnantibus Dd. censuris vehementer obnoxia quæstio oboritur: Anné contra tres conformes sententias minori, vel Ecclesiæ restitutio indulgenda sit? Et siquidem (quod pro casuũ varietate, interdum evenire solet) ex allegationibus novis, aut antiquis resultet aliquid, quod malitiæ & calumniæ præsumptionem amoveat: Saliceti affirmantem opinionem, ut æquiorem, intrepidè servandam esse, in Camerâ frequentiùs conclusum est. *Saliceet. in l. 1. n. 8. & ibid. in addit. in lit. c. C. Ne lic. tert. provo.*

4 *Myns. cent. 3. obs. 84.* Nec hoc improbabiliter quæritur: ecquid cum restitutione in integrũ actio aliqua ordinaria cumulari queat? Et licèt non posse communi Dd. traditione rece-

ptum

ptum ſit. *ut videre eſt in gl.l.ſ.in verbo, conſtat. C.ſi adverſ.rem jud. Br. in l.in cauſa cognitione. 16.ff.de minorib. Pinel.ad l.2.part.3. cap.2.n.16. & 19. C.de reſcind.vend.* cõtrarium tamen perſpicui juris eſſe, conſtanter adſtruo, *per d.l.16. §.2.ff.de minorib. Covarru. lib.1.var.reſolut.c.3. n.11.verſ. tertiò limit. vide etiam Mynſ.cent.2. obſ.25.* Hinc quoq; minorem ultra dimidium 5 juſti precii deceptum, & ob id ordinario auxilio l.2. C.de reſcind.vendit.munitum, nihilominus in integrũ reſtitutionem petere poſſe, contendo. *Covarr.modò d.loco.Bl.in l.1.C.ſi adverſ.fiſc. Pinel.in d.l.2 part.3.c.2.nu.19.C.de reſcind. vendit.* Coronidis vice quæſtionem 6 hanc addere placet: num reſtitutio, quæ conceditur majoribus, ſit favorabilior illâ, quæ minoribus tribui ſolet? Et quamvis nonnulli illud affirment, *gl.in l.cùm quidam 30.in verb. aberat. ibiq; Jaſon num.9.ff.de acquir.vel omitt. heredit.* hoc tamen verius & receptius eſſe, proindeque in judicando & conſulendo ſequendum, *poſt gloſ. in l. nec non.28.ff. ex quib. cauſ.majores. &c. Tiraquell. de utroq; retract. gloſ.4 §.35. n.45. Aretinum conſil.161. Curtium conſil 58. col.3. & Socinum conſil.1. vol.2. colu.8.* ſcripſit Hieronymus de Cævallos *in ſpecul.aur.opinion.commun.contra communes. q.410.*

CONCLUSIONUM CONTROVERSARUM, EX PROCESSU JUDICIARIO UNIVERSO DELIBATARUM,

DECAS XXIII.

IN QUA DE SEQUESTRATIONE, & arrestatione percommodè disquiritur.

CONCLUSIO I.

1 Cùm inter omnes evidenter constet: non rarò res litigantium, usque dum negotium judicis cognitione determinetur, penes idoneam aliquam personam (sequestrum, itemque sequestrem vocant) *(a)* custodiæ causâ deponi: *(b)* operæprecium facturus videor, si hoc loco sequestrationum materiam obiter attingam,& extremis(quod ajunt) labiis

labiis saltem degustem. Videtur igitur seque- 2
strum, sive (quod idem est sequestratio (c)
nil esse aliud, quàm plurium litigantium, ejus
rei, de qua controversia gliscit, deposi-
tum. (d)

a) *l. sequester. 110. ubi egregiè Joan. Gœddæus ff. de verb. signif. l. interesse. 39. ff. de acquir. vel amitt. possess. l. ei, apud quem. 5. §. 1. l. propriè. 6. l licèt. 17. §. 1. ff. depositi. l. si quæ sunt. 5. ff. famil. ercisc.* (b) *Wesenbec. in Paratit. ff. depositi. num. 6. Speculat. in tit. de sequest. possess. & fruct. Hostiens. & cæteri Dd. communiter. in c. 1. & tot. tit. ext. eod.* (c) *Joan. Gœdd. d. loc. & ad Rubr. tit. decretal. de sequest. possess. & fruct. numer. 3. & 4.* (d) *d. l. 110. ff. de verb. signif. d. l. 6. & 17. §. 1. ff. d. tit. depos. l. postquam. 5. §. sed si nec ipsi. ff. ut legat. seu fideicommissor. & c. Arnold. de Reyger. in process. judic. disput. ult. thes. 1. & Bocer. class. 1. disputat 12. axiom. 1.* Estque duplex: 3
voluntaria una, sive conventionalis: & altera judicialis, sive necessaria, *Joan. Coras. lib. 3. Miscell. cap. 2. Mynsing. cent. 5. observ. 35. Jacob. de Arena. in tractat. de sequest. num. 1. & 2. Salic. ad l. 1. & ibi glos. C. de prob. sequestr. & c. d. l. 5. §. 1. & 2. l. 6. & l. 17. ff. depositi. cap. 1. 2. 3. extr. de sequestr possess. & cap. 1. eo. in Clement. Reyger. d. disput. ult. thes. 4 Gœdd. in disput. de sequestrat. thes. 6 Giphan. in Commentar. de divisionib. jur. thes. 97. Hunkelman. disput. 9. thes. 14. lit. a. And. Gail. in tractat. de Arrest. cap. 12. numer. 1. & 6.*

Vide D. Bocerum d. claß. 1. disput. 12. axiom. 17. ubi hanc vulgatam Dd. divisionem reiiciens, sequestrationem in propriam, & quasi sequestra-
4 *tionem secat.* Illa fit merâ litigantium voluntate ac conventione, *d. l. ei apud quem. 5. §. 1. d. l. propriè. 6. & d. l. licèt. 17. ff. depositi. d. l. si quæ sunt. 5 ff. famil. ercisc. l. si soluturus. 39. ff. de solutionib. & d. l. interesse. 39. ff. de acquir. vel amitt. posseß.* hæc jurisdictionis necessitate, & compulsione judicis. *d. l. 1. & ibi Dd. C. de probib. sequestr.*
5 *d. Clement. 1. de sequest. posseß.* Utraque tamen perficitur re, & consensu: illa quidem perfecto, *prædicta l. 5. §. 1. & d. l 6. ff. deposit. d. l. 5. §. sed si nec ipsi. ff. ut legat. seu fideicommissor. caus. caveat. & d. l. 5. ff. famil. ercisc.* hæc verò sæpiùs præsumpto seu tacito, sicque minùs perfecto. *d. l. sequester. 110. ff. de verb. signif. §. præterea. Instit. quib. mod. re contrah. oblig. l. fin. C. de ordin. cognit. cap. 1. 2. & 3. ex. de sequest. posseß. & fruct.*
6 Ex quo sequitur: voluntariam siue conventionalem, semper & ubique concessam atque permissam esse: adeò, ut non rarò lex ipsa rem litigiosam sequestro ponere hortetur. *Mynsinger. d. centur. 5. observat. 35. Gail. d. libr. 1. observat. 148. numer. 7. per d. l. 39. ff. de solut. Sichard. ad d. l. 1. Cod. de probib. sequest. d. l. 5. §. sed si nec ipsi. ff. ut legator. seu fid. &c.*
7 *d. l. 5. ff. fam. ercis.* Etenim si plures sint coheredes, communia hereditaria instrumenta haben-

habentes; utile visum est, ut inter eos conveniat, hæc apud majoris partis heredem, vel quem major pars elegerit, deponere. *d. l. si quæ sunt. 5. ff famil. ercisc.* Sic etiam, si legatorum, fideique commissorum causâ caveri oporteat: probatum est, ut virum bonum ab utraque parte eligant; apud quem, ut sequestrem, fructus deponantur. *d. l. postquam. 5. §. sed si nec ipsi. ff. ut legator. serv. caus. caveat.*
Hinc non inelegans exoritur quæstio: Numné virtute illius clausulæ, quæ quotidie instrumentis apponitur (*quòd si non fuerit pro debito satisfactum, bona debitoris in solutum capi sequestrari, &c.*) omnia bona debitoris sequestrationi subjecta sint? Et affirmantis sententiæ hoc casu propugnationem assumo, *per l. non impossibile. 50. ff. de pactis. l. penult. Cod. eod. l. 21. Cod. Mandat. glos. in l. 1. Cod. de thesaur. libr. 11. & in l. 1. Cod. Qui bon. cedere, &c. Gail. in tract. de Arrest. cap. 1. numer. 7. Ferrar. in forma sequestri, seu saximenti. num. 4. pag. mihi 150.* 8

II.

Necessariam sive judicialem sequestrationem, non solùm civili, sed & canonico jure, regulariter prohibitam vetitamque esse, quovis electro est dilucidius. 1

l. 1. C.

l. 1. Cod. de prob. sequest. pecun. & ibi Azo, Bartol. Bald. Salicet. Duaren. & Sichardus. Francis. Curt. in tract. de sequestris. quæst. 1. numer. 6. cap. 1. & tot. tit. ex. de sequestrat. possess. & fruct. Speculat. eod. tit. Mynsing. cent. 5. obser. 35. Gail. in tractat. de arrest. c. 1. num. 7. Ferrar. in
2 *forma sequestri, &c. num. 1. pag. mihi 150.* Et certè adeò ea jure improbatur: ut ne quidem ob contumaciam, quæ missioni in possessionem locum fecit, aut facere potuit, admittenda sit. *d. c. 1. ext. de sequestrat. possess. Joan. And. in c. locupletari. 48. de reg. jur. in 6. cont. Coras. cap. 2. libr. 3. Miscell. numer. 8. Vide Gœdd. in eleganti*
3 *tract. de sequestr. c. 1 nu. 106. & seqq.* Sed hæc ita demum vera sunt: si tria in universum negotiorum genera, propter evidentem ac manifestam diversitatis rationem, excipias. *Gœd. d. tract. c. 2. num. 52. Requisita hujus sequestrationis judiciariæ, vide apud Mynsing. cent 2. obser-*
4 *vat. 11.* Primum genus circa partis adversæ prodigalitatem, & dilapidationem malitiosam versatur: si à sententia, vel executione provocatum fuerit: vel is etiam, qui custodiæ causâ in possessionem missus est, fructus dissipaverit. *l. 22. §. 8. vers. si verò. ff. solut. matrim. cap 2. & 3. ext. de sequestrat possess. & fruct. l. 21. §. fi. ff. de appellat. l. 5. ibi, & sequestro. Cod. Quorum appell. Gail. libr. 1. observ. 147. num. 8. Gœdd. d. tractat. cap. 2. num 24. & cap. 3. nu. 12.*
5 Alterum genus eorum est: qui, cùm satisdationem

tionem petitam præstare nequeunt (interim quoque de fugâ vel dilapidatione bonorum suspecti) apud officium res suas, si hoc ita Judici sederit, tam diu deponere jubentur: donec vel satisdatio detur, vel lis finem accipiat. *l. Senatusconsulto. 16. in fi. ff. de offic. præsid. l. 7. §. fin. ff. Qui satisd. cogant.* Fürstl. Würtemberg. ernewert Landt-recht / *part. 1. tit. 80. §.* Da aber / rc. *pag. 230. Francisc. Curt. d. tract. de sequestris. quæst. 2. num. 32. Porrò quis dicatur suspectus de fugâ; & ex quibus indiciis suspicio fugæ colligi possit, enitescit ex l. quis sit fugitivus. 17. ff. de ædil. edict. & similibus, quas congessit Joannes Baptista Caccialupus in tract. de debitore suspecto & fugitivo. quæst. 1. num. 1. 2. 5. 9. 11. & seq*

Tertium incertitudo status, in rebus peculiaribus, ob dominii incertitudinem, & dubium litis eventum, suppeditat: sicut & alia multa in favorem libertatis, contra rationem juris recepta sunt. *l. fi. C. de ordinar. cognit. vers. nam si tales. & c. l 1. §. 1. C. de assert. tollend. l. inter pares 38. ff. De re judicat. & l. duobus. 30. ff. de liber. caus.* An autem tum, cùm propter litigiosam possessionem periculum, & metus subest, ne partes ad arma concurrant, judici rem sequestrare liceat, supramodum anceps, & confusa est disputatio? Ego, contra communem Dd. assertionem, negantem sententiam de jure defendi posse, judico, *per d. l. 1. C. de prohib. sequestr. c. 1. ext. de sequestrat. possess. c. 18. ext. de* 6 7

restit-

restit.spoliat. Reyger in process. judic. disput. ult. thes. 8. ad lit. b. ubi Colerum in tract. de processib. execut. part. 1. c. 2. nu. 111. Coras. lib. 3. miscell. c. 2. n. 9. Vult. lib. 1. Jurisp. Rom. c. 33. nu. 10 aliosq; dis-
8 *sentientes citat.* Tametsi pacis & tranquillitatis publicæ conservandæ gratiâ, cõmuni Statuũ & Ordinũ Imperii consensu, sequestrationem hoc casu (donec de causa possessionis summatim cognosceretur) permissam & approbatam esse, non eam inficias. *Gail. lib. 1. obs. 51. n. 2. per text. Ord. Cam. part. 2. t. 21. §.* Ob auch
9 in obberhürtem Fall / ꝛc. Hoc loco nonnunquam dubitatum est: an lite pendente possessori sequestrationem patienti, sumptus ad litem, aliaq; vitæ necessaria, ex rei sequestratæ fructibus subministrari debeant? Ego (modò alia, quibus sumptus faciat, non habeat) ajentem sententiã amplector. *d. l. 1. §. 1. C. de assert. tollẽd. d. l. f. C de ord. cognit. l. sed etsi. 11. §. 1. vers. proinde. ff. ad exhibend. d. l. 5. ff. ut legat. vel fideic. cõmiss. & c. Gœd. d. tr. de sequestrat. c. 2. n. 54. Salicet. ad d. l. 1. n. 11. C. de prohib. sequest. & c. Adde, quæ notavi part. 2. disput. 5 conclus. 15.*

III.

1 Omnes omninò res, sive mobiles eæ sint, sive immobiles, *(a)* tam corporales, quàm incorporales, *(b)* sequestro licitè ponuntur.

a) *l. 1. 5. 6. 17. 21. ff. depositi. c. 1. 2. & 3. ex. de sequestrat. poss. & fruct.* (b) *Clem. 1. h. t. l. 23. ff. De V. S. Ord. Cam. part. 2. t. 21. §.* Ob auch in obberhürtem

rhürtem Fall/ꝛc. *Arnold. de Reyger. in proceß. judiciar. disp. ult. th. 1. lit. b. & th. 2. item D. Bocer. claß. 1. disp. 12. thes. 4.* Quibusdam (tradendi factum, custodiamq; hominis non recipientibus) exceptis: utpote jure, vel naturâ humano commercio exemptis. *arg. §. 1. & 2. Inst. de inut. stipula. §. f. Inst. de empt. & vend. §. 1. 2. 3. & seqq. Inst. de rer. divis. l. 83. §. 5. l. liber homo. 103. ff. V. O. l. 4. 5. 6. & 70. ff. de cõtrah. emp.* Naturâ humano sunt commertio exempta, quæ in rerum natura non sunt, nec erunt. *d. §. 1. & 2. Inst. de inutil. stipulat.* itemque liber homo. *d. §. fin. Inst. de empt. & vendit. d. l. liber homo. 103. ff. de verb. oblig. l. cùm heredes. 23. §. item quæro. ff. de acquir. vel amitt. poß. d. l. 4. 5. 6. & 70. ff. de contrah. empt.* Jure eximuntur, res sacræ, sanctæ, religiosæ, & quæ sunt nullius. *d. §. 1. 2. & seqq. Instit. de rer. divis. l. 1. ff. eod. d. §. fin. Inst. de empt. & vendit. l. inter stipulantem. 83. § sacram. ff. de verbor. obligat.* Beneficiorum tamen, juris patronatus, jurisdictionum, & fructuum sequestrationem esse, rectè dicitur. *Clem. unic. h. tit. cap. 2. ext. de dol. & contum. Joan. Coras. libr. 3. Miscellan. cap. 2. num. 16. d. §.* Obauch. *2. part. Ordinat. Camer. tit. 21. l. 20. Cod. de agric. & censit. c. 2. & 3. ext. h. t. Gœdd. in disput. de sequestrat. thes. 39. Reyger prædicta disput. ult. thes. 3. Cævallos in specul. aur. opinionum commun. contra communes. quæst. 740.*

Porrò

IV.

1 Porrò deponere, ut & sequestro apud se deponi permittere (præter eos, qui naturâ, *(a)* aut lege *(b)* prohibentur) possunt omnes. *(c)*

a) *arg. l. in negotiis. 5. & l. furiosi. 40. ff. De reg. jur. l. 1. 2. 4. l. 46. l. 58. ff. de act. & obligat.* (b) *l. 2. & 7. ff. de cap. deminut. §. maxima. & §. seq. Inst. eo. t.* (c) *arg. l. cùm Prætor. 12. ff. de judic. l. mutus. 43. §. 1. ff. de procur. l. 1. ff. De verb. oblig. l. 1. ff. de act. & obligat. & l. qui accusare. 8. ff.*
2 *de accusationib.* Unde pupillis, prodigis, minoribus curatorem habentibus, sequestrationis negotio rectè interdicitur. Hi enim omnes sine tutorum auctoritate, curatorumque consensu, jure non obligantur. *d. l. 5. ff. de reg. jur. §. 1. Instit. de auth. tutor. l. is, cui 6. & ibi Donell. ff. De verb. obligat. l. 1. & tot. tit. ff. de curat. furios. l. 3. C. de in integr. restitut. minor. l. puberes. 101 ubi Duaren. Robert. Aurelianens. Cujac.*
3 *& alii. ff. de verb. obligat.* Nisi locupletiores facti, vel dolo malo in ea re versati fuerint. *arg. l. 3. in pr. ff. commodati. l. 1 §. an in pupillum. 15. ff. depositi. l. 1. & 2. C. si advers. creditor. Bocer. class. 1. disput. 11. thes. 5. Gœdd. in Commentar. de contrah. & committ. stipulat. cap. 7. conclus. 10. num. 126. & in disput. de sequestrat. thes. 44.*

V.

1 Cæterùm ad officium sequestris pertinet: ut rem, ejusque possessionem deponentibus dili-

diligenter conservet, atque custodiat: (a) legem contractui ab initio dictam (b) non fallat: adeoque ea omnia faciat, quæ vir bonus in alienâ re administranda facturus esset. (c)

a) *§. præterea. Instit. Quib. mod. re contrahit. obligatio. l. 1. ff. depositi. Jacob. de Aren. in tract. de sequest. num. 1. & 2.* (b) *l. 1. ff. de pact. l. 13. C. eod. t. l. contractus. 23 ff. de reg. jur. l. 1 ff. de constit. pecun. l. 5. §. 1. & 2. l. licet. 17. §. 1. l. Publia. 26. §. 1. ff. depositi.* (c) *d. § præterea. Instit. quib. mod. re cõtr. oblig. l. 5. §. 1. vers. sed si nec ipsi. ff. ut legator. vel fideicommiß. servan. caus. caveat. l. bona fides. 31. ff. deposit. Reyger. in proceß. judiciar. disput. ult. thes. 11. lit. b.* Siquidem non tantùm dolum, & latam culpam; verùm etiam levem & levissimam, si eam in se pacto, vel re ipsâ receperit, præstare convenit. *d. §. præterea. Instit. quibus mod. re contrah. oblig. l. quod Nerva. 32. ff. depositi. l. 1. §. si convenerit. l. propriè. 6. l. si in Asia. 12. §. ult. l. si plures. 14. §. final. ff. modò d. tit. d. l. contractus. 23. ff. de reg. jur. l. 5. §. 1. ff. commodat. l. illud. 40 ff. de petit. hered. l. quod te mihi. 5. ubi Dd. ff. de reb. cred. si cert. pet.* Proinde si res servando servari nequeant; aut diuturnior earum custodia bono patrifamiliâs displiceret; sequestris erit, eas distrahere, pretiumque deponere. *cap. 2. ext. de sequestrat. possess. l. fin. C. de ordine cognit. l. litibus. 20. C. de agricol. & censit. Dd. ad*

l. ab executione. 5. C. quor. appellat. non recip. & ad l. Imperatores. 21. §. fin. ff de appellat. & ad l. si fidejussor. 7. § ult. ff. qui satisdar. cogunt. Fürst. Würt. ernewert Landtrecht/ *part. 1 tit. 80. §. fin.*
4 *pag. 230.* Ex quibus etiam manifestum evadit: rei sequestratæ possessorem non esse sequestrum: etiamsi judice jubente rem sequestratam acceperit: licèt in conventionali sive voluntario sequestro, aliud juris esse, non diffitear. *l. interesse. 39. ff. de acquir. vel amitt. possess. d. l. licèt. 17. §. 1. ff. deposit. Coras lib. 3. Miscellan. jur. civ. cap. 2. num. 11. Pacius cent. 4. ἐναντιοφανῶν. quæst. 80. Cujac. lib. 9. observat. cap. 33. & in Commentar in lib. 2. Paul. ad edict. pag. 26. Bocer. class. 1. disputat. 11. thes. 14. Gœdd. ad cap. 1. de sequestrat. possess. num. 115. & seqq. Bronchorst. centur. 3. ἐναντιοφανῶν. assert. 86. Hackelman. disput. 9. thes. 15. ad lit. a. ubi plures Doctores, diver-*
5 *simodè dissentientes, commemorat.* Hoc loco non infrequenter de eo quæsitum est: Si Status alicujus Imperii territorium vel Castrum, alteri Statui sequestro positum datumque sit: An hujusmodi sequester, exercendæ interim jurisdictionis jus potestatemque habeat? Et habere, non præter rationem statuitur, *per Tex. Ordin. Cam. part. 2. tit. 21. §.* Ob auch/ꝛc. *& per ea, quæ notat Gœddæus ad cap. 2. de sequestrat. possess num. 59. & 3. seqq. & Joan. Co-*
6 *ras. d. lib. 3. Miscell. cap. 2. num. 16. & seq.* Sed & illud

illud controverſiâ non caret: Anné ſequeſtro officium in ſe receptum, pœnitentiâ inſecutâ, citra judicis cognitionem ſponte deponere liceat? Et relaxationem officii non aliter, quàm ſequeſtrariâ depoſiti actione intentatâ, conſequi eum poſſe credo. *arg l. 5. C. de act. & oblig l. 17. §. ſicut. ff. Commodat. l. 5. §. fin. ff. depoſiti. Gœdd. d. cap. 2 num 57 & ſeq.* Unde finitâ demum ſequeſtratione, rem bonâ fide reſtituere, & ea, quæ pactum vel judicis decretum habet, præſtare debebit. *arg. d. l. 5. §. 1. & l. ſeq. ff. depoſ. d. l. 20. C de agri. & cenſit. d. l. f. C de ordine cognit. d. l. 1. § ſuper peculio. C. de aſſert. toll. cap 1. 2. & 3. ex. hoc tit. Gœdd. in diſput. de ſequeſtrat. theſ. 53.* 7

VI.

Finitur ſequeſtrum voluntarium, die, conditione, & mutuo conſenſu: *(a)* neceſſarium non aliter, quàm Judicis decreto: *(b)* utrumque verò litis terminatione. *(c)* 1

a) *l. ei, apud quem 5. §. 1. & 2. ff. depoſ. l. 35. & l. 153. ff. de reg. jur. l. 8 § 3 ff. de acceptilat. l. 80. ff. de ſolut. & l. 44. ff. de act. & obligat.* (b) *cap. 1. ex. de ſequeſtrat. poſſ. Arnold. de Reyger in proceſſ. judic. diſputat. ult. theſ. 12. ſub lit. c.* (c) *l. litibus. 20. Cod. de agric. & cenſ. l. f. C. de ord. cog l. 1. §. 1. Cod. de aſſert. toll. Clement. 1. hoc tit. & l. ſi fidejuſſor. 7. §. final. ff. Qui ſatiſdare, &c.*

2 Utrùm verò ad sequestrationem tollendam, satisdatio fidejussoribus, vel pignoribus præstita sufficiat, dubitationis est? Et sufficere, si modò per eam æquè benè adversario cautum consultumque sit, lubenter concedo: *d. l. 7. §. fin. ff. d. tit. qui sat. cog. l. Senatusconsulto. 16 in fin. ff. de offic. Præsid. Ferrar. in forma sequestri, seu saximenti: num. 5. Mynsing. cent. 5. observat. 35. num. 7. Salic. ad d. l. 1. num. 9. Cod. de assert. toll. Gail. lib. 1. observ. 148. num. 5. Vivius lib. 1. commun. opin. 266. Wesenbec. consil. 7. num. 8. Curt.*
3 *de sequestrat. num. 55. & seq.* De juratoriâ cautione, si aliam reus præstare nequeat, an ea ad relaxationem sequestri admittatur, major est Dd. concertatio? Et admitti (si persona honesta & integra sit, ac judicis arbitrio fide digna reperiatur) suspicor. *Mynſ. cent. 2. observat 11. per c. pen. ext. de donat. int. vir. & uxor. Gœdd. ad c. 3. de sequestrat. num. 18. & seqq. Reyger. d. disp. ult. thes. 12 ad lit. e. Videantur etiam, quæ dixi part 2. disputation. ad Institutiones jur. disput. 5. concl. 19. sub lit c.*

VII.

1 A sequestratione (de quâ satis succinctè hactenus) nonnihil arrestatio discrepat: *(a)* ideoque, ut de eâ separatim agam, ratio insti-
2 tuti desiderare videtur. Estque arrestatio in effectu nil aliud, quàm realis citatio; quâ, ad actoris implorationem, alicui à magistratu interdicitur: ne ex eo loco, in quo inventus est, exce-

excedat; aut etiam res suas amoveat: nisi rebus cum eo, qui de illo apud judicem conquestus est, compositis. *(b)*

a) *Differentias inter sequestrationem & arrestationem vide apud Carol. Molin. in consuetud. Paris. tit. 2. §. 52. glos. 1. verb. arrest ou brandon. num. 1. cum multis seqq. Lagum in Method. jur. part. 5. cap. 32. de execut. rei judic. num 23. Gail. lib. 1. de pignorat. cap. 1. num. 6. & lib. 2 observ. 44. nu. 10. & tract. de arrest. cap. 2. in princ. Gœdd. in tractat. de sequestrat. in Rubr. num. 20.*

(b) *Lagus in Methodo, d. loco. Pyrrhus ad consuet. Aurelian. Rubr. de Execut. instrum. ut eum refert, & sequitur Peckius in tract. de jure sistendi. cap. 1. num. 4. Gail. d. tit. de arrest. cap. 1. nu. 15. Aliter arrestationem describunt Matthias Colerus in tract. de processib. execut. part. 1. cap. 2. num. 159. & Arnoldus de Reyger in process. iudic. disput. ult. thes 14.* Et licèt arrestatio legibus & rationi adversari, ac repugnare censeatur: secùs tamen est, ubi propter dilapidationis, vel fugæ suspicionem, aliámve similem & urgentem ob causam ea decernitur. *Molin. prædicto loco per l. 1. C. de execut. rei jud. l. 1. C. de prohib. sequest. pec. l. 58. ff. de re judicata. & l. 4. C. de sent. & interlocut. Q. Mandos. in tract. de monitoriis. quæst. 8. num. 3. & 5.* Fürstl. Würtemberg. erneuert Landt-recht / *part. 1. tit. 79. pag. 227.* Hanc enim juri conformem, atque ad evitandum sumptus & expensas,

3 (margin, beside "Et licèt arrestatio legi-")
4 (margin, beside "Hanc enim juri conformem")

in prosequendo debitore alibi commorante faciendas, introductam esse; concordibus DD. suffragiis concluditur. *Peck d. tract. de jur. sist. cap. 2. num. 5. arg. l. 1. C. quand. lic. unicuique*
5 *sine jud. &c. Mandos. d. loco.* Hinc omnibus creditoribus, quibus quid ex quacunque justâ & legitimâ causâ debetur, arrestationis usum permissum esse, non dubitatur. *Francisc. Ripa ad c. 1. num 88. ext. de jud. Panor. ad cap. 5.*
6 *ext. de except.* Idemque de caupone, aut hospite, ut is pro consumptis in diversorio, jus detentionis sive arrestationis habere possit, statuitur. *Pyrrhus d. loco. tit. de execut. ex locato.*
7 *cap. 7 Peck. d. tract. c 3 num. 2.* De illo, qui sibi à creditore primævo jus crediti cessum habet, an arrestationis jure utatur, dubitari poterat? Et illum, cùm translatis actionibus primi creditoris personam repræsentet, rectè eo uti, decerno. *l. 2. Cod. de donat. l. fin. C. Mandati. Bl. ad l. 1. q. fi. C. de act. & obligat. Peck. d. c. 3. num. 6. ubi latissimè id persequitur.*

VIII.

1 Et quidem omnes in universum de fugâ suspecti; *(a)* tam quantitatis, quàm facti, *(b)* sive purè, sive in diem, *(c)* vel sub conditione, *(d)* debitores sint; omniumque debitorum bona arrestis impediri ut plurimùm possunt.

a) *l. ait*

a) *l. ait prætor. 10. §. si debitorem. 16. ff quæ in fraud. credit.* Fürstl. Württemberg. ernewert Landtrecht/ *part. 1. tit. 79. §. 1. pag. 227.* (b) *d. l. 10. §. 22. ff. d. tit. quæ in fraud. &c.* (c) *per notata Br. Bl. & Romani, ad l. 21. ff de judic. l. 41. ff. eod. l. 14. & ibi gloss. ff. de pignorib. l. 2. & 3. ff. de condict. caus. data.* (d) *arg. l. omne æs. 27. ff. pro socio. & per ea, quæ tradit Petrus Peck. in tract. de jure sistendi. cap. 4. num 6. 7. & seq.* An id etiam in hærede debitoris valere debeat, controvertitur? Ego (cùm ad id oneris, quod defuncto incumbebat, & heres ejus compelli possit) affirmantium sententiæ haud invitus adstipulor, *argumento l. postulante. 44. ff. ad Senatus. Trebell. Crot. in repetit. l. nemo. 55. ff. de legat. 1. Jason ad l. 7. §. 15. ff. solut. matrim. Peck. d. cap. 4. num. 10* Idemque in eo, quod debitori nostro debetur, usque ad concurrentem debiti quantitatem, juris esse putatur, *docente Peckio, d. tractat. de jur. sistendi. d. cap. 4. numer. 11.* Quod utrùm etiam de ministris mercatorum, quos institores (vulgò factores) appellitant, asserendum sit, non injuriâ quæritur? Et cùm ex contractibus, dominorum suorum nomine initis, rectè conveniantur: nil certè prohibet, quò minùs officio durante, per modum arrestationis impediri possint,

2 (margin, beside "An id etiam")
3 (margin, beside "Idemque in eo")
4 (margin, beside "Quod utrùm")

Argumento l.1.vers.ipsum autē. ff. de instit. act. l.1.§.est autē.17.ibiq; Dd.ff.de exercit.act. l.procurator, qui.67.ff. de procurat. Scholares autē,
5 eorumq; bona (nisi fortè periculum subsit, ne creditori aliàs suum consequendi facultas in perpetuum adempta sit. *arg. l. si legationis. 25. ff. de judic. Peck. d.tract. cap.5.num.2.Coler.in tract. de process. execut. part.1. cap.2.num.101.*) arrestari nequeunt: adeò, ut is, qui ausu temerario contrarium facere præsumpserit, non solùm infamiæ notam contrahat: verùm etiam ad quadrupli præstationem ex Imper. constitutione teneatur. *Auth. habita. & ibi Dd. C. ne filius pro patre, & c. præcipuè Salic. num.13. & 14. & novissimè Sichard. per tot. nec non Arnold. de Reyger in process. judiciar. disputat. ult.*
6 *thes.16. ad lit. f* Idemque de nunciis, ac parentibus scholarium eos visitantibus, pedellis, ministris, ac servitoribus eorundem accipiendum esse, juris nostri Interpp. unanimi consensu testantur. *arg. l.2. & 3. ff. de usu & habitat. & l.21. ff. de precar. c.11. & ibi glos. elegans. in verbo, admittimus. de privileg. lib.6. Rebuff. in tract. de privileg. studiosor. privileg.77. & 166. glos. in l.2. §. legatis. verb. ob aliam causam. ff de judic. Felin. in cap.2. ext. de foro competent. Br.*
7 *in tract. repressal quæst.7. num.7.* Adhæc nundinarum tempore (quo liberiùs, & majore copiâ res ad tuendam vitam necessariæ, convehantur) sub prætextu privati debiti, ibidem

con-

concurrentibus molestiam inferri non debere, ipso meridie clarius est. *l. unic. & ibi Salic. Bl. & communiter Dd. C. de nundin. & mercationib. Zas. consil. 14. & 15. libr. 1. Peck. d. tract. cap. 10. num. 3. 4. & 5.* Modò tamen eæ à populo 8
superiorem non recognoscente, aut Principis indulto, vel etiam tanti temporis, cujus initii memoria non existit, præscriptione exerceantur. *Salic. ad d. l. unic. C. de nundin. & mercationib.* Et hoc tam de illo loco, in quo 9
nundinæ celebrantur, quàm de eo, sine quo mercatores ad nundinas pervenire, & commeare non possunt, intelligendum est. *Nicol. Everhard. consil. 21. per notata Joann. Andr. ad cap. 3. §. porrò. de elect. lib. 6. arg. l. Cæsar. 15. ff. de publican. & vectigal. l. abesse. 32. & l. qui mittuntur. 35. ff. Ex quib. causs. majores. &c.* Sed hac 10
immunitate neque exules, neque ob contractum aliquod crimen proscripti, quoad usque aboleatur proscriptio, gaudebunt, *l. relegati. 4. & l. Divi. 27. §. ult. ff. de pœnis. Angel. in tract. malefic. ad verb. Qui dominus Judex. n. 58. Br. ad l. 1. ff. ad L. Jul. Majestat.* Eoque, ut no- 11
minatim à securitate nundinarum (in proclamatione & denunciatione earum) hujus farinæ homines excipiantur, de more & consuetudine multarum insignium civitatum receptum est, *argumento Novell. 17. cap. 7. & ibi glos. in verbo, custodies. Peck. d. tract. de jure sist. cap. 10. num. 7. & 8.* Porrò iniquè factam arre- 12

 statio-

stationem, non tantùm officio judicis rescindendam esse; sed & eum, qui nullo jure personam vel bona alicujus (ad meram & notoriam arrestati ignominiam) detinere ausus est, injuriarum teneri, nõ dubitatur. *l. si creditores. 31 in fi. ff. de reb. auct. jud. possid. l. item apud. 15. §. si quis bona. ff. de injur. Gail. in tr. de Arrest. c. fi. per tot. Alexander consil. 19. in fin. lib. 3. Joan. de Nevizanis cons. 52 num. 29. Henning. Göden consil. 38. nu. 6. Ludovic. Gilhaus. in arbor. judic. crim. c 2. 34. nu. 18. & latiùs docui ad §. 1. n. 8. &*
13 *seqq. Instit. de injur.* At quo pœnæ genere is, qui arrestum violâsse probabitur, coërcendus sit, non præter evidentem dubitationis rationem controvertitur? Et, cùm ei, qui carcerem fregit, aut rupit, assimilari soleat, pro arbitrio judicis, (nisi satelles, vel apparitor sub mulctâ certâ eum à loco, in quo arrestatus est, recedere prohibuerit) acriter puniendum esse, censeo. *arg. l. 1. ff. de effract. & expilat. Peck. d. tract. c. 28. n. 1. & 2. Farinac. in prax. crimin. tit. de carcerib. & carcerat. quæst 30. n. 34 & seqq. Gilhausen d. arbor. judic. crim. c. 3 part. 1. nu. 32. Mandos. in tract. de monitoriis quæst. 8. n. 6. & 7. Eâdem de re videatur Arnold. de Reyger d. process. judic. disputat. ult. thes 18. & seq.*
14 Quâ pœnâ non tenebitur is, qui ex causâ necessariâ ad superiorem recurrit: vel etiam auctoritate Principis ex arresto recessit: vel

vel ante quam de arresto violato accusaretur, reversus est: aut etiam, qui subito pestis ingruentis metu, aut aliâ quapiam honestâ, & legibus approbatâ causâ permotus, aërem locumque mutavit: *quemadmodum tradiderunt Guid. Pap. in tract. de appellat. quaest. 125. Speculat §. 8. num 8. tit. de dispensat. & Peck. d. cap 28. num. 6, & seqq.*

I X.

Atque hæc de arrestorum naturâ, summatim dicta sufficiant. Nunc, ut de arrestis Imperii (sive contra constitutiones Imperii factis, & impositis) paucis in præsentiâ dispiciam, superest. Arrestum autem tum contra constitutionem Imperii committi dicitur: quando Status aliquis vel Consors Imperii, alterius Ordinis sive Status immediatè Imperio subjecti bona propria, vel ejusdem subditi, viâ facti, non juris detinet, impedit, & manus injectione molestiam eis adfert. *(a)* Cujus generis arrestum ex novâ Divi Maximiliani constitutione (ob publicam in Imperio tranquillitatem conservandam, & mutuam conjunctionem animorum, & concordiam inter Status retinendam) *(b)* singulari jure, immediatè & principaliter, ad jurisdictionem Cameræ Imperialis pertinet. *(c)*

a) *Andreas*

a) *Andreas Gail. in tract. de arrestis Imperii, cap. 3. in princ. & num. 14. & cap. 11. num. 3.* (b) *arg. tex. in cap. 1. de pac. tenend. & juram. firmand. in usib. feudor. Novell. 85. in præfat. & cap. 1. Quomodo in reos læsæ majest. in extravag.* (c) *Recessus Comit. Spir. de An. &c. 70. fol. 23. §. 1. Gail. d. tract. cap. 1. num 13. & cap 2. num. 1.*
3 *& 2. & cap. 1. lib. 1. de pac. publicâ.* Arrestum itaque contra constitutiones Imperii modo prædicto factum, idoneâ (judicio sisti, & judicatum solvi) satisdatione ab arrestato oblatâ, relaxandum est: & res arrestata cum omni causâ, compensatione damnorum, & ejus, quod arrestati interest, præstatione, restituenda venit. *per text. Ordin. Camer. part. 2. tit. 23. §.* Wann auch die *Arresta. ibi,* Gebürliche *caution.* Fürstl. Würtemb ernewert Landtrecht/ *part. 1. tit. 79. §.* Wa aber/ rc. *pag. 228. Gail. d. tract. de arrest. cap 3. num. 3. & seq. & latissimè in*
4 *cap. 13 & lib 1. de pignorat. c. 16.* Eamque ad rem mandata sine clausulâ, cum annexâ citatione, ad docendum de paritione intra terminum præfixum factâ, quotidiè in Camerâ decernuntur. *Ordin. Camer. d. tit 23. d. §.* Wann auch/ rc. *ibi,* Das alsdann. *Gail. d. tract. de ar-*
5 *rest cap. 2. num. 2. & seqq.* Quâ insecutâ, causa principalis, ob quam arrestum impositum est, ad Judicem competentem expedienda remittitur. *Ordinat. Cameral. d. tit. 23. d. §.*

Wann

Wann auch / ꝛc. *ibi*, Da dann demſelben / ꝛc. *Gail. d. tract. de arreſt. c. 3. n. 12.*

X.

Verùm enimverò, ut prædictæ arreſtorum constitutioni locus ſit: iſthæc tria conjunctim ut concurrant, neceſſe eſt. Primò requiritur, ut utraq; pars, tam arreſtati, quàm arreſtatoris, immediatè SS. Imperio ſubjecta ſit. *(a)* Deinde, ut idonea judicio ſiſti, & judicatum ſolvi ſatiſdatio arreſtatori offeratur: ut eum ad modum ipſe de jure ſuo ſecurus, ordinariâ viâ experiri poſſit: & arreſtatus in cauſa principali conventus, poſthac tergiverſari, aut ludificari arreſtatorem nequeat. *(b)* Tum etiam ex cauſa civili, non criminali (veluti ſi ob delictum bona abſentis annotentur) arreſtum interceſſiſſe oportet. *(c)* 1

a) *Ordinat. Camer. tit. 23. §.* Wann auch / *ibi*, Da einer dem Reich / ꝛc. *Andreas Gail. in tract. de arreſtis Imperii, cap. 4. in princ.* Unde ſi arreſtator, mandato ſine clauſulâ, de relaxando arreſto, decreto & reproducto, exceptionem nullitatis ex defectu juriſdictionis Cameræ, & qualitatis perſonarum, obiiciat; juriſdictionem Cameræ declinare, & mandati paritionem, ſive arreſti relaxationem impedire poterit. *Gail. d. tr. c. 6. per tot. & c. 7. in pr. & nu. 1.* Neque verò refert an Status Imperii tale impedimentum per ſe, aut ſuos Officiales, 2 3

les, alteri Statui præstiterit: dummodò id mandato & jussu ipsius, aut certè eo ratum habente factum sit. *Gail.lib singular.de pignorationib.c.5 n.1.& seqq. Text Ord.d tit.23.d.§.* Wann auch/*ibi*, Durch sich selbst/ ꝛc. *per c qui facit. 72. de reg.jur. in 6. l.3. l.5. §.8. l.11. §.6.ff. Quod vi aut clàm.* (b) *per notata Bartoli in l. litibus.20. C. de agricol.& censit.n.5.per textum illum. ibi. idoneum fidejussorem, &c. Alexand. in l.si fidejussor.7.§ fin.n.7.ff.qui satisd. cog.hosq; referens Gail d.tract.de arrest.c.4.n.9.* (c) *per textum dictæ Ordinat. Cam.tit.23.§.* Nach dem

4 auch/ꝛc *Gail.jam dicto c.4.n.16.* Horum occasione percommodè hoc loco disputatur: Anné Status Imperii, propter subditum suum arresto impeditum, aut bona ejus prædicto modo interclusa, in Camerâ ad relaxationem arresti, immediatè agere possit? Et, si subditus, remoto domino, aut etiam ipse dominus, non sui proprii commodi causà, sed contemplatione & respectu solius subditi, relaxationem arresti petat: mandatum de relaxando arresto denegandum, & causam apud Ordinarium loci discutiendam esse, credo. *Gail.d. tract. de arrest. Imp. c.8. n.3.& 4.arg.l.fi.ibi,nil penitus domino præjudicii. Cod. de adquir. & retin. possess.&*

5 *l. 21.prope fin. Cod. de jur. delib.* At si non ipse subditus, sed dominus (neque solùm in favorem

rem ſubditi, ſed ejus, quod ſuamet intereſt, gratiâ) cum oblatione cautionis judicio ſiſti, &c. ex conſtitutione arreſtorum proceſſus poſtulet: decernendos eos eſſe, indubitanter aſſero, *per diſertum Text. in d. Ordinat. Camer. tit. 23. §.* Wann auch. *ibi*, deſſen Güter vnnd Vnderthonen / ꝛc. *Gail. præclarè in d. cap. 8. numer. 5. 6. & ſeqq.* Planè arreſta cum cauſæ cognitione facta (veluti, quæ ex re judicatâ, ob contumaciam judicatum non facientis, interponuntur) ad conſtitutionem arreſtorum non pertinent; *ut apparet ex allegato §.* Wann auch / ꝛc eòque id genus, ex primo aut ſecundo decreto, immiſſiones jure fiunt, *per notata Dd. in l. à Divo Pio. 15 ff. de re judic. l. 2. Cod. de execut. rei judic. Jaſon in §. Item Serviana. Inſtit. de action. cap. 1. extr. de dolo, & contumac. & cap. 6. extr. de ſentent. & re judic.* Coronidis vice quæritur: Num, ſi Status Imperii (cujus bona, ob rem judicatam, in alterius Status territorio impedita vel arreſtata ſunt) ſententiæ nullitatem principaliter allegare conetur; juriſdictio Cameræ fundata cenſeatur, & arreſtatus relaxationem arreſti hoc nomine impetrare debeat? Et negantium opinionem veritati, atque etiam ſtylo Cameræ magis eſſe conſonam, concludo. *arg. l. ingenuum. 25. ff. de ſtat. homi. l.* 6

7

præ-

præses. 27. & l. cùm prolatis. 32. ff. de re judic. ibiq; Dd. l. nec ex Prætorio. 27. ff. de R. I. & l. si causâ cognitâ. 32. C. de transact. Hucq; faciunt annotata Gailii libr. 1. observat. 135. num. 7. & prædicto tract. de arrestis Imper. cap. 11. numer. 13. & aliquot subsequentibus.

Quotquot in hac miserâ lacrymarum valle morantur:
Concelebrent summâ pro bonitate DEUM.

Τέλος.

CATA-

CATALOGUS SIVE INDEX

AUCTORUM, QUI HOC IN TRActatu dispersim allegantur.

A.

Antoninus Tessaurus.
Antonius de Butrio.
Antonius Faber.
Antonius Gabrielius Romanus.
Antonius Gomezius.
Antonius Heringius.
Antonius de Padilla.
Antonius Quetta.
Antonius Negusantius.
Aristoteles Stagirita.
Arius Pinelus.
Arnoldus ab Hærsolte.
Arnoldus de Reyger.
Aulus Gellius.
Aulus Persius.
Azo Bononieusis.

B.

Baldus de Ubaldis.
Barnabas Brissonius.
Bartholomæus Blarerus.
Bartholomæus Romuleus.
Bartholomæus Kellenbentz.
Bartholomæus Salicetus.
Bartolus de saxo ferrato.
Bernhardus Waltherus.
Bernhardus Diaz.
Bernhardus Grævæus.
Bernhardus Wurmserus.

Biblia

Biblia sacra.
Bonifacius Rugerius Eques.

C.

Cæsar Contardus.
Cameræ Imperialis Ordinatio.
Carolus Molinéus.
Carolus Ruinus.
Chilianus Goldstein.
Chilianus König.
Christophorus Besoldus.
Christophorus Brechterus.
Christophorus Porcius.
Christophorus Schvvanmannus.
Conradus Lagus.
Conradus Olemannus.
Conradus Rittershusius.
Conradus Schlüsselburgius.
Constantinus Harmenopulus.
Cornelius Brederodus.
Cynus Pistoriensis.

D.

Daniel Mollerus.
Daniel Nebelius.
Daniel Venatorius.
Dethardus Horstius.
Didacus Perez.
Didacus Covarruvias.
Dionysius Gothofredus.

Dominicus Arumæus.
Dynus Muxellanus.

E.

Eberhardus Bronchorst.
Eberhardus Speckhan.
Elias Roberus.
Emanuel Soarez.
Ericus Hedemannus.
Ernestus Cothmanus.

F.

Fabius Quintilianus.
Federicus Senensis.
Felinus Sandæus.
Fernandus Vasquius.
Franciscus Accursius.
Franciscus Duarenus.
Franciscus de Caldas.
Franciscus Hotomanus.
Franciscus Brunus.
Franciscus Curtius junior.
Franciscus Curtius senior.
Franciscus Connanus.
Franciscus Herculanus.
Franciscus Ripa.
Franciscus Sonsbeccius.
Franciscus Sarmientus.
Franciscus Turzanus.
Franciscus Vivius.

G.

H.

Hippolytus de Marsiliis.
Hippolytus Riminaldus.
Hostiensis.
Hubertus Giphanius.
Hugo Donellus.

J.

Jacobinus de S.Georgio.
Jacobus Alvarottus.
Jacobus Ayrerus.
Jacobus de Arena.
Jacobus Cujacius.
Jacobus Goffredus.
Jacobus Menochius.
Iacobus Spiegelius.
Jacobus Concennatus.
Jacobus Tomingius.
Jacobus Rævardus.
Jacobus Novellus.
Jason Maynus.
Jeremias Setserus.
Ilico Ummius Frisius.
Innocentius.
Joachimus à Beust.
Joachimus Hopperus.
Joachimus Mynsingerus.
Jodocus Damhouderius.
Johannes Andreæ.
Johannes Corasius.
Johannes Emericus à Rosbach.

Johannes

Nicolaus Reuſnerus.
Nicolaus de Tudeſchis, aliâs Panormitanus.
Nicolaus Vigelius.
Noë Meurer.

O.

Octavianus Cacheranus.
Octavianus Veſtrius.
Octavius Simoncellus.
Odofredus Beneventanus.
Oſvaldus Hilligerus.

P.

Paris de Puteo.
Paulus de Caſtro.
Paulus Matthias Wehnerus.
Paulus Cypræus.
Petrus Gregorius Tholoſanus.
Petrus Termineus.
Petrus Friderus Mindanus.
Petrus Faber.
Petrus de Bella Pertica.
Petrus Rebuffus.
Petrus Auguſtinus Morla.
Petrus Coſtalius.
Petrus Heigius.
Petrus Nicolaus Mozzius.
Petrus Follerius.
Petrus Iohannes Anchoranus.
Petrus Duennas.

Sidonius

Rerum



RERVM AC VERBORUM, IN HOC TRACTATU PRÆCIPUE memorabilium, locuples & accuratus

INDEX.

Prior numerus paginam; alter notam marginalem demonstrat.

A.

An-

Bannitì

Exc-

Here-

Jur

Ju-

M.

Q.

Syn-

FINIS.



ERRATA.

Pag. 20. lin. 6. *post* 4. *pone* (c) p. 48. l. 16. *lege*, Connan. p. 55. l. 12. nuncii. p. 60. l. 26. Thoming. p. 72. l. 2. *dele*, d. p. 76. l. 28. textum. p. 79. l. 19 illiq; p. 109. l. 16. scripturâ. p. 123. l. 23. negot. p. 131. l. 11 pro §. *pone*, &. l. 16. d. tract. p. 142. l. 23. disputat p. 193. l. ult. in l. p. 165 l. 15. si cōtra p. 177 l. 25. cōtestandi. p. 199. post l. 22. pro X. *pone* V I I. p. 208. l. 26. pro § *pone* part p. 211. l. 1. censibus. p. 232. l. 22. refert. p. 235 l. 1 *ita lege*: miss. lib 2. c. 13. num. 2. Farinac. de testib. quæst. 80 n. 93 Sichard. in l. nullum. 14. n. 1. C. de testib. Termin. in process. jur. c. 39 Vide D. Bocerum class. 5. disp. 20. thes. 95. p. 245. l. 27. inter. p. 252. l. 25. carmen. p. 281. l. 3. die & anno. p. 339. l. 20. civilibus p. 411 l. 14 consultat p. 426 l. 5. provocatur. p. 441. l. 2. Corneus. p. 448. l. 1. *dele* l. p. 466. l. 27. parti. p. 467. l. 21. virium. p. 495. l. 22. *post* constat, *pone*. (a)

LEGATORIA A. PANDIMIGLIO
ROMA
1971